

52
~~H. a. S. 47.~~

Caja C-10

~~Foto B-B~~



No. Casa

E-010

Questiones morales

magistri Martini magistri perspicacissimi
theologie professoris: de fortitudine nouissi-
me ab erratis mendisq; limate adiecta tabu-
la alphabetico ordine cõtexta per David crã-
ston in sacra pagina bacchalarium feliciter
incipiunt.



Veniuntur Parricis a Johanne petis
ad interlinium Liliis aurei commorantis.



De fortitudine.

Circa fortitudinis virtutē inquirendū est primo q̄ qualis virtus sit. Secūdo de obiecto eius. Tertio de actibus ipsius. Quarto de nonnullis q̄ dicuntur partes eius. Quinto de fortitudine dono. Sexto de vitijs predictis virtutibus oppositis.



Circa unum quē primo: Ut rō fortitudo sit virtus specialis: Probatur p̄mo q̄ nō sit v̄tus: sic. Dis virtus est qualitas anime ipsam perficiens. sed fortitudo nec qualitas est anime/ ne ipsa perficit: igit nō est virtus: Ab̄nd̄ pbatur p̄ p̄ma parte q̄ s̄m Ari. p̄mo Rhetorice: Fortitudo est potentia trāsmutandi alterū vt vult: hoc autē ptinet ad robur: Probatur sc̄da parte. pbatur illud Apostoli sc̄de ad Corinthi. xij. virtus in infirmitate pficitur ergo anima nō pficitur fortitudine q̄ firmitas est et nō infirmitas. ¶ Secūdo pbatur q̄ nō sit virtus specialis: Fortitudo est culibet virtuti cōis: ergo fortitudo nō est specialis virtus. Antecedēs pbatur: Tum q̄ fortitudo nō est aliud q̄ firmitas animi in his q̄ a recta rōne dictata sunt. sed hoc est omni virtuti cōmune: igit. Tum sc̄do p̄ Ambrosium p̄mo de officijs: vbi attribuit fortitudinē oīa virtutū opera cū ait: Nō mediocris animi est fortitudo: q̄ sola defendit ornāmēta virtutū omnīū/ et iudicia custodit. et q̄ inexpugnabili p̄lio aduers⁹ oīa vicia decernit. inuicta ad labores: fortis ad pericula: rigidior aduersus voluptates: auariciā fungat tanq̄ labē quādam q̄ virtutē effeminet. ¶ In oppositū sunt Ari. et Grego. xij. Moralū: et ḡnaliter oēs auctores tā diuinariū q̄ humanariū literarū. ¶ Pro responsione ad questionē. Sciendū est q̄ fortitudo accipit̄ quatuor modis. Uno mō p̄ robore corporis. Quod robur ita diffinit. Ari. p̄mo. Rhetorice. Robur autem est potentia mouendi aliter aut trahentē aut pellētem vt vult. Sed q̄ cōstat fortitudinē hoc mō acceptā: nō esse qualitātē mētis sed corporis: ideo de ea nō inquiremus: Hoc tñ robur corporis in subeūdis periculis belli cōsiderandū est: Nā aliqua aggressio vel expectatio piculi/ q̄ in viro robusto esset rōni cōformis: et ptineret ad fortitudinē in viro debilitē et disformis rōni: et ptineret ad audaciā. ¶ Secūdo mō accidit fortitudo p̄ firmitate animi in oī bono rōnis difficultate habētē. Quo mō eā accidi dicit beatus Thomas. Ego tñ apud auctores nō legi passim i quo sic accipiat. ¶ Tertio mō accipitur fortitudo p̄ firmitate animi in rebus grauibus difficilibus et periculosis: Et hoc siue in h̄mōt periculis sit contrapugnatio/ sicut in bellis: siue non. ¶ Quarto modo accipitur fortitudo p̄ firmitate mentis ratione regulata. In his periculis in quibus est contra pugnatō: quēadmodū sunt pericula bellicorum. Et hoc quarto modo videtur accipere Ari. fortitudinē: vbi cūq̄ de ea loquit̄: et eam s̄mp a magnanimitate distinguere: Cōstat em̄ hoc est. factū ab eo. iij. ethicis: et i p̄mo Rhetorice vbi ostendit q̄ hec gratia sui eliguntur. Iusticia/ fortitudo/ temperantia/ magnanimitas/ magnificētia et alij tales habitus: Virtutes em̄ anime sunt: Et eodē libro ait. Partes autē virtutis. Iusticia/ fortitudo/ temperantia/ magnificētia/ magnanimitas/ liberalitas/ mansuetudo/ prudētia/ et sapientia. Et q̄ s̄m cū fortitudo sit tñ circa pericula belli. pt̄ ex eo quod ibidē sequit̄: Necesse autē maximas esse virtutes eas q̄ alij honoratissime: siquidē est virtus potētia bene

factiua propter hoc fortes et iustos maxime honorant: hic quidem enim in bello: hic autem et in bello et in pace utilis ipsi. ¶ Prima cōclusio: Fortitudo secūdo modo accepta nō est virtus specialis: Probatur firmitas mentis in bono rationis officium est culibet virtuti cōmunit̄: igitur. Antecedens pt̄ p̄ Ari. secūdo ethicorū vbi ponit ea que exigunt ad hoc q̄ aliquis virtuose operetur. Primum quidē inquit si sciens: deinde si eligēs: et eligēs p̄pter hoc: tertium autem et si firme et immobiliter habeat se et operetur. ¶ Ad hoc enim q̄ operatio aliqua sit virtuose elicitā requirit̄ q̄ tam immobili et firmo iudicio fiat vt operās velit nullo modo dimittere eam pro quocūq̄ pro quo secūdu rectā rationē nō debet dimitti/ neq̄ etia p̄ morte: si hoc recta ratio dicit. ¶ Secūda conclusio: fortitudo tertio mō accepta est virt⁹ magnanimitati et fortitudini quarto mō accepte cōmunit̄: Probatur: q̄ vtriq̄ cōuenit subire magna laborosa et periculosa: p̄pter honestatem operis. De fortitudine quarto mō accepta pt̄ q̄ ad eam pertinet subire pericula mortis in bello. De magnanimitate etiā pt̄ per Ari. in quarto. Nō est autem in ycrokindynos. i. paruorum periculorū aggressor/ neq̄ phylkindynos. i. amatorū periculorum/ megalokindynos autem. i. magnozū periculorum aggressor. Et sequitur: et cum periclitetur. i. cum ea adit/ non est parcens vite: vt non dignū sit stens viuere. ¶ Probatur secūdo per illud Ari. secūdo rhetorice. Magnanimitas autē virtus factiua magnozū benefactorū. ¶ Probatur tertio auctoritate Senecę libro de quatuor virtutibus q̄ magnanimitatē et fortitudinē eandem virtutē putauit: ita dicens. Magnanimitas vero q̄ et fortitudo dicitur/ si in sit animo tuo: cū magna fiducia viues. Seneca enim videtur frequenter vsus fuisse: fortitudinis et magnanimitatis nominibus in differētē vbi ibi. mēsurā ergo magnanimitatis est nec timidū et hominē/ nec audacē. ¶ Quarto pbatur auctoritate ciceronis primo libro de officijs: vbi diuidit moralem honestatē in 4. virtutes. Sed omne inquit quod honestū est id quatuor partib⁹ oritur ex aliqua: aut em̄ in p̄spicētia veri solerciaq̄ veras aut in hōminū societate tuenda: tribuēdoq̄ suū cuiq̄: et rep̄cōtractarum fide: aut in animi excessi atq̄ inuicti magnitudinē ac robore: aut in omni que sunt queq̄ dicitur ordine et mō in quo inest modestia et temperantia. ubi per animi excessi magnitudinem intelligit magnanimitatē et fortitudinē pp̄rie dictas: Idem habet cum ostendit eodē libro magnanimitatis et fortitudinis splendorem et rationem. vbi dicit hanc virtutē a stoicis fortitudinē appellatā/ eo q̄ p̄ equitate pugnet. ¶ Tertia conclusio fortitudo quarto modo accepta est virtus: probatur in subeūdis periculis bellorū contingit aliqui superabūdare aggrediendo aut ea que non oportet: aut non vt opy. aut nō p̄pter q̄ opy: nō q̄ opy. vt si decē aggrediant mille: cum tñ est et alia via salutis nō secūdu quod opy: vt si loco vel tempore in opportunis fieret aggressio nō propter quod opy: vt si ad inferendū inuictiam et nō ad repellendū eā: aut si pro cupiditate p̄pria et nō pro salute cōmuni. Ad pt̄ ex cicerone p̄mo de officijs: sed ea inquit ianini elatio/ q̄ cernit in piculis et laboribus: si iusticia vacat pugnatō nō p̄ salute cōmuni: sed i pro suis compositibus in vicio est. Non mō enim id virtutis nō est: sed pot⁹ immanitatis omnem humanitatē repellentis: quod

qualiter intelligendū sit: postea dicitur. Et his p[er] q[ue] cōtingit excedere i[n] pericula belli subeūdo: In his etiā subeūdo p[er]tingit deficere quo mō nō deficeret ille q[ui] nulla oīno p[er]icula [h]ūcūq[ue] etiā iusta causa) vellet subire: [h]ūcūq[ue] etiā ea recta ratio iudicaret esse subeūda: ergo p[otes]t eē aliq[ui]s habit[us] inter hec medius q[ui] inclinabimur ad subeūdu[m] pericula mortis in bello quocūq[ue] recta ratio iudicabit esse subeūda: et ad fugiēdu[m] et declinādu[m] ea quocūq[ue] recta ratio iudicabit esse ea declināda: h[ic] autē habitus vocat[ur] et a sanctis et a p[ro]ph[et]is fortitudo: ergo fortitudo est virtus moralis. ¶ Quarta conclusio: nō idē fortitudo est virt[us] q[ue] tollit impedimētū: quo impedit se recta rō ponat in operib[us] humanis p[ro]pter aliq[ui]d difficile q[ui] incūbit: q[ui] dicit[ur] est p[ro]p[ter] beatū thomā: q[ui] scda sede vbi ostendit fortitudinē eē virtutē vult q[ue] de rōne virtutis est q[ue] faciat opus esse bonū et secūdu[m] rōnē: et q[ui]d vult p[ro]tingit tripliciter. ¶ Unomō secūdu[m] q[ui] ipsa rō rectificat: et hoc dicit p[ro]tinere ad virtutes intellectuales. ¶ Scdo mō scdm q[ui] ipsa rectitudo in reb[us] humanis instituit: et hoc dicit p[ro]tinere ad iusticiā. ¶ Tertio mō scdm q[ui] tollit impedimēta h[ui]usmodi rectitudinis in reb[us] humanis ponēde. Et hoc dupl[ic]i: q[ui] aut impedit volūtās humana ne rectitudinē rōnis sequat[ur] p[ro]pter aliq[ui]d delectabile q[ui] retrahit eā ad ope quod debet esse scdm rectā rōnē: et tollit et alia impedimēta p[ro]tinere v[er]o dicit ad tēperātiā. Aut p[ro]pter difficile q[ui] incūbit: et hoc impedimētū tollit p[ro] fortitudinē. Cōtra quā oportet as sic. Dicit[ur] virtus moralis h[ui]us ponere rectitudinē rōnis in operibus humanis: igit tēperātia et fortitudo sunt virtutes nō p[otes]t q[ui] tollit impedimēta rōnis ponēde in operib[us] humanis. Ans p[ro]bat. rectitudo h[ui]usmodi rōnis: pugnādū est p[ro]p[ter] hostē ciuitatē oppugnāte est ponāda in opib[us] humanis et nō p[ro] iusticiā: neq[ue] p[ro] tēperātiā: neq[ue] p[ro] prudētiā: s[ed] p[ro] fortitudinē. Similiter rectitudo h[ui]usmodi rōnis abstineūdu[m] est ab v[er]o alie na est ponāda in opib[us] humanis: et nō p[ro] fortitudinē aut iusticiā: ergo p[ro] tēperātiā: et iusticiā scdm eum etiā h[ui]us ponere rectitudinē i opib[us] h[ui]usmodi. et nō sūt plures virtutes morales. Cū p[ro]b[et]ia sit virtus intellectus alia et nō moralis. ergo oīs virtus moralis h[ui]us ponere rectitudinē rōnis in opibus h[ui]usmodi: Scdo oīs cū cōuenit opatio aliq[ui]d et remotio p[ro]hibētis magis v[er]o tenēri ab ipsa opatione s[ed] ab ipsa remotione p[ro]hibētis: s[ed] cuius virtuti cōuenit opari scdm rectā rōnē in materia sibi p[ro]p[ri]a et remouere ea que h[ui]usmodi opationē impediūt: s[ed] magis debet dici virtus ex ipsa opatione sua s[ed] ex remotione p[ro]hibētū. Tertio sic: rectitudo rōnis p[otes]t poni tā i opib[us] h[ui]usmodi q[ui] sunt ad se: s[ed] in opibus h[ui]usmodi q[ui] sūt ad alie: sed iusticia t[ame]n ponit rectitudinē rōnis i operib[us] humanis q[ui] sunt ad alie: s[ed] alie virtutes p[otes]t ponere rectitudinē rōnis in operib[us] h[ui]usmodi q[ui] sūt ad se. Minor p[ro]b[et]ari p[otes]t tā de iusticia distributua s[ed] de iusticia cōmutatiua: Et si dicas q[ue] p[otes]t eē multa impedimēta: q[ui]bus impedit operās: ne ponat rectitudinē rōnis i opib[us] h[ui]usmodi: sicut i tēperātia delectabilia: et i fortitudine terribilia. ¶ Cōtra p[otes]t eē esse plura t[ame]n limēta nec rectitudo rōnis ponat in opib[us] iusticiā: v[er]o cōmuniōes: polliciatōes viliū et delectabilia: et t[ame]n p[ro]pter hoc iusticia nō dicit[ur] virtus q[ue] tollit impedimēta operis iusticiā: s[ed] q[ue] ē actiua op[er]is iusticiā: igit nec alie virtutes p[ro]pter eādē cām dicit[ur] virtutes: s[ed] q[ue] sunt opatiue op[er]is bonor[um] et honoror[um] in mate-

ria circa quā nate sūt p[ro]fari. Quarto hoc idē p[ro]bat ex narratione Ar[istotelis] p[ro]mo rhetorice q[ui] diffinit virtutē p[otes]t[er]iā bifactiua. siquē inq[ui]t est virtus p[otes]t[er]iā bifactiua Et p[ro]p[ter] hoc magnitudine diffinit p[otes]t[er]iā bifactiua magis: bifactor[um]: et nō p[otes]t[er]iā bifactiua magnorū impedimentorū igitur. Quinto stante equali periculo et equali actu in cotempnendo periculum: adhuc vnus potest fortius facere q[ui] alter et non nisi rōne operis humani in quo ponit rectitudo rōnis: s[ed] fortitudo h[ui]us ponere rectitudinē in opib[us] h[ui]usmodi. Sexto sublato impedimēto q[ui] ponit p[otes]t[er]iā aliquo terribile ipediēs ne rōnis rectitudo ponat i opib[us] ponit rectitudo ipsa i opib[us] h[ui]usmodi: Alias sublato ipediēto est oīno vana et inutilis: s[ed] h[ui]usmodi rectitudo in tali ope nō ponit p[otes]t[er]iā neq[ue] p[otes]t[er]iā: s[ed] ponit p[otes]t[er]iā fortitudinē: mō: p[otes]t[er]iā q[ui] sic: t[ame]n iusticia h[ui]us ponere rectitudinē i oib[us] opib[us] h[ui]usmodi: Neq[ue] q[ui] dicit thōas ē v[er]o v[er]o q[ue] tēperātia tollit ipediētum q[ui] p[ro]uenit a delectabili q[ui] impedit ne rectitudo rationis ponatur in opere humanop[er]seuerantia em p[ro]tinere ad tēperātiā virtutē et maxime illa p[er]seuerantia que est circa materiam temperantie virtutis q[ui] dicit[ur] esse volo ad d[omi]nam tēperantie gradus. et t[ame]n h[ui]usmodi p[er]seuerantia tollit impedimēta que p[ro]ueniunt a testabili et nō a delectabili. igitur. minor p[ro]batur per Ar[istotelis] vij. ethicor[um] distinguente incōtinentiā a p[er]seuerantia et incōtinentiā a mollicie. hoc aut inquit h[ic] quidē circa delectationes incōtincus: h[ic] aut cōtinēs: h[ic] circa delectationes mollicis: h[ic] aut p[er]seuerās. Et idē habet eodē lib[ro] in pl[ur]ibus locis. Cū est fruatius in cōmēto vult q[ue] licet cōtinens et incōtinens negocietur circa delectationes: magis t[ame]n circa delectatiōes. Et similiter licet mollicis p[er]seuerans negocietur circa delectationes magis tamen circa delectationes. Quod sufficit ad probandum q[ue] non omnis temperantia prohibet impedimētū operis boni p[ro]ueniens a delectabili. Nec v[er]o dicere q[ue] i seplio Ar[istotelis] loquit[ur] de tēperātia et cōtinētia gradu: et nō de cōtinētia virtute. q[ue] cōtinētia gradu in omni genere virtutis reperit: ita q[ue] in tēperantia virtute reperit cōtinētia: et p[er]seuerantia: et temperantia gradus. In intēperantia autē v[er]o reperit incōtinētia: mollicies: et malicia siue intēperantia gradus. ¶ Quinta cōclusio. fortitudo est virtus specialis. p[ro]bat[ur]: q[ue] fortitudo habet specialē materiā et actus speciales ab omniū aliar[um] virtutū actibus distinctas ergo est specialis virtus p[otes]t nota est et antecedens patet. Hā materia eius est periculū in bello cōtingēs. Actus autē eius est subire vel nō subire h[ui]usmodi pericula cōfōmiter ad iudiciū recte rationis. ¶ Sed arguit cōtra aliquas de superioribus cōclusionibus. et primo cōtra t[er]ciam. Et p[ro]batur q[ue] fortitudo quarto mō accepta nō fit virtus fortitudo nō est cōiectatrix medij q[ui] est in passionibus ergo fortitudo nō est virtus p[otes]t tā q[ue] scdm Ar[istotelis] in scdo oīs virtus ē cōiectatrix medij q[ui] est in passionibus. Et ans p[ro]batur q[ue] fortitudo est circa maxima pericula sc[ilicet] circa pericula mortis in bello. ergo ē circa extremū et nō circa mediū. ¶ Secundo latitudo timoris est infinita et etiā latitudo audacie: ergo inter istas passiones nulla ē mediata: et p[otes]t nō nulla virtus. p[otes]t tenet q[ue] in latitudine infinita nō magis vnum iudicādū est mediū q[ui] aliud. Et ans p[ro]bat[ur]: q[ue] aliquis p[otes]t timere in duplo magis q[ui] op[er]is: et aliquis in quadruplo: et sic in Ar[istotelis] ij.

4

5

Resolutio doctrina.

5

voitark

omniolent

Comito

infinitum et similitur argueret de audacia. ¶ Tertio si fortitudo esset virtus tunc si ipsa acquireretur in subiecto indifferenter ad ipsa vicia opposita ipsi: acquireretur in instanti: et per hunc ipsa in eodem instanti acquireret secundum totam latitudinem suam: et ita in instanti quatenus fieret summe fortis: sed hunc est finem ut constat. et patet hunc quod successivo in motu non pervenit nisi ex resistantia vel impedimento: sed in illo primo instanti nulla est resistantia: et in potentia sit nuda: ergo nulla est ibi successio. ¶ Quarto: nulla virtus inclinatur ad malum: sed fortitudo inclinatur ad malum in se et ad mortem sub eadem: ut patet tertio ethice. ergo fortitudo non est virtus. ¶ Ad primam istarum rationum negatur antecedens: et ad probationem concedo quod fortitudo est circa extremum malum. sed tamen cum hoc fiat quod sit circa illud extremum concieturque mediis. Aliquis vult habitus dicitur esse circa extremum dupliciter: uno modo tanquam circa materiam sui actus. et hoc modo fortitudo est circa extremum: quod actus suus est circa gravissima et extrema pericula. ¶ Alio modo aliquis habitus dicitur esse circa extremum tanquam circa actum suum. et hoc modo fortitudo est circa medium et non circa extremum. Circa enim hoc extremum malum quod est periculum mortis in bello potest esse tres actus quorum duo videntur extremi et alius medius: unus est fugere huiusmodi pericula contra iudicium rationis recte: et iste est extremus in deficientio. Alius est subire huiusmodi periculum contra iudicium recte rationis. et iste est extremus in superabundando et vterque viciosus est. Alius est subire vel non subire huiusmodi pericula secundum iudicium recte rationis: et iste est actus laudabilis. medius: ad quem inclinatur fortitudo. Ad secundam rationem. et me quod est in pietate sermonis est finis. quod nullus est timor nulla etiam audacia cuius latitudo est infinita: sed quod argumentum videtur intelligi de latitudine possibilis vel imaginabilis: ideo non faciendum vim in animum negat hanc in se esse: tunc due linee infinite secundum longitudinem inter eas posset esse aliqua media: non obstante infinitate aliarum: et si esset hic due linee quas una esset infinita versus orientem et alia versus occidentem: inter eas etiam secundum longitudinem posset esse una linea media que non esset pars alterius earum ideo dico quod huiusmodi corrigat timere in duplo in triplo in quadruplo et in infinitum. et similitur huiusmodi contingit audere in duplo in triplo: et sic in infinitum: tamen inter hec duo mediat subire vel non subire pericula quocumque recta ratio dicitur ea esse subeunda vel non subeunda. Et cum probatur quod in latitudine infinita non magis vult iudicandum est medium quam alterum: dico quod licet nihil quod est pars illius latitudinis sit magis medium quam aliud: quod si latitudo illa sit infinita tamen ex una parte nihil illius latitudinis est medium: Si vero sit infinita ex utraque: tunc quodlibet eius punctum est medium tamen inter duas latitudines infinitas potest bene aliquid esse medium. sed illud nihil erit illius latitudinis: sicut nec fortitudo est pars timiditatis vel audacie. Ex illo autem argumento. nihil potest probari nisi quod nullus gradus timoris huiusmodi ratione mediis respectu totius latitudinis imaginabilis timiditatis. Et similitur de audacia cuius quo stat quod inter timiditatem et audaciam mediet fortitudo. Alii se brevis expediunt dicentes quod argumentum procedit de medio proprie dicto: sed non de medio dicto secundum similitudinem. quod solutio satis apparet supra ex dictis. ideo si brevis solutio requiritur: dico quod argumentum procedit de medio intrinseco quod est per illos

quorum est medium: sed non de medio extrinseco sicut scilicet linea mediat inter primam et tertiam: etiam dato quod prima et tertia sint infinite. Ad id. si. nego primam hanc et ad proba. nego assumptum nec hoc arguitur. philosophice. licet ex illo principio arguat contra antiquos non tanquam vero: sed tanquam ab eis concessio. Et multis enim alijs causis potest pervenire successio in motu ex. s. debilitate virtutis agentis quod non sufficit totam formam similiter producere et non ex nullis alijs. Ad quartam concedo maiorem de malo mortis et culpe. sed nego de malo doloris et pene. fortitudo autem ad secundum malum inclinatur non autem ad primum. ¶ Arguitur hinc contra quartam conclusionem: si non essent aliqua terribilia que subire oporteret: nulla virtus esset fortitudo: sed subire terribilia est tollere ea que impediunt ne ponatur rectitudo in operibus humanis: ergo fortitudo: et hoc huiusmodi sit virtus: quod tollit pericula que impediunt ponatur rectitudo in operibus humanis. Secundo. illud est propria ratio aliquorum quo posito ipsum poni et quo remoto ipsum remouetur. sed posita sublatione impedimentorum siue ponatur siue remouetur rectitudo rationis in operibus humanis ponitur fortitudo et ea remota remouetur. ergo fortitudo ideo est virtus quod tollit pericula impediencia ne ponatur rectitudo in operibus humanis. ¶ Ad primam rationem concedendo primam partem antea: quod si non essent aliqua terribilia vera vel estimata vel cogitata: non esset magis fortitudinis: nec in re nec in estimatione nec in cogitatione: ideo nec esset actus exterior: nec interior: fortitudinis: sed tamen ex terribilibus (que fuissent) potuisset generari habitus fortitudinis. que fuisset: et dico in re vel in cogitatione. Et ad secundam partem dico quod aliqui subeundo terribilia tollunt id quod impedit ne rectitudo rationis ponatur in operibus humanis et cum hoc ponimus rectitudinem in duplicibus operibus humano. Aliqui vero subeundo terribilia tollimus impedimentum et ponimus rectitudinem rationis in vno opere tamen: aliqui vero subeundo terribilia non tollimus impedimentum: et ponimus rectitudinem rationis in opere humano. Exemplum primum: ut cum aliquis potest deus criminiosus se armis tuere ne iusticie opus impleat: tunc potentia eius impedit ne ponatur rectitudo rationis in opere iusticie. quod impedit executionem iusticie. et timiditas militum eum oppugnantem impedit ne ipsi subeant periculum belli aduersus eum et ideo cum per fortitudinem tollitur metus: et vincitur: et pena digna suis criminibus patitur: tunc tolluntur duo impedimenta: scilicet metus qui impediens ne rectitudo rationis poneretur in opere fortitudinis: et potentia criminiosi que erat illud terribile a que causabatur metus et que impediens ne rectitudo rationis poneretur in opere iusticie: sublato autem metu ponitur rectitudo in opere fortitudinis et sublata potentia criminiosi ponitur rectitudo in opere iusticie exemplum secundum ut ciues oppugnati a barbaris in principio metu agitati: cum sublato timore faciunt fortiter et nihilominus vincunt vel etiam vincunt tollunt impedimentum scilicet metum: et ponunt rectitudinem in opere humano scilicet in opere fortitudinis. nec tamen per hoc ponitur rectitudinem in quocumque alio modo humano: Aliud exemplum si quis per impulsum audacie stimulatus aggredi tres fortiores se: cum tamen esset sibi alia via salutis: et recta ratio diceret sibi quod si dederet aggredi sed potius fugere: tunc fugiendo tollit impedimentum scilicet audaciam: et ponit rectitudinem in opere humano non scilicet in fuga que recta ratione eam dicitur esse opus forti-

Resolutio
 doctoris.

tudinis: exēplū tertij: dāf de eo q̄ in virtute fortitudinis ita exercitatus est q̄ h̄z tēperātiā gradū ita sc̄z q̄ nec p̄ metu nec p̄ audaciā diuēf a vero opere fortitudinis. T̄tis cū est aggrediēdū aliqd̄ terribile nec agif̄ metu nec auferf̄ audacia s̄z p̄firūm habitū operās subitū piculū qd̄ subeūdū est z eodē mō quo subeūdū talis igif̄ ponit rectitudinē i ope fortitudinis: z tñ nullū impedimētū tolli: qz nullūz impedimētū supuenit. qz nec metus nec audacia. Et p̄ his p̄z r̄sio ad sc̄dm qz q̄tūcūqz auferret met⁹, v̄l audacia: z tñ nō poneret rectitudinē i hoc ope hūano qd̄ est subire terribilia nō poneret fortitudo: posita autem hoc modi rectitudine in opere humano circa terribile, etiā si nō tollat aliqd̄ impedimētū qz sc̄z talis p̄pter excellentē habitū in p̄ntis terribilis nec timorē nec audaciā afficif̄: ponit fortitudinē. Si tñ vtrūqz fiat: oē fortitudo d̄z magis virtus qz ponit rectitudinē rōnis in opere humano circa terribile: q̄z q̄ remouet ea q̄ impediunt ne h̄mōi rectitudo ponat̄ in tali opere. ¶ Lōtra v. cōclusionē af̄ sic: fortitudo non est vna virtus: ergo fortitudo nō est specialis virtus Antecedēs probaf̄. fortitudo habet quattuor extrema: ergo nō est vna virt⁹: p̄na tenet: qz ois vna virtus mediāt inter duo extrema tñ: z assumptū probaf̄: qz fortis habet duo extrema in aggrediendo sc̄z audaciā: cum quis excedit in aggrediendo: z vecordiā cū quis deficit in aggrediendo: z habet duo in expectando sc̄z timiditatem q̄z quis deficit in expectando: z intimiditātē q̄z quis superabundat in expectando: ergo fortitudo nō est vna virtus. p̄zō solutionē huius rōnis (que tangit difficultatē de vnitatē fortitudinis) est aduertendū: qz opinto quozundā fuit: qz fortitudo est vna virtus genere: sed ipsa diuisa est in multas species p̄pter rōnē immediate af̄ factā. Quā opinionē re probz buridanus in duobus punctis. primo in hoc qz dicā qz nō est idē habitus quo aggredif̄ vbi recta ratio dicant aggrediendū esse z q̄ expectamus vbi recta ratio dicant esse expectande Secdo in hoc qz ponit timorē z audaciā nō esse cōtrarias passiones ¶ Circa igif̄ hanc difficultatē sit prima pp̄o. Ois fortitudo est vna nūmo. p̄bat. ois habitus est vnus nūmo ois fortitudo est habitus ergo ois fortitudo est vna nūmo. Secda pp̄o: ois fortitudo virtus est eadē alteri fortitudinē ḡne sub alterno: proba. quia omniū est vniū obiectū ḡne. s. terribile: z oim actus sunt de genere qz oēs cōueniunt in hoc qd̄ est subire vel nō subire piculū mortis in bello cōformiter ad dictamē recte rōnis. ¶ Tertia pp̄o: nō omnis fortitudo est cuius fortitudinē eadē specie p̄z qz fortitudinis: sicut z cuius alterius virtutis (sunt tres gradus sp̄e differētes sc̄z cōtinentia: tēperātiā: herica: igif̄. Secūdo: qz aliqui habitus fortitudinis h̄nt circūstantias pro obiectis, sed in illis variata quacūqz circūstantia semper variat habitus igif̄. Sed qz hec ratio aliā difficultatē petit q̄ alio loco declarāda est: ideo de ea nihil plus dicif̄. ¶ Tertio p̄posito dircē ad sensum p̄me opinionis z contra buridanū: duo sunt actus principales fortitudinis sc̄z expectare z aggredi q̄ sunt specie distincti: ergo sunt etiā vel esse p̄nt duo habitus fortitudinis sp̄e distincti. qz sunt duo actus fortitudinis sc̄z expectare z aggredi cōstat. Qd̄ sunt sp̄e distincti p̄bat: qz cōstat multos recte se habere z laudabiliter in aggrediendo qui nō se h̄nt laudabiliter in expectādo

z ecōtra: z eos esse b̄n habituatōs in vno: q̄ nō sunt b̄n habituatī i alio q̄ habitus expectādi fortiter est sp̄e distinct⁹ ab habitu aggrediēdi fortiter: p̄na t̄z qz si eēt habit⁹ eisdē sp̄e: tūc posito vno eoz in voluntate alicui⁹: talis est: inclinat⁹ sufficiēter p̄ illū habitū i vtrūqz actū. Secdo vbi cūqz sunt prudētie distincte sp̄e: ibi sunt habit⁹ p̄tuoos mozales distincti sp̄e: s̄z prudētia dirigēs nos in aggrediēdo distincta est sp̄e a prudētia dirigēte nos i expectādo: qz habit⁹ ab his imēdiate regulabiles sunt distincti sp̄e: maior p̄z qz cuiuslibet actui prudētiā sim spēm corrdidit suū op⁹ directū: Et minor p̄bat qz sunt alie z alie discipline militares in aggrediendo z in expectādo. Tertio cū obliagatione z errore in aggrediendo. nō stat rectitudo i aggrediēdo: s̄z cū obliagatione z errore in aggrediēdo stat rectitudo in expectādo: qz rectitudo in expectādo nō est rectitudo in aggrediēdo: z p̄as nec habit⁹ ē idē habitui. Quarta fortitudinē in aggrediēdo p̄trariat obliq̄tas in aggrediēdo: s̄z rectitudinē in aggrediēdo nō p̄trariat obliq̄tas i expectādo: q̄ ista z illa nō sūt eisdē sp̄e: p̄na t̄z: qz q̄cūqz sunt eisdē sp̄e ip̄a salta sunt qz cuiusqz p̄trariat vniū eidē p̄trariat reliquū Quinto: vbi cūqz ē alia z alia medietas ibi sūt habit⁹ medij cōiecturati sp̄e distincti: s̄z expectādo z aggrediēdo ē alia z alia medietas. q̄ ibi sūt alij z alij h̄nt sp̄e. Quarto pp̄o si timorē z intimiditās significēt extrēa illi⁹ medietatē: q̄ ē in expectādo: z audaciā z vecordiā significēt extrēa p̄tē illi⁹ medietatē: q̄ est in aggrediēdo: tūc timorē nō p̄trariat audaciē: nec intimiditates vecordie. p̄z qz timorē z audaciā siml sunt in eodē: sunt eim multi q̄ vniūqzqz z temerarie aggrēdiunt: z tñ pene nullū expectare audēt: sunt etiā aliq̄ qui facile aggrēdiunt: z tñ cū sentiunt resistēt iam statim fugiunt qd̄ probaf̄ p̄ illud. Ar. tertio ethicoz vbi loquit̄ de his qui h̄nt experiētiā periculoz bellicoz z tñ nō sunt fortes. Vidāf̄ vtrūqz (inquit fortes qm̄ nō sciunt alij qualia sunt nōnulla. s. in ania in bello q̄ terrozē faciūt imperitis. z seq̄ dem se facere: sed non pati maxime p̄nt. Ece quōd: aliqui b̄n possunt p̄cutere z invadere hostē: sed non p̄nt diu resistere hostibus p̄cutiētibz. ¶ Patet idē p̄ illud qd̄ ibidē statim subiungif̄. Abilitas autē timidi (q̄n supertendit̄ piculū) h̄nt eim fugiunt: cuius autē p̄manētia moriunt. hic autē ex p̄ncipio prima banf̄ vt meliores exētes: cognoscētes aut fugiūt Et his manifeste p̄bo qz timorē z audaciā simul sunt in eodem. volo qz aliqui milites frequēter exeat in tales actus sc̄z aggrediēdi cito a p̄ncipio z statim post (cum viriliter hostis sustinet vel in vadit) fugiēdi: ita qz ex h̄mōi actibus frequētatis generēt in eis habitus q̄bus p̄opte z expedite faciāt q̄ pus sine habitibus faciebāt: tūc sic: ille actus aggrediēdi hostē est ab aliquo habitu: z nō ab habitu fortitudinis vt cōstat. Tūqz aggressio illa ē in cōsiderata: Tū qz ar. dicit tales milites nō esse fortes: nec est ab habitu timoris qz inclinat ed oppositum scilicet ad fugiendū: ergo est ab habitu audaciē. Actus similiter fuge (quē postea eliciūt) nō ē ab habitu fortitudinis: qz tales nō sunt fortes. Tū etiā qz fugiūt z qz deficiūt in patiēdo vt h̄z textus: nec ab habitu audaciē: qz inclinat ad oppositū: ergo ē ab habitu timiditatis: q̄ s̄l sunt audaciā z timiditatis. Vtrū aut timorē z intimiditās audaciā z vecordiā significēt qd̄ dictū ē nō disputo: qz si nō significēt: p̄nt dari alia

De fortitudine.

nomina signantia hmoi medietates: Satis est em̄ q̄ ille medietates sint spē dñtes. Ad aut̄ ibi sint plura extrēa spē distincta q̄ duo: z nō tm̄ vnū mediū sed plura: videt̄ sentire L̄ homas secūda. ij. q. cxxvi. in respōsione ad tertū vbi dicit q̄ fortitudo mediat̄ inter in pauiditatē z audaciā: z q̄ nō est in cōueniens q̄ secundū diuersa media habeat diuersa extrema. Et quo patet q̄ secundū ipsum in fortitudine reperiunt̄ plura media z diuersa extrema: z nō loquit̄ vt̄ stat̄ de medijs tm̄ numero distinctis q̄ sunt illa infinita: ergo de medijs spē distinctis.

¶ Quinta ppositio. Quinta ppositio nō ideo q̄libz fortitudo est eadē cuilibet fortitudini spē spēalissima q̄ fortitudo mediat̄ inter duo extrema. Quod autē fortitudo mediat̄ inter duo extrema pbat̄: q̄ licet sint quattuor extrēa. vt̄ dictū est tm̄ ista quattuor cōtinent̄ sub duobus. s. sub istis nō subire periculū belli cū recta ratio dicat̄ esse subeūdū z subire periculū belli q̄n vel quomō recta ratio dicat̄ nō esse subeūdū inter q̄ extrema est vna medietas duab⁹ cōmunit̄ scz subire vel nō subire periculū belli cōformiter ad rectitudinē rōnis: primū autē extremū cōtinet̄ timiditatē z vecordia scdm̄ cōtinet̄ intimiditatē z audaciā. Tunc pbat̄ ppō iusticia particularis est inter duo extrema sicut̄ inter reddere vnicuiq̄ qd̄ suum nō est z retinere quod suū nō est: z tm̄ nō q̄libet iusticia est cuilibet iusticie eadē spē: sicut̄ iusticia distributiua nō est eiusdē spē cū cōmutatiua nec vendicatio cū loquatione: nec locatio cōh̄detiussione z hoc ideo q̄ sub his duobus extremis cōtinent̄ multa alia inter q̄ possunt̄ esse: alie z alie medietates igit̄ sexta ppositio: nō ideo q̄libet fortitudo est cuilibet eadē spē: q̄ eaz̄ oim̄ est vnus finis primus z immediatus p̄. nā cuilibet iusticie est vnus finis prim⁹ z immediat⁹. s. reddere vnicuiq̄ qd̄ suum est: tamē cōstat̄ q̄ iusticia distributiua est spē distincta a iusticia cōmutatiua Similiter oim̄ tp̄atiaz est vnus finis. s. vt̄ moderat⁹ tāgibiliū z gustabiliūz tm̄ stat̄ q̄ tp̄atia veneroz ē alia spē a tp̄atia ciboz z potuū Ita possz argui de liberalitate z alijs virtutib⁹.

¶ Secūdo si sic sequeretur q̄ audacia z fortitudo essent eiusdē spē. nō est finis saltē de eo qd̄ est p se audacia z de eo quod est per se fortitudo igitur: z patet cōsequētia: q̄ multi qui audaciter faciunt̄ ita itendūt̄ sic faciēdo saluare bonū cōmune vel vicere hostes sicut̄ illi qui fortiter faciūt̄: z p̄stitūt̄ eque bene sibi hunc finē illi sicut̄ isti. Tertio bonitas actus nō dependet̄ precise z adēquate ex fine: sed ex oib⁹ alijs circūstancijs: ergo ex vnitate finis nō p̄t̄ concludi vnitas h̄it⁹ q̄nā t̄z q̄ remanēte vnitate finis: act⁹ variabitur de bono in malū propter defectū aliarū circūstantiarū. Septima ppositio non quilibet fortitudo est eadē cuilibet fortitudini specie ppter actum eius de speciei natum a qualibet fortitudie causari probatur nam habēs habitum fortitudinis aggressiue potest̄ elicere ille qui habet habitū fortitudinis expectatozie. z ille etiā hūc actū fortit̄ factē dā ē z simile fin̄ spēz pōt̄ elicere vtrūq̄z habet pro tēpore pro quo dubitat̄ vtrū aggrediendū sit an expectādū. Similiter etiā habēs iusticia cōmutatiua se cū dū veditiōnē z empiriōnē z iusticia cōmutatiua secūdū locatiōnē pro tēpore p quo dubitat̄ an dom⁹ sit emēda vel locāda elucere potest̄ etiā abutro q̄ habitu hunc actū iusticie faciēde est siue emēdo siue loquēdo. Secūdo habitus nō fortitudo est cuilibet ex actibus in adēquatis: sed huiusmodi actus sunt

inadēquati istis habitibus. ergo ex istis actib⁹ non oriūtur specie isti habitus ergo ppter vnitatē specifice istoz actū nō est arguēda vnitas specifice habitū: verū est tamē q̄ si esset aliquis habitus q̄ exiret in istos actus tāq̄ in actus sibi adēquatos: ille esset distinctus specie ab illis habitibus q̄ haberent̄ istos actus tāq̄ inadēquatos: z alios tāq̄ adēquatos. Et possunt particularius declarari.

Sit aliquis qui audiat̄ philosophum vel p̄dicatōrē laudētē fortitudinē de qua ille nihil vnq̄ p̄ audiuerat: z moueat̄ i desiderū fortitudis: z velit fortit̄ faceret̄ frequēter eliciat̄ hmoi volutiōez tal̄ frequēter eliciendo hmoi actū acq̄rit̄ quēdē habitū inclinātē eū ad fortiter volēde q̄ h̄it⁹ est multū cōis z imperficiens: postea instruat̄ particularius de actib⁹ fortitudinis: tunc mediatē actu istius h̄it⁹ z p̄fecti z recta rōe dictate sibi q̄ ē nūc fortiter expectāde p bono rei publice exit̄ i actū tā exteriorē q̄ interiorē fortiter expectādū: q̄ si frequēter eū gnabitur i eo nouus habitus inclinās eū ad expectāde fortit̄ scdm̄ iudiciū recte rōnis. Mediatē vero actu p̄mi habit⁹ z rectā ratione dictate sibi q̄ est nūc fortit̄ aggrediēde exibat̄ in actū fortiter aggrediēdi ex cui⁹ frequētatōe gnabit̄ in eo alit⁹ habit⁹ inclinās eū ad cōsilās act⁹ z isti duo h̄it⁹ posteriores cōtinent̄ primū nō cōtinent̄ quia superi⁹ cōtinet̄ inferi⁹: q̄ hec cōtinent̄ia nō reperit̄ inter res q̄ non sunt si gna sed p̄tinent̄ia virtuali aut̄ iminētiali si ita velis appellare ad hūc. s. sensum q̄ in quēcūq̄ actū fortitudinis p̄t̄ pri⁹ habit⁹ cū potētia i eūdē p̄t̄ q̄ly aliorū cū potētia s̄ si ecōtra. Quibz ei h̄is habitū secūdū vel tertū: p̄t̄ velle facere fortiter: s̄ nō q̄ly h̄is p̄mū p̄t̄ velle facere fortiter expectamēto: s̄ prim⁹ h̄it⁹ tm̄ nat⁹ ē elicere p̄mū actū. s. q̄ fortiter faciēde est p̄formiter ad iudiciū rōis. Et iste act⁹ cū recta ratione dictate q̄ hoc modo vel illo fieri p̄t̄ fortiter z currūt ad cauēde alios actus ex quib⁹ generatur alij habit⁹. Ad rationē igitur cōtra. v. cōclusionē p̄z quod r̄idēde sit: qz ostensum est quomodo fortitudo mediat̄ inter duo extrema: quozū q̄ly cōtinet̄ sub se alia duo z inter duo illozū est vna medietas: z iter alia duo ē alia medietas. Cū ergo vbi fortitudo h̄z. iiii. extrēa distiḡ v̄l secūdū eadē spē ei⁹ z sic negat̄. vel secūdū diuersas spēz sic p̄ceditur. habet tamē duo extrema sicut̄ dictum est cōtra oib⁹ spēb⁹. Et hoc modo intelligēde est q̄ ois virtus mediat̄ inter duo extrema. Ad vitandē tamē iportunitates sophisticas est aduertēde q̄ extremū virtutis accipitur dupliciter. Vno modo primo intentionaliter: z tunc extremum virtutis significat̄ actus viciosos iter quos actus virtuosus mediat̄: z tunc oēs qui sunt ex vno latere dñr vnū extremū per equiualentiā: z omnes qui sunt ex alio latere dñr et vnū extremū p equiualentiā. Et secūdū hunc modū ois virt⁹ moral̄ or̄ habere duo extrema. Alio modo accipitur extremū virtutis secūde intentionaliter: z tūc extremū accipit̄ p̄ceptū siḡntē oēs act⁹ viciosos: z q̄ nō sunt cōfōres recte rationi circa materiā talis virtutis cognōtādo superabū dantiā vel defectū. Et hoc modo etiā intelligēdo data sunt duo extrema fortitudinis: cū quo stat̄ q̄ secūdū species suas habet quatuor vel. vi. vel plura. Sed iā arguēde est cōtra aliquas de predictis ppositiōnibus. z primo cōtra tertiam z probatur ratiōnibus buridāi q̄ quilibet fortitudo est cuilibet fortitudini eadē specie. Et primo arguit̄ auctoritā

Quinta ppositio.

6. ppō.

2

apud

te et ratione, auctoritate alberti dicentis quod quis potest natur. iiii. extrema fortitudinis non est nisi unum medium: quia superabundans in timore deficit in audacia et superabundans in audacia deficit in timore ita inter audaciam et timorem vnicuique medietas est fortitudo. Secundo omnis virtus est una ipse: que est ad unum finem specie: sed omnis fortitudo est ad unum finem: quia ad salvandam bonum commune vel ad bene habendam in bello vel ad obtinendam super inimicos victoria: que finem consequimur aliquando expectando: aliquando aggrediendo: aliquando utroque modo: ergo fortitudo est una virtus specie maiorem probat quia virtus et viciū specificatur fine: quod probat auctoritate et ratione primo auctoritate ar. dicent. iiii. ethi. quod ille non dicitur recte prudens qui propter irrationem committit pecuniam sed magis intemperat: dicit etiam quod datur non boni gratia: sed propter quadam aliam causam non est liberalis: sed alius quis. ut si detur propter adulterium est adulter: et si ut sibi detur est cupidus.

¶ Secundo per illud quod habet. iiii. ethico. Finis autem omnis operationis est quod secundum habitum et fortitudo autem fortitudo bonum talis autem finis determinatur enim vnum quodque fine. Tertio ratione secundum diversitatem finium diversificatur electio: ergo secundum diversitatem finium diversificatur virtus: quia virtus est habitus electio. Quarta quod nihil est bonum nisi propter causas finales ut dicit commentator secundo metha. ergo necesse est omnia sumere specie et ratione bonitatis sue ex fine: sed virtus est bonitas quedam igitur. Quinto timor et audacia sunt contrarie passionibus: ergo omnis habitus inclinans ad unam declinat ab alio. ergo inter audaciam et timorem non est nisi una medietas. Sexto contra quartam propositionem ar. et probatur quod timor et audacia sunt contrarie passionibus. primo auctoritate. Ar. secundo rhetorice dicentis. quoniam autem de timore manifestum est quid sit et quod singuli habentes fortitudinem manifestum est ex his et audere quid est et circa qualia audaces et quomodo dispositi audaces sunt ausibile enim contrarium timidum. Contra. vii. propositione arguitur sic. Omnes habitus apti nati producere actus eiusdem rationis et speciei sunt eiusdem speciei. sed quilibet illorum terminum habitum natum est producere actus eiusdem speciei ut in deductione eiusdem propositionis habetur igitur omnes illi habitus sunt eiusdem speciei. Secundo actus sequentes habitum sunt eiusdem speciei cum habitus ex quibus actibus est generatus sed duo postremi habitus non sunt generati ex actibus primi habitus: ergo nec sunt productivi illorum habituum. Tertio posito habitu primo non cum recta ratione de forti expectatione potest elici actus fortiter expectandi. et posito eodem habitu cum recta ratione de forti aggressionem potest ponit fortis aggressio ergo ille pius habitus sufficit cum recta ratione ad actus habituum posteriorum. per consequens illi postremi habitus suffluunt. Ad primam se contra tertiam propositio non rationabiliter (ut dicitur est) in fortitudine reperitur una contrarietas compositis et due contrarietates speciales et hoc tamen cogit procedet buridanus qui in responsione ad quadam rationem opinionis que ipse dicit: quod si per audaciam intelligatur habitus inclinas ad excessum in fugata audacia non opponitur proprie timiditati: sed audacie opponitur recedat et timiditati in timiditas propter autem duas contrarietates specialiter ponuntur due medietas. Dico preterea quod dato quod non

esset nisi una contrarietas extremorum: possunt tamen esse plures medietates specie propter diversas circumstantias que sunt obiecta actuum et habituum per se bonorum. Ad secundum negatur maior ut supra probatum est. et ad probationem dico quod dupliciter potest intelligi quod virtus et viciū specificatur sic: uno modo adequate et totaliter et sic ego nego tam de actibus et habitibus que sunt per se virtutes aut vicia qui se habent circumstantias pro obiectis que de actibus et habitibus que non sunt per se virtutes aut vicia. sicut sunt actus et teriores et etiam multi actus interiores qui non habent circumstantias pro obiectis. Alio modo in adequate et particulariter. et hoc ego concedo de actibus et habitibus per se bonis aut per se malis. Et hoc autem non sequitur quod vbiusque est idem finis ibi sit eadem species habitus. sed bene sequitur quod vbiusque est alius et alius finis ibi est alius et alius habitus secundum speciem: quod verum est de habitibus per se bonis aut per se malis: et est de actibus. De actibus autem non per se bonis vel malis. dico primo quod non specificatur a fine secundum suam substantiam nec totaliter nec particulariter: per quod ambulatio ad ecclesiam propter deum est omnino eiusdem speciei ambulatione ad eandem ecclesiam propter vanam gloriam: cum eadem oratio continua et non interrupta possit primo fieri propter deum et postea propter vanam gloriam. et denigratio parietis que fit propter oculos est eadem specie cum denigratione parietis que fit ut detur paries: et ruptio parietis que fit causa luminis habendi est eadem specie cum ruptione que fit causa ingressus habendi. dico secundo quod loquendo de specie accidentali quod homo albus dicitur alterius speciei ab homine nigro: licet sit ipsissima locutio quod finis bonus aliqui specificat et aliqui non specificat actum finis etiam malus aliqui specificat et aliqui non specificat. Et hoc secundum istas duas species que sunt bonitas et malicia hoc est finis boni aliqui de malo actu facit bonum et aliqui non: et finis mali aliqui facit malum actu de bono et aliqui non. Exemplum primi ut si vadam ad ecclesiam loco tempore et modo debitis: sed tamen propter malum finem scilicet vanam gloriam. tunc mutato fine in continuatione ambulationis. ita quod ego iam vadam propter deum: ambulatione mea que erat mala propter in debitum finem iam fit bona. et tamen finis bonus specificat eam. id est de mala facit bonam. Exemplum secundi ut si ego vadam ad ecclesiam loco tempore modo et fine indebitis propter solius finis transmutationem non mutabitur actus meus de malo in bonum. quia actus meus adhuc remanet malus propter alias circumstantias malas exemplum tertiū. ut si ego vadam ad ecclesiam loco tempore modo et fine debitis scilicet propter deum et eundo ego mutem bonum finem et incipiam ire propter vanam gloriam: tunc actus meus de bono fiet malus. Exemplum quarti ut si egovadam ad ecclesiam propter vanam gloriam et eundo mutem finem et incipiam ire propter avaritiam: tunc finis iste non mutat actum meum de bono in malum. quia non erat prius bonus: sed semper remanet in specie mali. Si vel tamen intelligere quod specificat actum meum quantum est ex se: quod si in rei veritate ambulatione mea fuisset bona. Nam per substitutionem istius finis fiet mala aut etiam quod specificat eam secundum speciem malitie transmutatio eam de una specie malicie in aliam: quia ambulatione que prius erat vana iam est avara: extendendo huiusmodi denominationes: ego non contradico. sed hoc non est secundum speciem specialissimam sed secundum quandam specificationem genericam et

De fortitudine.

cōmunē sub qua p̄st multae spēs contineri. hec alio
 loco declaranda sunt. r̄ ibi diffusius exponēda. Ad
 primā p̄bationē antecedentis: cum dicat q̄ qui pro
 pter intemperantiam consumit sua non recte dici
 tur prodigus sed magis intemperatus. Ad hoc dico
 q̄ dato q̄ hoc esset verum ex eo nihil cōcluditur
 nisi q̄ finis cōcurrat ad specificationē actus specia
 liter aut in adequate: quod maxime verum est de si
 ne respectu actus r̄ habitus virtutis. Respectu au
 tem habitus viciosi: q̄ cum deficit vnica circumstā
 tia abt̄ virtuosus: actus dicit̄ viciosus. Ideo finis
 potest specificare totaliter: specificatione tamē ge
 nerali sub qua multae spēs continebuntur. Dico se
 cundo q̄. Ar. non habet quod allegat. Pro quo
 t̄n est aduertendum q̄ Ar. habet secundo caplo
 primi tractatus q̄ qui dat quibus non oportet vel
 nō boni gratia / sed propter aliam causam nō est li
 beralis sed alius quis dicit. vbi eufratius hoc est
 (inquit) prodigus vel intemperatus. Et caplo se
 quenti vbi de prodigo loquit̄ propter quod (inquit)
 intemperati ipsorum sunt multi. facile enim consu
 mentes in intemperatā cōsumptiui sunt r̄ p̄pter
 non ad bonum viuere ad voluptates declinant. Et
 concludit ex his prodigus igitur inducibilis effe
 ctus in hec transit. Ad hoc ergo quod argumentū
 querit vtrum prodigus: consumēs propter intem
 perantiam sit magis intemperatus q̄ prodigus.
 Respondeo q̄ prodigus proprie dicit̄ ille qui sine
 honestate vtilitate vera vel estimata pecunias fa
 cile consumit. Dico igit̄ sermo q̄ prodigalitas me
 diante actu suo elicit̄ inclinā ad actum intempe
 rantie. Patet quia qui sunt illiberales frenum ha
 bent r̄ impedimentum contra intemperantia scilicet
 retētionem vel amorē pecuniarū. sed prodigalitas
 auferit h̄mōi amorē: igitur. Secundo dico q̄ aliqui
 cōsumēs pecunias p̄pter intemperatā est imperat⁹
 r̄ nō prodigus. patet q̄: alicui tali intemperatā est tā
 cōsumēdi r̄ non contēptus pecuniarū: r̄ maxime in
 illo q̄ alias nō esset pecunias cōsumpturus. Tertio
 dico q̄ aliquis cōsumens pecunias p̄pter intempe
 rantia similis est prodigus r̄ intemperatus. p̄ q̄ ali
 quis talē est q̄ negligit pecunias r̄ q̄ p̄ facti causa
 r̄ leui cōsumit etiā p̄ qua recta rō nō dicit̄ eas eē
 cōsumēdas. q̄ ergo leuis r̄ incōsideratus est in cō
 sumptione pecuniarū nec eas diligit dicitur pdig⁹
 q̄ vero eis abutitur ad explēdā intemperatā suā di
 citur intemperatus. Quarto dico q̄ aliquis ta
 lis est magis intemperatus q̄ prodig⁹ r̄ aliquis ma
 gis pdig⁹ q̄ intemperatus. Patet q̄: in aliquo ta
 li est intensior amor voluptatis q̄ neglectus pecu
 niarū. In aliquo vero est intensior neglectus pecu
 niarū cōtra iudiciū rationis q̄ amor voluptatis.
 Quinto dico q̄. talis ex hoc dicitur intemperat⁹
 r̄ nō prodigus q̄ cōsumit pecunias i voluptatib⁹
 patet q̄: i hoc q̄ cōsumere pecunias i voluptatib⁹
 intemperate exprimitur propius actus intemperatē
 r̄ nō propius actus prodigalitatē. Ad aliam au
 tē cōcedo de determinatione cōi r̄ ḡnica: p̄ quā ta
 mē actus recedit a quadā cōi fusione. vt si quis iret
 ad ecclesiā r̄ nō p̄pter aliq̄ finē: iste actus mūdū
 esset bonus vel malus supposito q̄ p̄ nullā aliā cir
 cūstātia redderetur malus. Tunc assumptō bono fi
 ne puta cultu diuino esset bon⁹. assumptō vero ma
 lo sine: vt puta ydolatria esset malus. Ad tertiu cō
 cedo q̄ secūdu diuersitatē finū diuersificatur ele

ctio r̄ maxime loquēdo de electioe p̄ se bona. non
 oportet tamē q̄ secūdu idēptitatē finū idēptificet
 electio. Iustus em̄ r̄ fortis eundē finē h̄t r̄ t̄n non
 eadē eorū electio immo vnus vnōmō p̄curat salutē
 rei publice r̄ alius alio mō. Et hoc p̄t̄ etiā exēplo
 medici sanātis diuersos egros. q̄z habeāt eundē fi
 nē nō t̄n eadē electioes. Ad quartā nego p̄nam
 si intelligat̄ de spē sp̄alissima r̄ de sumere tollat̄ r̄
 adequate. Ad v. dicit̄ est factis. Ad rōnē contra
 quartā p̄positionē iā r̄sum est. q̄ dicit̄ est quō t̄
 mor r̄ audacia cōtrariā r̄ quō nō. Ad p̄mā rōnē
 cōtra. vii. p̄pōnē cōcedo maiorē de actibus adeq̄
 tis oibus illis habitatibus r̄ in hoc sensu nego mi
 norē. Itā p̄mus h̄tus cāt primū actū tāq̄ sibi ade
 quatū: posteriorē vero cāt eū tanq̄ sibi iadequa
 tū r̄ h̄t alios actus eis adequatos. Ad scōdam
 cōcedo maiorē de actibus adequatis habitū seq̄n
 tibus. Ad tertā negat̄ vtraq̄ ps aut r̄ si intelli
 gat̄ cū p̄cisione r̄ exclusionē cuiuslibz alteri⁹ act⁹
 vel h̄tus. r̄ dico q̄ si ponere p̄mus h̄tus cū recta
 rōnē r̄c. nūq̄ exiret i actū scōi vel tertij h̄tus. Et
 dico q̄ posita recta rōnē r̄c. cū isto h̄tu primo iste
 h̄tus exit in actū sibi p̄p̄iū r̄ iste actus. s. fortiter
 faciendū est cū recta rōnē dicit̄ de forti expecta
 tione inclinā ad actū fortiter expectādū. ex cuius
 frequentatione ḡnā nouus habitus i sic operat̄.
 Ad rōnes positas p̄ncipio q̄stionis. Ad primam
 cōcedit̄ maior r̄ negat̄ minor pro vtraq̄ p̄c. Ad
 p̄bationē p̄me partis r̄ideo q̄ p̄cedit de fortitudi
 ne que est robur corporis de qua hic nō loquimur.
 Ad secundam potest dici vt dicit. b. Thomas q̄ au
 ctoritā apostoli intelligitur de infirmitate corpo
 rali. fortitudo autē est infirmitas mentis non corpo
 ris. Aliter potest dici q̄ apostolus accipit infirmi
 tatē pro rebellionē passionū r̄ oppugnatōe virtuo
 se mētis. quas passiones r̄ infirmitates crebro vice
 do augemus virtutem nostram ac perficimus / que
 forte non oppugnata torpesceret r̄ deliberaretur.
 Ad secundam rationem negatur antecedens et
 ad probationem primam respondeo q̄ procedit de
 fortitudine secundo modo accepta. Ad secundā
 probationē que est ex ambrosij auctoritate dico q̄
 loquitur de fortitudine. tertio modo que scilicet cō
 munitis est magnanimitati r̄ fortitudini. p̄p̄c dicte
 que dicitur defendere ornamēta omniū virtutū q̄
 secundum art. magnanimitas est quicquid est in omni
 virtute maximū dicitur etiam custodire iudicia nō
 q̄ eliciat fortitudo actus iusticie: sed q̄ p̄ iudicijs
 exequandis r̄ seruandis fortis paratus est se discer
 mini mortis obijcere. dicitur etiam fortitudo decer
 tare aduersus omnia vicia. non q̄ magnanimitas
 eliciat actus omnium virtutū: sed quia magnani
 mitas mediante actu suo elicit̄ inclinā ad fugam
 omnium viciozum: magnanimitas enim est velle fuge
 re omnem turpitudinem mediante qua volitōe ma
 gnanimus siue fortis decertat contra omnia vicia
 q̄ si inuicta ad labores r̄ fortis ad pericula habet
 ex se fortitudo hoc modo dicta. q̄ sit rigidior: aduer
 sus voluptates r̄ q̄ fuget auariciā habet nō q̄ eli
 cit̄ actus virtutum oppositarum: sed quia median
 te actu suo elicit̄ inclinā ad horum omnium fugā
 tanq̄ ad fugam eorum que proprium actum suum
 impediunt. omnis enim virtus. mediante actu suo
 elicit̄ inclinā in fugam omnium illorum viciozū
 que proprium actum suum impediunt.



Veritur scdo. Utrum

fortitudo sit virtus cardinalis. Arguitur quod non omnis virtus cardinalis est scilicet circa ea circa que versatur vita humana: sed fortitudo non est circa ea in quibus precipue versatur vita humana: ergo fortitudo non est virtus cardinalis: minor probatur: quia fortitudo est circa periculum mortis in bello que raro occurrunt in bello. ¶ In oppositum est communis philosophorum et theologorum opinio. nam Gregorius. xxiij. moralium. Ambrosius super lucam. et Augustinus libro de moribus ecclesie fortitudinem inter virtutes cardinales enumerat. Pro responsione ad questionem sit prima conclusio. Non ideo aliqua virtus dicitur cardinalis: quia precipue sibi vendicat id quod pertinet communiter ad virtutes: probatur: quia si sic sequeretur quod essent tantum tres virtutes cardinales: eo quod tantum sunt tria que pertinent communiter ad omnes virtutes: sicut habetur communiter secundo ethicorum scilicet quod opus fiat ex certa scientia et electione: quod propter finem: et quod fiat firmiter et immobili iudicio. ¶ Secundo hec tria ita sunt communia omnibus virtutibus: quod non magis inveniuntur alteri nisi forte proveniant ex intentione ipsius habitus: ita quod habitus ceteris paribus quanto est intensior: tanto magis sibi vendicat ista tria: et nullus sibi vendicat ex ratione generis vel speciei sue. Nam omnis habitus virtuosus moralis est habitus electius medij: a quo non discedit quod diu recta ratio dicitur esse immutandum. Ex quo inferitur contra beatum Thomam quod fortitudo non ideo dicitur virtus cardinalis quia maxime sibi vendicat laudem firmitatis in quantum scilicet illud quod impellit ad deserendum opus fortitudinis grauius impellit illud quod impellit ad deserendum opus temperantie: quia dolor grauius et vehementius impellit ad deserendum opus bonum quam voluptas. Ideo firmitas fortitudinis est magis laudabilis quam firmitas temperantie. probatur correlarij. Omnis virtus secundum gradum heroicum habet firmitatem equaliter laudabilem. igitur non ideo fortitudo dicitur cardinalis: quia vendicat sibi firmitatem eque laudabilem. antecedens probatur: quia iustus et temperatus secundum gradum heroicum habet firmitatem in opere suo tam laudabilem quam sunt parati non deserere opus suum pro quo cumque quod est contra rectam rationem immo de facto habent opus tam difficile quam pro difficultate sua ipsum est positum supra communem hominum facultatem aut ex natura actus: aut ex circumstantia immo firmitas eorum est tanta quam habet actum actualiter imperatum mortis subcunde: si non subeundo mortem recta ratio dicitur quod deserat opus virtutis. huiusmodi autem firmitate nulla est maior aut laudabilior: ergo quilibet virtus in gradu heroico firmitatem eque laudabilem firmitati fortitudinis sibi vendicat. ¶ Secundo: cum huiusmodi firmitate stat. quod vita humana non voluatur circa huiusmodi virtutem tanquam circa cardinem: aut quod secundum eam limitetur humana honestas: aut quod in rebus grauibz et difficultibus mens nihil agat sine ea: ergo in hoc non consistit causa quare fortitudo sit virtus cardinalis. Est tamen in hac materia difficile probare vel improbare quod nulla virtus dicitur cardinalis secundum proprietatem sermonis: sed tamen

secundum eandem similitudinem: difficile est autem ostendere a qua proprietate sit derivata similitudo. ¶ Secunda conclusio. non ideo aliqua virtus dicitur cardinalis: quia sic circa eam voluitur velur in cardinibus tota humana conuersatio: quod habens eas est simpliciter bonus et non malus: aliquo vero deficiente quibuscumque alijs habitibus non dicitur simpliciter bonus. Et exponit adhuc buridanus addens: quod super virtutes cardinales suffertur humana conuersatio: quod alie non sunt nisi de congruitate et decore bonitatis humane: et non de necessitate. Et ratione huius probatur quod peccando vicijs oppositis istis virtutibus moralibus peccatur mortaliter: et homo simpliciter dicitur malus. Sed peccando vicijs oppositis alijs virtutibus non peccatur mortaliter: nec dicitur homo simpliciter malus. ¶ Pro impugnatione huius opinionis et probatione conclusionis prius posite sit prima propositio. Non quilibet peccans vicio opposito virtuti cardinali peccat mortaliter. probatur. quia si sic sequeretur quod quilibet peccans vicio opposito magna nimitati peccaret mortaliter. sed consequens est falsum igitur. patet consequentia: quia fortitudo secundum quod est virtus cardinalis est communis tamen magnanimitati quam fortitudini proprie dicte. Et falsitas consequentis patet per aristoteli. iij. ethi. di. quod cainus et pusillanimitio non sunt mali: deficiens autem inquit pusillanimitas: superabundans autem cainus non mali quid esse videntur: neque iniusti: non enim malefactores sunt peccantes autem. Et rationem assignat: quia videntur seipso ignorare. Et adhuc concludit de pusillanimitate quod magis videtur esse pigri quam insipientes et hoc etiam concedit buridanus. Quod autem fortitudo secundum quod est communis magnanimitati et fortitudini proprie dicte sit virtus cardinalis patet per Gregorium et Ambrosium. fenecam: tullium et generaliter omnes auctores: qui diuiserunt virtutem in quattuor tantum. Tales enim magnanimitatem et fortitudinem eandem virtutem fecerunt: et aliquando huiusmodi virtutem nomine magnanimitatis: aliquando nomine fortitudinis appellauerunt: et ad hoc probandum valent multa superius allegata. ¶ Secundo si sic sequeretur quod excessiva illiberalitas sive superabundans amor pecuniarum seclusa iniusticia ad alterum non esset peccatum mortale: et per consequens nullus avarus peccaret mortaliter nisi simul esset iniustus: sed consequens est falsum. et patet consequentia: quia secundum buridanum liberalitas non est nisi ad decorem honestatis moralis in tantum quod peccans vicijs oppositis nullo peccet mortaliter nisi simul sit iniustus. ¶ Tertio sequeretur etiam quod tracundia et mendacium quibus tamen nihil iniurie alteri asferretur: etiam quantumcumque seruenti desiderio fierent non esset peccatum mortale. Illud etiam argueretur de iactantia et appetitu vane laudis: nullum enim talium esset peccatum mortale: nisi simul per ea asferretur alteri iniuria. ¶ Quarto quia sequeretur quod religiosus datus contemplationi iuueniorum qui nunquam cogitat subire pericula mortis in bello non esset perfectus secundum humanam honestatem. consequens videtur absurdum igitur et patet consequentia: quia talis non habet virtutem fortitudinis stricte accepte: quam buridanus per se et non secundum quod includit magnanimitatem dicit esse virtutem cardinalem. ¶ Quinto

2. cōclu.

Buri. 3. ethi. q. 19

i. pposit.

2

3

4

to quia si sit. sequeretur quod fortitudo huiusmodi stricta accepta non esset virtus cardinalis. consequens est contra opinantem et patet consequenti.

¶ Tum primo quia peccans contra fortitudinem per audaciam non videtur peccare mortaliter: neque reperitur quod Ari. dicat eum mali: sed tantum superbium: audacem et fictorem vere fortitudinis. Tum secundo quia non omnis qui timet ubi etiam recta ratio si esset diceret non esse timendum peccat mortaliter. Tum quis timeat interdum propter inexpectationem periculum. Sicut contra aliqui puta audentes propter experientiam eorum ut vult Ari. in eodem tertio. Tum tertio quia si nullus peccans vicio opposito fortitudini peccat mortaliter nisi simul iniuria afferat alteri puta reipublice. ergo cum propter hanc rationem sola buridanus neget alias virtutes esse cardinales sequitur quod fortitudo stricta accepta non est virtus cardinalis. ¶ Sexto si sic sequeretur quod omnis impudētia esset peccatum mortale: et maxime que non esset inuincibilis. sed consequens est falsum. et patet consequentia quia iominis impudētia est viciū oppositū prudentie que est virtus cardinalis. Et falsitas consequentis patet. Tum quia non tenetur creatura rationalis ad quālibet prudentiam. Tum quia obligatio in multis obligabilibus per prudentiam non est peccatum mortale. ut deducit buridanus de pdigalitate magnificencia: affabilitate eutrappelia māfuetudine et alijs multis. ergo nec impudētie oppositae prudentie directiōis harum operationū sunt peccata mortalia. Ex his omnibus latis videtur supradicta conclusio probata. Scilicet quod non ideo aliqua virtus dicitur cardinalis quia circa eā voluitur humana conversatio modo supra per buridanum exposito.

¶ Tertia conclusio ideo quatuor ille virtutes prudentia iusticia temperantia et fortitudo dicuntur cardinales: quia circa eas tamē circa cardines sic voluitur moralis honestas quod habēs eashabet potissimos virtutum habitus: et cum hoc habet habitus inclinantes ad actus omnium aliarum virtutum moralium et eos limitantes: ita quod huiusmodi quatuor habitus facilliter erit in omnium aliarum virtutum actus et eos moderatur: probatur virtutes enim dicuntur cardinales aut per similitudinem ad cardines ostis: aut per similitudinem ad cardines orbis aut per similitudinem ad carnalium dignitatem acetum. primo quidem quia sicut circa cardines voluitur hostium et voluendo aperitur et clauditur: ita et circa has virtutes vniuersa moralis honestas voluitur: sed hoc non est quod praeter istas non sit alia moralis honestas: ut supra probatum est. Nec quia nulla honestas moralis alia ab inhonestatibus istis virtutibus quatuor oppositis sit mala: ideo dicuntur cardinales modo dicto in conclusione. Secundo dicuntur cardinales per similitudinem ad cardines celi: quia sicut cardinales celi supereminēt toti mundo inferiori: et celestes motus determinant et limitant: et motus eius distinguunt: ita et huiusmodi virtutes supereminēt in domicilio mentis nostre et limitant et distinguunt omnes motus eius.

Tum quia inclinant ut dictum est in motus aliarum virtutum. Tum etiam quia incumbendo operibus aliarum virtutum maxime cauendum est ne secundum aliquam istarum quatuor peccetur: quia tunc deserendum esset opus altius virtutis. et iusticie vel

temperantie vel fortitudinis vel prudentie vācādi. Tertio dicitur cardinales per comparationem ad cardinalium cetum: quia sicut cardinales assistunt summo pontifici et in generibus ac arduis rebus summus pontifex nihil agit sine eis. Ita et he. iij. virtutes assistunt humane menti sine quibus humana mens nihil arduum et difficile facile presumit. Sed per eorum moderationem erit in omnes honestatis moralis actus quod verissime potest intelligi per inclinationem et imitationem iam dictam: non puro tamen ex hac similitudine translatus esse nomen cardinalis ad virtutes: sed translationem nominis per hanc similitudinem fuisse confirmatam. post has autem tres similitudines addit guillemus parisiensis. veritas tamen in hoc est: sicut magis credimus quod ex principatu et precellentia quem habere vise sunt ad alias dicte sunt cardinales. iste autem principatus et hec precellentia consistit in tribus conditionibus expressis in conclusione prima est quod sint in regione mentis potiores. Secunda quod inclinent in actus aliarum virtutum et facillitent eos. Tertia quod limitent aliarum virtutum actus et opera. primi deduci possent. Tum ex materia. Tum ex actibus. Tum ex vicis oppositis: sed quia hoc ab omnibus est concessum: ideo supersedeo. et apparebit etiam satis ex tertio. Secundum patet nam qui est iustus perfecte: et habet habitus prudentie facile acquirit sibi mansuetudinem. Nam iustus facile assuescit ad tollendam iracundiam omnem per quam inferitur iniuria alteri: qua iracundia pacata facilliter etiam pacatur omnis alia. Similiter qui est iustus perfecte facile virat omnia vicia opposita virtutibus humane communicationis: per que leditur proximo quia se maculando illis vicis etiam se macularet iniusticia. Similiter qui est fortis et magnanimus ex ipsa animi similitudine et magnanimitatis conditionibus facilliter fit liberalis propter contemptum pecuniarum que habet. Sed adhuc inquit Ari. in quarto ethicorum et circa diuicias et potentatum: et omnem bonam fortunam: et infortunium moderate habebit quomodo cumque fiant: et neque bene fortunatus gaudiosus erit neque infortunatus tristis: et paulo post rationem assignat. Qui autem inquit et honorum est: huic et alia propter quod et despectore videtur esse. Similiter qui vere magnanimus est propter eandem causam facilliter si magnificus: ad quod etiam inclinatur per iusticiam. Tum ex religione quod est cultus diuinus: per quam inclinamur ad magnifice faciendo circa templa diuina et simul circa omnia que pertinent ad cultum diuinum. Et si ex pietate que est amor patrie ac parentum ac eorum omnium qui nobis alii qua nature necessitudine coniuncti sunt: propter quam inclinamur magnifice facere in his que ad decus patrie pertinent in nuptus filiorum et filiarum et in funeribus eorum vel parentum nostrorum et in edificis ad posteritatem nostram peruenturis. Qui est etiam magnanimus inclinatus est od mansuetudinem. quia secundum Ari. in quarto magnanimus non est inemor mali. non enim inquit est magnanimi recordari aliqua iter et mala. Inclinator etiam magnanimus facilliter contra vicia opposita illis tribus virtutibus humane communicationis. Cum non sit iactator nec maliloquus: nec de paruis placentius aut de peccatis: nec oditor nec amator: occultus et magis veritatem curet quam opinionem. Qui aut

3. concl.
reso. do.

tem temperatus est: facilliter etiā exit in actus aliarum virtutum: nā tēperatus paucioribus multū egrediens et superfluis (q̄ sit propter voluptatē) excedat sumptū rerū necessariarū ad vitā: quare sibi plura sup̄ sunt: quibus liberaliter et magnifice facere poterit: intēperantia etiā actualis exercitativa est iracundie contra mansuetudinē: discordie et litigij, cōtra affabilitatē/iactantie contra veritatē scurrilitatis et irrisioms cōtra eutrapeliā/ et inuerecūdie contra verecundiā laudabile passionē: q̄ oīa facile probari possunt auctoritatē sacre scripture scōrūz p̄ philosophicā. Tertiu probatur: scz q̄ iste virtutes quatuor sunt limitatiue actū et operū oīm aliarū virtutū. Quia si sit agendū scdm aliquā aliarū virtutū: et propter circumstantias occurrentes necesse sit vel deserere illud opus vel contra aliquā harum virtutū peccare: recta ratio dicat opus illi virtutis esse: tunc deserendū: et non esse procedendū per iniusticiā vel per intēperantiā: vel p̄ ipudentiā aut contra fortitudinē. verbi gratia Si succurrendum sit pauperi: et recta ratio p̄ rerū conditione dicet q̄ ego non possum succurrere sibi nisi detinēdo alie nūm: aut alteri iniuriā faciēdo: teneor nulli iniuriā inferre: et si aliter non possum pauperi succurrere: debeo succurrere illi liberalē deserere. Et dico liberalē: q̄ scdm multos in aliquo casu puta necessitatis aut eminetis indigētie succursus nō esset liberalis: s; est opus iusticie. Similiter si tempore quo faciendum est fortiter: et querēda sunt aīa ad defensionem civitatis/ quam hostes oppugnant) occurrat mihi opus magnificētie: et non possum vtrūq; simul sufficere: ego deseram opus magnificētie: et incumbam operi fortitudinis. Eodem modo possēt de alijs virtutibus ostendi. Per hunc ergo modum iste quatuor virtutes limitant omniū aliarum virtutum actus. Quarta conclusio. Fortitudo strictissime accepta non enumeratur ab autoribus inter virtutes cardinales: sed fortitudo communiter accepta ad magnanimitatē et fortitudinē proprie dictam cōmunis. Prima pars probatur p̄ rationem factam ante oppositum. Secundo nō est verisimile q̄ viri sancti et perfecti in morali honestate careant aliquo vno totogenere virtutum cardinalium sed innumeri tales caruerūt fortitudine stricte accepta: nec vñq; habuerunt actus nec exteriōres nec interiores talis virtutis: et si habuerunt aliquos interiores fuerunt tñ remississimi et distantissimi ab imperio executionis: immo multi nec vides incolebant: nec res publicas administrabant igitur. Tertio: Humilitas est vnum de maximis fundamentis et vnus de cardinibus moralis honestatis: ergo vel est virtus cardinalis vel pars virtutis cardinalis: sed non est virtus cardinalis: vt cōstat: ergo est pars alicuius virtutis cardinalis: sed ipsa non est pars prudentie: nec iusticie: nec temperantie: nec fortitudinis strictissime accepte: ergo fortitudo strictissime accepta nō est vna de virtutibus cardinalibus: et per consequēs preter tres alias debilis est quarta: fortitudinē hōc modo accepta cōmunitior: sub qua humilitas continetur: nulla autē est nisi fortitudo cōmuniter accepta: que sub se magnanimitatem continet: et sub qua continetur humilitas. vt patet cum de magnanimitate agetur. Quarto patet conclusio. ratione superius facta

quia omnes auctores qui virtutem in quatuor virtutes cardinales dividunt: de magnanimitate et fortitudine indifferenter loquuntur. et actus tam magnanimitatis q̄ fortitudinis exprimunt. Quinta conclusio. Fortitudo strictissime accepta est pars virtutis cardinalis: probat Fortitudo strictissime accepta est pars fortitudinis cōmuniter accepte. sed fortitudo cōmuniter accepta est virtus cardinalis: ergo fortitudo stricte accepta est pars virtutis cardinalis. Contra primam conclusionem asse: Requiritur ad virtutē sunt laudabilia q̄dam: s; que attendit ipsa ratio et perfectio virtutis: ergo q̄to: talia vel vnum eorum est in aliqua virtute magis laudabile t̄to ipsa pōt dici virtus perfectior: sed virtutes alie que dicuntur cardinales q; sunt perfectiores: ergo etiā dicuntur cardinales: q; p̄cipue sibi vendicāt aliquid pertinens ad virtutē. Ad hoc respondet q̄ non omnis causa propter quā virtus aliqua dicitur perfectior/ redditur virtutē in genere cardinalis. Nam illud (propter quod iusticia est perfectior q̄ temperantia nō facit iusticiā esse virtutem cardinalem: sed illa perfectio qua est principatus virtutis super alias virtutes non cardinales facit eam potissime esse: cardinalem. Ille autē principatus consistit in illis tribus q̄ dicta sunt in conclusione tertia. s; in maiori p̄fectione: in inclinatione ad actus aliarum virtutum et in limitatione actuum aliarum virtutum modo supra expositio. Contra secundam conclusionem non arguitur. quia impugnatō eius et defensio magis patebit cum de vicijs particularius agetur: et inquireretur que sunt mortalia et que non. Contra tertiam conclusionē arguit cōtra secundam partem. Si quatuor virtutū cardinaliū habitus inclinarent in actus oīm aliarū virtutū sc̄iretur q̄ oēs alie virtutes sup̄fluerent: sed oīs ē contra Aristotelē et alios phōs et sc̄tos igitur. Et p̄ vna: q; habitus non sunt necessarij nisi p̄pter actus. Secundo. vel quilibet virtus cardinalis inclinatur ad quoslibet actus aliarū virtutū / vel ad aliquos et aliquos non: primū q; sunt multi actus affabilitatis sp̄tinentes magnanimitati vel tēperantie. Nec scdm q; non est maior ratio q; inclinatur in istos q; in illos. Tertio alie virtutes inclināt in actus istarū virtutū cardinaliū: vt liberalitas et mansuetudo in iusticiā. Et similiter vna virtus cardinalis in actū alterius: ergo vel oēs sunt cardinales vel nulle: nā liberalis per cōtemptū pecuniarū abdicat a se avariciā. et mansuetus iracundiā et odium q̄ corū pūtur iudicia et fortitudo inclinatur ad tēperantiā. Nā si quis p̄ tēpne quo pugnandū est cōtra hostē velit agere intēperate: p̄ inclinationē fortitudinis abducitur ab illo actu intēperante: q; conditio rerū est talis: q; si faciat intēperate nō faciet fortiter et similiter probaret de iusticia respectu eius de temperantie. Ad primā r̄sio: q; aliq; habitus dicitur inclinare in actū aliq; dupliciter. Vno modo immediate. et tanq; in actū vniūgenū et sic p̄na habz apparentiā Alio modo mediate actu suo elicitor tanq; in actū etheragēnū. i. alterius sp̄i ab actibus ex generatus est ille habitus/ et hoc modo p̄na nō valet. Et hoc modo virtutes cardinales dñr inclinare in actus oīm virtutū: non immediate sic q; ipse habitus sit cā actus: sed mediante actu suo elicito. q̄ est proxima cā actus alterius virtutis: et tunc ex illo actu frequentato generatur habitus nouus. Ad scdm

5. cōclu.

2.

dō dādo scdm mēbrū. Et ad iprobationē negatur
 assumptū. Pro cuius intellectu est notandū quia
 queq; virtus h̄z inclinare i electionē sui pprii act⁹
 et in cōtinuationē eius. Q̄dū recta ratio dicitur eū
 esse cōservandū: quia contingit interdū q̄ aliq̄d
 viciū oppositū alicui virtuti nō cardinali aut ex
 natura actū aut ratione circumstantiarū impedi-
 tum est: ne p̄ tunc alicuiatur vel continuetur act⁹
 virtutis cardinalis. Ideo q̄ tunc p̄ tunc ipsa virtus
 cardinalis inclinatur in actum suū: tantū inclinatur
 fugam illius vicij: per quod impeditur ab actu suo
 et per consequens inclinatur etiā in actū virtutis illi
 vicio oppositē. Inclinatur etiā omnis virtus cardi-
 nalis in actus virtutū omnium: per quos actus earū
 redduntur faciliores vel meliores: s̄m quē modum
 inclinatur in fugā seculi et in religionem: et cult⁹ di-
 vinus in abdicationē omnium temporalium. ¶ Ad ter-
 tiam concedo antecedens in casibus certis: s̄z non
 regulariter. et nego p̄ham. Tum primo quia com-
 paratio virtutū et p̄ncipalitas non est attenden-
 da s̄m ea que casualiter sive in casu sunt: sed s̄m ea
 que regulariter contingunt. Tum sc̄do quia quibus
 virtutibus illis non cardinalibus inesset ista secun-
 da conditio: nō tamen prima et tertia: ideo non tē-
 bent dici cardinales. ¶ Contra quartā conclusio-
 nem arguitur sic. fortitudo strictissime accepta h̄-
 bet omnes conditiones expressas in tertia conclu-
 sione: ergo ipsa est virtus cardinalis. Antecedens
 p̄t̄ q̄ ipsa est perfectior virtutibus nō cardinalibus
 et inclinatur in actus earū: et etiā limitatur act⁹ alia-
 rum: nā si p̄ aliquo tempore eutrapelia vel affabi-
 litas vel magnificentia impediret actū fortitudinis
 recta ratio diceret q̄ esset deserendus actus libe-
 ralitatis vel eutrapelie et assumendus actus forti-
 tudinis. ¶ Secundum per quintā conclusionē: forti-
 tudo bellica est pars virtutis cardinalis: et non nisi
 pars subiectiva: q̄ fortitudo cōmuniter accepta est
 genus ad magnanimitatē et fortitudinē strictē ac-
 ceptā: ergo fortitudo strictē accepta est virtus car-
 dinalis. ¶ Confirmatur q̄ bene sequitur: fortitudo
 strictē accepta est pars virtutis cardinalis: ergo
 fortitudo est pars virtutis cardinalis: accepta for-
 titudine in ante communiter: sed fortitudo non est
 pars virtutis cardinalis: ergo fortitudo strictē ac-
 cepta non est pars virtutis cardinalis: sed ipsa est
 virtus cardinalis vel pars virtutis cardinalis: er-
 go ipsa est virtus cardinalis. ¶ Tertio omnis for-
 titudo est virtus cardinalis: sed fortitudo bellica ē
 fortitudo: ergo fortitudo bellica est virtus cardina-
 lis. H̄afor probatur: fortitudo est virtus cardina-
 lis et non aliqua et aliqua non: ergo quelibet ē vir-
 tus cardinalis: non enim potest dici q̄ nulla: quia
 tunc s̄m fuisset q̄ fortitudo est virtus cardinalis:
 cum iste due contradicant. ¶ Ad rationes istas q̄
 magis habent difficultatem logicā p̄uenientem
 ex modo loquendi quā realem. Respondetur p̄ or-
 dinem. ¶ Ad primā supposito q̄ hoc nomen virt⁹
 cardinalis sit terminus non collectivus: concedo
 alis et p̄his. non em̄ nego q̄ quelibet habitus signifi-
 catus per fortitudinē strictē acceptā sit virtus car-
 dinalis. Sed dico q̄ cum dividitur virtus cardina-
 lis in quatuor: prudentiā: iusticiam: fortitudinem: et
 temperantiā: non accipitur ibi fortitudo strictē:
 vt significat fortitudines bellicas: sed communiter
 ad hanc fortitudinē et magnanimitatem: ita q̄ for-

titudo strictē non est vni de membris diuisentibus
 cum quo stat q̄ quelibet fortitudo est virtus cardi-
 nalis: sicut si ego dividerem animal in rationale et
 irrationale et dicerem q̄ irrationale non accipitur
 hic pro quadrupede quia mēbrum diuisens est cō-
 mune q̄ sit quadrupes Ita etiā dico q̄ fortitudo
 strictē nō enumeratur ab autoribus inter virtutes
 cardinales: nō quia ipsa non sit virtus cardinalis:
 sed quia ipsi auctores recte diuidentes nō fecerūt
 fortitudinem hoc modo acceptam membrum tui-
 sionis. Et si querat: quō et pro quo supponit forti-
 tudo in illa conclusione quarta. Respondet: q̄ sup-
 ponit materialiter p̄ ratione istoz: additoy strictē
 accepta cōmuniter accepta. q̄ res q̄ nō sūt finis
 nō accipiunt strictē: vel cōmuniter sed termini tm̄.
 ¶ Ad secundā concedo primam partē antecede-
 tis et secundā: acceptis terminis materialiter: et si-
 gnificat totum antecedēs: q̄ iste terminus fortitudi-
 do bellica est terminus minus communis: vel infe-
 rior: ad istum terminū virtus cardinalis: hoc enim
 est esse partē subiectivam: et cū infertur: ergo forti-
 tudo strictē accepta et nego cōsequentiā. sed bene
 sequitur: ergo habitus significatus per fortitudinē
 strictē acceptū est virtus cardinalis. Sicut nō se-
 quitur: iste terminus homo est pars subiectiva isti
 termini animal: ergo iste termin⁹ homo est animal:
 sed debet inferri: ergo homo est animal: vel res pro
 qua supponit homo est animal. De parte autem sub-
 iectiva non dicitur suum totū nisi terminus perso-
 naliter acceptis: et tñ in consequente fortitudo ac-
 cipitur pro termino: ratione istius additi strictē ac-
 cepta. ¶ Ad confirmationē nego antecedēs. Tum
 primo: q̄ fortitudo in ante accipitur materialiter:
 et in cōsequente personaliter. Tum sc̄do: q̄ etiā dato
 q̄ vtrobiq; accipiat fortitudo materialiter: ad-
 huc cōsequentiā nō videlz. Et si p̄betur ab inferiori
 ad superius. Respondet q̄ non videlz terminus ma-
 terialiter acceptis: sicut non sequit: homo est infe-
 rius ad animal. ergo animal est inferius ad animal.
 Et si dicas cōtra primum: q̄ in cōsequente fortitu-
 do accipitur materialiter p̄pter illam additionem
 accepta fortitudinē in cōsequente cōmuniter. Re-
 spondet negando assumptū et dico q̄ illud additum
 in forma in qua additur nullo mō trahit terminū il-
 lum fortitudo ad suppositionē materialē. Nam ad
 hoc q̄ hec sit vera fortitudo strictē accepta ē pars
 virtutis cardinalis: oportet q̄ cū hoc totum forti-
 tudo strictē accepta sit subiectum p̄positionis: de
 illo pro quo supponit hoc cōplexum verificetur pro-
 tum p̄positiōnis. sed p̄ nullo supponit hoc cōplexū
 fortitudo strictē accepta nisi p̄ termino. cū soli ter-
 mini accipiuntur strictē vel large. et ita cōcedendū
 est. antecedēs: maxime supposito q̄ ly virtutis car-
 dinalis supponat materialiter: alis nō. ¶ Sed cū
 dico: fortitudo est pars virtutis accepta fortitudi-
 ne cōmuniter: subiectum p̄positionis est fortitudo.
 et mihi additur sibi quod trahat ipsum ad supponē-
 dum p̄ voce: nisi dicas q̄ ly pars trahit. sed hoc est
 falsum: licet bñ hoc cōplexum pars subiectiva tra-
 hat: per hoc autem additū accepta fortitudinē et:
 nō trahit ad aliam suppositionē: sed significatur q̄
 subiectum illius p̄opōns supponit tā p̄ habitibus
 fortitudinis bellicę q̄ pro habitibus magnanimitatis.
 Si tamen diceretur q̄ hoc nomen pars trahit
 terminū ad suppositionē materialē. tolerabile esset:

et maxime quando redditur loquutio vera p par
te subiectiua.

¶ Ad tertiam conceditur conclusio illius illegi-
mi. Ad rationem ante oppositam nego maiorem
licet enim quodlibet in eorum diuidens virtutem
cardinalem significet habitus in quibus conu-
ertim vel diuisim versatur precipue vita hu-
mana: non oportet tamen q̄ quilibet habitus qui est vir-
tus cardinalis sit talis q̄ in eo precipue versetur
vita aut honestas humana, licet enim iusticia
sit virtus cardinalis non tamen in quolibet habi-
tu iusticie precipue versatur humana conuersatio
ita in habitu iusticie cōductiue aut in habitu iu-
sticie serui ad dominum. Ita etiam fortitudo cōm-
muniter accepta que diuidit virtutes cardinales
significat habitus fortitudinis bellice: et habitus
magnanimitatis: in quibus cōiunctim vel diuisim
versatur principaliter, et vt in pluribus humana
conuersatio non oportet tamen q̄ in habitibus vel
actibus fortitudinis bellice huiusmodi humana cō-
uersatio precipue versetur, quia inde etiam fortitu-
do bellica ex celsitudine et generositate quadā an-
imi manat et eam adauget propter difficultatē ope-
rum in quibus versatur: ideo sub virtute cardinali
continetur sicut dictum est. ¶ Alter respondet
Thomas dicens q̄ licet pericula mortis in bello ra-
ro contingant occasiones tamen huiusmodi peri-
culorum frequenter occurrunt tum scilicet homi-
ni sequenti iusticiam et alia multa bona facienti su-
scitatur aduersarij mortales. Sed hoc fortitudo nō
mihi placet quia mori propter iusticiam et sine bel-
lo non pertinet ad fortitudinem: sed ad iusticiam
secundum gradum heroicum: sicut postea latius
ostendetur.

**¶ Verū tertio. Utrū for-
tutudo sit tantum circa pericula mor-
tis in bello.** ¶ R̄ igitur q̄ non aucto-
ritate Tullij dicentis q̄ fortitudo est cō-
siderata periculorum susceptio et laborum perpetu-
atio sed hec extra bellum contingunt, igitur.

¶ In oppositū est sententia. Ari. ethicorū tertio.

¶ Pro responsione est aduertendū: q̄ in hac q̄stio-
ne ego intendo loqui de fortitudine strictissime ac-
cepta: secundum scilicet q̄ de ea loquitur. Ari. ter-
tio ethicorū: et non de fortitudine cōmuniter ac-
cepta ad fortitudinem strictissime acceptam et ma-
gnanimitatem: quemodo dictum est eam esse vir-
tutem cardinalem. ¶ Sit igitur prima conclusio

Fortitudo tantum est circa malū tanq̄m circa ob-
iectum, probatur: circa illud tantum est fortitudo

circa quod possunt esse timor et audacia, sed timor

et audacia r̄atum nate sunt esse circa malum: P̄ā

timemus vt habet Ari. terribilia: Et diffinitur ti-
mor vt ait q̄ est expectatio mali, igitur. P̄āior, p̄

batur: quia omnis fortitudo est medietas inter ti-
morem et audaciam: ergo vbi non sunt timor et au-
dacia: ibi non est fortitudo. ¶ Secunda conclusio

fortitudo non est circa infamiam, probatur. Circa

illud non est fortitudo: circa quod cadit timor tan-
tum et non audacia: sed circa infamiam cadit ti-
mor tantum et non audacia: igitur. P̄āior, proba-
tur: quia omnis fortitudo medietas est inter timo-

rem et audaciam: ergo vbi non cadit audacia: ibi
non cadit fortitudo. P̄āior, probatur: quia time-
re infamiam semper est bonum: cum sit deccens et ve-
recundum. Non timere vero est malum: et qui nō
timet: est inuerecundus. ¶ Secundo inuerecundus

fortitur appellacionem fortis per metaphoram

et similitudinem: ergo recte se habendo circa infa-
miam nemo est fortis: consequentia tenet: q̄ tunc

viciū et virtus eandem appellacionem fortitudo

Tum quia si inuerecundus est fortis: verecundus
non est fortis. Et antecedens probatur. Nam si-
cut fortis est impavidus: ita et inuerecundus et p̄

pter hanc similitudinem inuerecundus appellatur
fortis. ¶ Tertia conclusio circa inopiam egritudi-
nem/inuidiam/inuriam: circa pueros vel v̄p̄orem

flagella siue cruciati in non consistit fortitudo:

probatur: quia talia vel sunt in potestate nostra
ita q̄ in nobis est ea vitare: vel non. Si non: ergo

circa talia non cadit timor: et per cōsequens nec
fortitudo. Si sunt in potestate nostra ita q̄ ea su-
bire vel non subire in facultate nostra est: aut igitur

alia talia aut aliqua eorum subimus per opus
virtutis: sicut inopiam subimus per abdicacionem
bonorum: et tunc circa talia non cadit timor: et per

cōsequens nec fortitudo aut talia subimus vel for-
midamus ne subeamus per opus vicij, puta inopi-
am per prodigalitatē et intemperantiam et per

intemperantiam egritudinem: fornicationem in-
iurie per iniuriam illatam, aut aliqua horum per

secundiam et negligentiam quam habemus tam in
preuidendis q̄m in precauendis istis incommodis,

et tunc siue timere debeamus: siue nō, ad auferen-
dum tamen istum timorem et incommoda: circa q̄

est sufficit corrigere nos a vicijs quibus in nobis
sunt et contrarias virtutes assequi. Quod si his

assecutis hec aduersa vitari non possint: tunc non
sunt formidanda: sed per patientiam toleranda: er-
go circa talia non est fortitudo. ¶ Secundo: ille

(qui est circa talia impavidus) non dicitur fortis
nisi secundum similitudinem: ergo circa talia non
est fortitudo. ¶ Quarta conclusio: fortitudo est

circa pericula mortis: probatur: quia fortitudo
est circa maxima pericula: sed mors est terribilissi-
mum periculum et grauissimum: ergo fortitudo est

circa pericula mortis: P̄āior, probatur quia nul-
lus magis sustinet pericula q̄ fortis, minorem p̄-
bat Ari. dupliciter. Tum primo quia mors est ter-
minus et finis huius vite. Tum secundo: quia mor-
tus nihil videtur bonum esse vel malum. ¶ Quinta

conclusio: fortitudo non est circa omnia pericu-
la mortis. Probatur Ari. quia fortitudo non consi-
stet circa pericula mortis in mari vel in egritudini-
bus: igitur. Antecedens probatur. Tum primo et hu-
iusmodi pericula mortis in mari vel in egritudini-
bus nō sunt in potestate nostra: nec libet nobis

fugere ea vel audaces esse circa ea. Tum secundo:
q̄ quis fortis sit in illis inimicus: non tñ est inti-
midus sicut marinarij. Quod probat: q̄ fortis est

intimidus in illis periculis: non q̄ speret euadere
sed quia contemnit et aspernatur mortē: marinarij
autē intimidati sunt: quia sperant euadere p̄pter ex-
perientiam et exercitiū marinū. ¶ Sexta conclusio

fortitudo tñ est circa pericula mortis in bello, p̄-
bat fortitudo est circa maxima et optia pericula:
sed talia sunt pericula mortis in bello: igitur: minor

probat: quia qui in talibus periculis fortiter faciunt maxime honorantur a civitatibus regibus ergo huiusmodi pericula sunt optima et maxima. Secundo ille maxime dicitur fortis: qui est impavidus et interritus circa honestam mortem: quam pericula repentina inferunt quia enim propter honestatem operis illa suscipiuntur: pericula dicuntur optima. Et quia ex repentinis et subitis causis in ferri solet illa mors: pericula circa ea dicuntur maxima. Tertio circa illa pericula mortis tantum est fortitudo in quibus est contrapugnatio. sed in solis periculis mortis in bello est contrapugnatio: ergo in solis periculis mortis in bello est fortitudo. **Primo** probatur per rationem Ari. in tertio. fortes in rebus in quibus habenda est fortitudo et per quibus honestum est mori viriliter agunt/ decerant. Similiter autem inquit viriliter agunt in quibus est fortitudo et bonum mori: sed hoc modo viriliter agere non contingit nisi ubi est contrapugnatio. igitur. **¶ Quarto** in subeundis periculis mortis contingentibus aliter quam in bello dirigitur sufficienter per alios habitus virtutum a fortitudine: ergo fortitudo ponenda est tantum circa pericula mortis in bello: consequenter videri manifesta. et antecedens probatur. **Primo** cuius probatione est advertendum quod cumlibet virtutis triplex est gradus unus quem Ari. vocat continentiam: cum scilicet habes habitum virtutis in operando patitur insultus passionum: delectationum scilicet et tristitiarum. Secundus est temperantia cum quis frequentatione actuum laudabilium ita passiones vicit ac superavit ut non plus insurgat notabiliter contra iudicium rationis: et contra inclinationem habitus virtuosum. Tertius est gradus heroicus: cum quis per habitum virtutis exit in actum: qui vel ex natura actus vel ex ratione circumstantie est supra communem hominum facultatem: ut velle subire mortem per confessionem fidei: non deserere opus iusticie timore mortis: deserere opus temperantie temperate propter periculum et comminationem mortis: virtus autem aliqua potest se habere ad periculum mortis tripliciter. Uno modo secundum actum elicatum tantum: et non imperatum executionis: ut cum iudex apud se proponit facturum iusticiam: neque pro quocumque: non etiam pro morte a tramite iusticie discessurum. Et iste actus non est actus virtutis heroicus: quia neque ex natura actus: neque ratione circumstantie est supra communem hominum facultatem: multi enim sunt qui in absentia periculorum multa proponunt/ etiam sine ulla animi fictione: quin oblatis periculis a recto et sancto proposito discesserunt: quemadmodum in evangelio legimus de petro qui in absentia periculi: de prope tamen instantis dicebat christo. Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. Cum autem vidisset christum ad vocem ancillule dixit se non novisse eum. Secundo modo contingit secundum actum formalem imperatum executionis. ut cum iudici aut consenti fidei proponitur ista conditio aut nega fidei: aut mori. Si ille cui proponitur ista conditio simpliciter eligat non negare fidem: sed potius mortem subire: et non obstante illa conditione imperet actualiter executionem operis sui: puta confessionem fidei vel tolerantiam mortis: tunc est gradus heroicus: quia iste actus

excedit communem facultatem hominum. Est tamen advertendum quod contingit dupliciter habere actum imperatum executionis: Uno modo sine contrapugnatione: Secundo modo cum contrapugnacione sine contrapugnacione: ut cum quis respectu mortis se habet tantum susceptive et tolerantive: Et iste actus nullo modo ponit actum extra genus virtutis ad quem pertinet actus factus sine tali conditione. ut actus virginis imperantis sibi ipsi tolerantiam mortis priusquam consentiat corruptioni sue partis ad temperantiam virtutem secundum sed eius supremum gradum scilicet secundum gradum heroicum: Si habeat actus ille cum contrapugnacione in actu vel in proposito: non tantum resistentia verborum: sed etiam contrarietas virium. ne subeamus huiusmodi mortem: tunc iste actus pertinet ad fortitudinem: quia ad exequendum istum actum non sufficit virtus iusticie: neque etiam sufficit dirigere prudentia iusticie. Ideo necesse est aliam adhiberi virtutem aliam etiam prudentiam per quam dirigamur: hec enim contrapugnacione fit aut expectando invadentem: aut aggrediendo aut interdum cedendo et differendo: ut habeatur oportunitas contrapugnandi facultas. Et propter hec reperitur hic timor et audacia: et inter hec medietas laudabilis que dicitur fortitudo. Et ex hoc accipitur confirmatio rationis. In illis solis periculis mortis in quibus est contrapugnatio reperitur timor et audacia: ergo in illis solis periculis mortis reperitur fortitudo. Consequenter ista supra probata est. Et probat antecedens. quia in actibus illis in quibus pro iusticia aut fide volumus voluntate imperativa executionem mortis suscipere sine contrapugnacione audere est semper laudabile: supposito quod secundum rectam rationem opus diceretur esse dignum pro quo mors toleranda sit: tunc vero seu fugere mortem semper est in honestum. quod audere ibi sit tantum per actum qui magis eligimus tolerantiam mortis quam actum virtutis deserere. Timere vero per actum contrarium. In illis vero in quibus est contrapugnatio reperitur iste actus audendi honeste: quo scilicet malumus subire periculum mortis contrapugnando quam rempublicam vel fidem vel iusticiam deserere. Et preterea in executione huius actus scilicet in contrapugnacione cadit proprie timor: cadit audacia: cadit et inter hec medietas: laudabilis quam fortitudinem appellamus. et potest vir iustus aut fidelis aut policitus etiam post illum actum tam illustrem quem diximus imperativum executionis huiusmodi actu continere in eo remanente peccare peccatis oppositis fortitudini/ scilicet per audaciam/ scilicet vel aggrediendo vel expectando: cum virilus esset cedere ut aggrediendo vel expectando decem/ aut duodecim se multo fortiores: quod sic agendo talis indubitate morti cum detrimento reipublice se exponit: quod paululum cedere utilitate et salute reipublice procurare potuisset. Et quibus partibus sine contrapugnacione/ quod sit per penitentiam/ vel virium corporalium congressum: non est timor nec audacia proprie: et per omnes nec fortitudo. **¶ Aliud** tamen quod duplex est contrapugnacione: una quod viribus corporalibus exercetur: et de ista loquor et intelligo. Alia quod non exercetur viribus corporis: ista est triplex. una est que exercetur per solum actum interiore et tolerantiam conditionis proprie/ ut cum pudice mulieri pro-

nitur vel cōsensu in adulteriū vel mors: et ipsa pōnit pditionē mortis adulterio. Alia est q̄ suasionibus et verbis exerceat: vt si illa pudica mulier sua dere interet: ne ipsa hāc sibi ppositā cōditionem subiret. Tertia sit vtrogāō. vt si pcesz suasiones vacue sint: ipsa in p̄mō alium contrapugnationis actū exeat. Et isti tres modi cōtrapugnationis nō sufficiunt ad fortitudinē virtutē s̄m q̄ de ea loquutus est Ari. ¶ Et ista cōclusio infero correlative q̄ nō est v̄rverū qd̄ ait buridanus: q̄ quattuor virtutes cardinales sunt huius cōditionis adiuuicē q̄ q̄libet seipsā et alia tres defendit. Et hoc pbat exēplo: mulier inquit p̄ugata p̄t q̄drupliciter tēptari de adulterio cōmittēdo vno mō per blandicias et lasciuas: et ab hac temptatiōe dīa temperātia ipsam defendit. ¶ Secundo modo terrores scz cum sit ei cōminatio diffamationis/verberum/vel mortis nisi ipsa consenserit. Et ab hac impugnatione defendit eam dīa fortitudo. ¶ Tertio per pmissiones et dona: et ab hac defendit eam iusticia: quia illavenditio est iniusta. ¶ Quarto per falsas suasioes: quibus suadet ei q̄ licite p̄t adulterari et q̄ fidem frangenti fides frangēda est: q̄ ergo maritus suus adulteratur/ ideo etiā licet sibi adulterari: et ab hac impugnatione defendit eam dīa pietas. Hęc dicta licz sint pulchra tñ v̄t intellecta vidēt aberrare a p̄ncipijs moralis philosophiē. Et ideo arḡ sic. Cōtingit aliqui q̄ mulier illa pudica vincit illas impugnationes p̄minationū et pmissionū ac donoz: et nō per fortitudinem nec per iusticiā ergo per temperantiā. Nūq̄ p̄batur: quia possibile est cū sic impugnat q̄ nūq̄ p̄s se exerceat in materia iusticie vel fortitudinis: et nulluz penitus habitū iusticie aut fortitudinis in se ḡstauerit: ergo si se defendat cōtra h̄mōi impugnationes nō se defendit nisi per habitū et virtutē temperantie. Sc̄do q̄ etiā p̄soto q̄ talis pudica mulier cum tēperantia habeat iusticiā et fortitudinē. Hō tñ sic se defendit per illas virtutes q̄ actus elicitus sit actus fortitudinis et non actus temperantie: actus scz quo mauult subire verberat et cruciatus q̄ adulterari. et vt iam p̄batum est talis actus est actus temperantie s̄m aliquem eius gradum. ¶ P̄mo q̄ est aduertendū q̄ pudica illa mulier impugnata modis p̄dictis p̄t tripliciter se habere ad iusticiā et fortitudinē. Vno modo sic q̄ caret iusticia et fortitudine et etiam vitijs oppositis quia nūq̄ forte se exerceat in materia fortitudinis et iusticie/ et maxime s̄m specie pertinentem ad cōseruationē sue pudicitie. Sc̄do mō sic q̄ careat istis virtutibus: s̄z habeat vitia opposita: vt in cā su dato si esset timida et cupida. Tertio mō sic q̄ beat dictas virtutes. Si p̄mo mō se habeat: tunc dico q̄ si vincat temperantia: victoriā illā nō adiuuit fortitudo nec iusticia: q̄ ille nō inerat/ s̄z v̄cēdo temperantiā iusticiā vel fortitudinē peperit aut in se aut in actu equiualeat: verbi gratia: sunt huiusmodi p̄minationes mulieri pudice qua multum impugnat. Hō succūbit tñ: sed p̄sistit nō obstātib⁹ oib⁹ p̄minationib⁹ in actu pudicitie et elicit actū quo magis vult pati verbera et detrimētū in bonis q̄ succūbere adulterio. Hic actus est act⁹ formaliter q̄tinēs ad tēperantiā s̄m gradū illū quē Ari. vii. vocat p̄seuerantiā qui tñ equialet actui

fortitudinis et tēperantie: et a quo vterq̄ actus elici p̄t separari: imo dico q̄ habitus tēperantie in illa muliere exis mediante actu suo elicitus est p̄ducti uis actus fortitudinis nō solū equiualeat/ s̄z etiā formaliter. Hāc inter p̄minationes pudica illa mulier apud se dicit pudice viuā. deinde malo cruciatum p̄ferre: q̄ impudice facere deū cruciatū ferā. ecce quō tēperantia parit fortitudinē vbi buridan⁹ credebat tēperantiā per fortitudinē adiuuari. Et cū loquor: hic de fortitudine: accipio eā cōiter ad fortitudinē bellicam et magnanimitatē. Si aut mulier illa sit vicijs oppositis infecta: itaq̄ sit et timida aut potius pusillanimitis: et cupida: tū dico magnatio est grauissima: q̄ sit cōsominer ad inclinationē habitū vicioz quos habet. p̄t tñ i ea esse tanta vis ac tñ desiderū seruade pudicitie: q̄ v̄m cet h̄mōi impugnationē: et sicut dictū est p̄s tēperantia parit fortitudinē: q̄ tēperantia elicit p̄mū actū suū aut simplicē volo pudice viuere: aut duplicē equiualeat: malo pati verbera q̄ impudice viuere: et mediāte actu suo dmo vel sc̄do elicit actū fortitudinis volo cruciatū p̄ferre. ¶ Si tertio mō: tū dico q̄ fortitudo inuat tēperantiā: nō q̄ actus ille elicitus malo cruciatū ferre q̄ impudice facere sit actus fortitudinis etiā cōiter accepte: sed q̄ habitus h̄mōi fortitudinis inextis facilitat tēperantiā in actu suū: remouēdo scz ipedimētā scz timorē cruciatu. Cū ergo ait buridan⁹ q̄ mulier illa pudica impugnat vt pudicitiam deserat aliqui p blandicias. v̄t est: et ab hac temptatio defendit p tēperantiā: hoc etiā v̄t est. Sed ibi aliquid est dignuz dictū qd̄ ille subtrixit. Supposito est q̄ illa pudica mulier anteq̄ p blandicias temptaret frequēter elicerit actū volēdi seruare pudicitia: tunc nō habuit nisi tēperantiā simplicē: q̄ adhuc in nullo gradu cōstitutā est. Cū aut incurrit tēptatio p blandicias: tūc iste habitus tēperantie mediāte actu suo elicit inclinat ad actū tēperantie s̄m gradū cōtinentie p̄prie accepte. Cōtinentia est gradus accipit dupliciter. Vno mō stricte vt distinguit cōtra p̄seuerantiā: et tunc est cōtinentia. cuiusquis persistit in opere virtutis vincendo passiones a delectatione p̄oueniantes: p̄seuerantia autem cum persistit in opere virtutis vincendo passiones a terficijs p̄ouenientes. et illorum actuum secundus a primo et tertius ab vtroq̄ specie differunt. Continentia autem communiter accepta est cum quis persistit in opere virtutis vincendo passiones siue a delectationibus siue a terficijs p̄ouenientes: et maxime quando passiones illa tales et tante sunt: q̄ eas plurimi vincunt et ab eis plurimi vincuntur. Sicut expressit ostendit. Ari. in septimo ethicorum. et hec cauda etiam intelligenda est in p̄ioribus descriptionibus hec legenti et intelligēt. Ari. septimo ethicorū certa sunt et manifesta: dico ergo q̄ mulier pudica tēptata p blandicias mediante habitu temperantie simplicis: erit in actu simplicis tēperantie et mediāte illo actu et recta ratione et libertate voluntatis erit in actu tēperantie s̄m gradum cōtinentie: que respuit blandicias et in actu pudicitie persistere diffinit. Cum autē tēptatur per terrores verberū et detrimētū inferēdoz circa mortē: tūc dico q̄ si talis sit in magna anima: magnanimitas inuat eā ad vincēdū

huiusmodi temptationē: z si vincat habitus suus temperantie simplicis elicit actum suum. Et iste actus mediante recta ratione z libertate voluntatis producit actum temperantie secundum gradum perseverantie: Cuius quidem actus productio faciliatur per magnanimitatem tanq̄ per causam remouentem vel debilitantem actionem cause prohibentis: Si autem temptetur per comminationem mortis: eodem modo dicendum est per omnia: nisi q̄ actus elicitus quo non obstante morte vult pudicitiam seruare) est in perfectione gradu temperantia: quia est in gradu temperantie heroice: qz actus iste est supra communem hominum facultatem. Et huic impugnationi homines vt in pluribus succumbunt. Et rari sunt qui eam vincant. et hec vera sunt: si actus ille sit formaliter imperatiuus executionis, vt esset actus quo diceret fac de me quod velis, non tibi consentiam. Quod si temptetur per promissiones z dona dicit buridanus q̄ defenditur per iustitiam: eo q̄ venditio esset iniusta, hoc non credo verum quia si non sunt nisi promissiones z dona non cadit ibi venditio nec alia species commutationis ad iustitiam pertinentis: sed bene concedo q̄ si illa mulier habeat habitum moderantem amorem pecuniarum z honorum temporalium: cuius modi sunt liberalitas z magnanimitas: tunc huiusmodi virtutes bñ facilitant actus illius mulieris: Actus tamen modo supradicto elicitus est actus temperantie secundum gradum continentie: quia omne vtile est delectabile. Dixi autem eam iuari per magnanimitatem: quia magnanimitas z non iusticia virtus est qua honeste vtilibus ante ponimus. Quod autem ait de prudētia: Idē est iudicium de his que dicit circa exemplum quo respondit q̄ alie iuuant fortitudinē. Quod vt breuiter expediam dico, q̄ si quis propter timorem mortis que bellando accidere pōt, defendendo scz et aggrediendo temptetur ne defendat ciuitatem z vindicat: non videtur adhuc habere nisi fortitudinem simplicem: eo q̄ mortis istius periculum est p̄ prium obiectum fortitudinis. Si vero temptetur per blandimenta deliciarum et vincat huiusmodi passionem: tunc habet actum fortitudinis secundum continentiam gradum: et si iam habeat temperantiam iste habitus temperantie adiuuat z faciliat actum suum. Si vero nō habeant: tunc fortitudo parit temperantiam modo supradicto. Si autem temptetur per promissiones et dona: et vincat hanc temptationem: tunc elicit actum fortitudinis secundum continentiam gradum: q̄ si habeat virtutem moderantem amorem pecuniarum z qua preponimus vtilibus honesta: tunc ipsa faciliat actum fortitudinis. Si autem non habeatur: tunc fortitudo parit eam mediante actu suo elicitō Si autem per comminationes (quas plurimi vincunt z a quibus plurimi vincuntur) temptetur: z vincat temptationem: tunc elicit actum fortitudinis secundum gradum perseverantie. Si autem temptetur propter periculum mortis: non quidem qui accidere potest pugnando sed que ab aliquo potente comminatur ei. Similit etiam procedere ad defensionem ciuitatis z vincat hanc passionem: tunc dico q̄ elicit actum fortitudinis secundum gradum heroicū. Talis enim est in periculo duplicis mortis vnius

que accidere pōt pugnando z ab hoste. Alterius que accidere potest non pugnando z a prohibente defensionem ciuitatis: Quod aut dixi et hic et supra de morte ego intelligo de cruciatu qui tantus esset q̄ raro homines vincerent temptationem illam: sed vt in pluribus timore illius vinceretur et desisterent ab opere virtutis. ¶ Septima conclusio: nō circa omnia pericula mortis in bello est fortitudo probatur quia sunt aliqua pericula mortis in bello in quibus non pōt cadere nisi timor et fuga. ita q̄ nullus potens vt ratione nisi forte dimittitur stimulatus pōt vt aggressu vel expectatio ne periculorum. sed circa talia nō est fortitudo cui fortitudo sit medietas inter timorem z audaciam. Antecedens probatur in casu quo hostes et numero z preparationibus et robore corporis et industria sine comparatione excelleret: vt si mille contra vnum: tunc si pareret locus: fuge: fugiendum esset et omnino nec expectandum nec aggrediendum: Confirmatur nullus secundum iudicium reiterationis debet se exponere morti pro salute reipub. cum sibi omnino constat nihil salutis pro mortem suam reipub. afferendum et maxime si pro tunc sibi liberum sit exponere se periculo mortis vel fugere: sed cōstat isti certitudinē que ex naturalibus haberi pōt q̄ per hoc q̄ se exponet morti. reipub. nihil salutis consequitur: immo aliter existimare presumptionis est ac temeritatis: sibi p̄ tunc liberum est exponere se morti vel non exponere: cui possit fugere per casum: igitur maior probatur: q̄ exponit se periculo pro salute reipub. ita q̄ salus reipub. est finis huius operationis: ergo vbi cōstat q̄ non est possibile finem consequi: talis non debet se exponere morti: Suppono enim pro nunc q̄ nullam aliam causam habeat se exponendi morti. Secundo: sunt aliqua pericula mortis in bello q̄ non libere et ex electione sed quedā necessitate et violentia suscipiunt: sed omnis virtus habet actum liberum. et ex electione voluntatis libera procedentem. ergo in susceptione talis mortis in bello non consistit fortitudo maior probatur ex casu primo rationis: hoc addito q̄ sibi non pateat locus fuge. Tertio probatur auctoritate. Tri. tertio ethicorum ponentis aliqua terribilia esse tanta: q̄ circa ea non consistit fortitudo. Terribile autem inquit non in omnibus quidem idem. Dicimus autē quid z super hominem. hoc quidem igitur omnium terribile intellectum habenti. quod dicit vt ostendat q̄ aliquod terribile potest esse tam graue et tā arduum q̄ circa ipsum nō consistet fortitudo. Ex istis infero contra beatum Thomam q̄ firmare voluntatem hominis ne retrahatur a bono rationis propter malum inimicis non est effectus adequatus fortitudinis stricte accepte. Secundo infero q̄ non dicitur homo fortis simpliciter nec secundum quid est tollerantia quacumq̄ malorum z magnorum: licet bene dicatur fortis secundum similitudinem: Tertio infero q̄ pertinet ad fortitudinem firmare nō solū in periculis mortis q̄ cōtingunt in bello cōmuni: sed etiā q̄ cōtingunt in bello particulari. ipse enim dicit esse bellū iustum dupliciter. vno modo gñale: sicut est aliqui decertant in acie. Alio modo particulare puta cum aliquis iudex aut etiā puatus nō recidit a recto iudicio timore

Burida. 3.
ethi. que.
20.

Quod
que
arni

Rela

mortis imminētis: vel etiam cuiuscunq; periculi
 etiam si sit mortiferus; nam vt patet ex supradictis
 in nullo periculo nec etiam in periculo belli consistit
 fortitudo in quo bello non est contrapugnatio/ non
 tantum verborum vel animi: sed etiam virum renū
 tentia peracta vel agenda: q; in illo solo bello pro
 prie reperitur timor: vel audacia/ supradictę conclu
 siones licet videant a cōmuni doctrina aliene sunt
 tamen posse et probate ab Ari. multis rationibus
 quibus: vbi oportuit quasdam alias rōnes addidi
 q; valent vt per eas repellantur quedā fuge seu eua
 siones q; ad rationes Ari. a non nullis adducunt.
 ¶ Sed contra nonnullas de superioribus cōclusio
 nibus ar: et primo contra secundam: Circa infamiā
 contingunt timor et audacia: ergo circa infamiā
 pōt esse medietas timoris et audacię: ergo et fortitu
 do Antecedēs pbatur: q; vera infamia semper est
 timenda et fugienda falsa autē nō scmp est timenda
 sed honeste audendum est circa ea: cum ipsa sit pro
 virtutis opere subeunda. Secundo infamia subeū
 da est p virtutis opere: ergo nō omnis infamia est
 timenda. Antecedens pbatur per apostolū: Tertio
 nō minus mors est fugienda q; infamia: sed non ob
 stante ista fugibilitate circa mortem consistit forti
 tudo ergo etiā circa infamiā pōt consistere fortitudo.
 ¶ Ad istas rōnes responderet facilliter Ari. q; ipse
 loquitur de vera infamia: q; contingit ex turpi ope
 ratione: et de hac diceret q; ipsa semper est timenda
 etiam magis q; mors: q; mortē honeste et ex hūitē
 subire possumus: nō autem infamiā: q; si quis velit
 extendere conclusionem ad infamiā falsam dico q;
 circa eam nō cadit timor et audacia contrapugna
 tionis virium/ licet cadat audacia accipiendo eaz
 pro libera et spontanea susceptione mali infamię: p
 sistendo in opere virtutis et etiā timor accipiendo
 timorē p fuga mali deserendo opus virtutis. Et si
 dicas q; inter hunc timorē et audaciam pōt esse me
 dietas aliqua laudabilis: et illa medietas nō ē alia
 virtus q; fortitudo: igitur: et antecedēs pbatur: Sit
 aliquis p̄dicator qui velit sanctis exhortationibus
 conuertere aliquam publicam peccatricē: si talis
 propter notam infamię nolit loqui secum: aut dese
 rat eam exhortari dicitur timidus. Si autem loco et
 tempore suspectis cōmuniter cum ea dicitur temera
 rius (vt videtur) in opere virtutis et exhortationis ex
 plendo. Si vero cōmunicet cum ea loco et tempore
 non suspectis mediomō se habebit et virtuosus: q; et
 fugiet infamiā/ et virtutis opus nō deseret. ¶ Ad
 hanc rationem dici possit q; s̄m Ari. non sunt ope
 randa turpia nec secundū veritatē nec s̄m opinio
 nem: Ideo omnis verecundia fugienda est et conse
 quens omnis infamia. Teneo tamen nec (vt puto)
 contradicent Ari. q; timore ingloriationis non est
 opus virtutis deserendum et maxime pro tempore
 pro quo opus illud virtutis necessitate videtur ha
 bere: aut tam magnam vtilitatem q; equipollet ne
 cessitati. Ideo dico aliter q; medietas illa pertine
 bit ad modestiam. Si autem esset circa magnū bo
 num et difficile: tunc dico q; pertineret ad magnani
 mitatem. Luitatio enim ingloriationis et infamię
 pertinet ad virtutem illam ad quam pertinet mode
 ratus appetitus honoris. Arguitur deinde contra
 tertiam conclusionem: Ipsc omnia que ibi enume
 rantur sunt mala: que aliquando de prope eminent

ergo circa hec omnia pōt esse timor et audacia: etiā
 siue sint impotestate nostra siue non: consequentia
 tenet per Ari. secundo rethorice dicentem. Si itaq;
 timor tristitia quedam vel turbatio ex fantasia fut
 turi mali/ aut corruptiui/ aut contristatiui. Et pau
 lopost dicit q; inuide et ire potentium timēde sunt:
 talia autem inquit inimicitia et ira potentum. quā
 tunc possunt et volunt malum inferre. Secundo ar
 guitur per Aug. libro de moribus ecclesie dicentem
 q; fortitudo est amor facile tollerans omnia ppter
 id quod amatur. Et quibus verbis apparet mani
 feste q; omnium aduersitatum tollerantia pertinet
 ad fortitudinem: et per consequens tollerantia ino
 pie et formidinis et omnium aliorum pertinet ad for
 titudinem. ¶ Ad primam respondetur q; Ari. dicit
 predicta esse timenda: quia ipsa apprehensa nata
 sunt inferre tristitiam et perturbationem: sed non
 dixerit ea esse timenda: quia laudabile sit et virtuo
 sum tristari et perturbari: et hoc nisi (vt ait) veniat
 a malicia: quia si venirent a malicia: tristandū esset
 de malicia admitta: vbi cūq; autem cadit fortitudi
 nis virtus: sibi contingit reperire timorē laudabi
 lem et virtuosum: accipiendo tunc vt distinguitur
 contra audere et absolucendo virtūs a connotatio
 ne defectus et superabundantie. Ad secundam dici
 tur q; Augustinus loquitur de fortitudine commu
 niter accepta ad magnanimitatem et fortitudinem
 proprie dictam. ¶ Contra quartam conclusionem
 arguitur sic: Pericula mortis non sunt in potesta
 te nostra: cum ab alio inferantur: sed omnis virtus
 est circa ea que sunt in potestate nostra: ergo circa
 pericula mortis nō consistit fortitudo. Secōdo forti
 tudo generatur ex frequēti actu circa ppriā mate
 riā cū sit virtus p̄suetudinalis: sed actus fortitudi
 nis circa mortem non potest esse frequēs: igitur cir
 ca mortis pericula non eū fortitudo. Tertio omnis
 actus virtutis factus circa ppriam materiam ali
 quid boni facit in operante: sed fortitudo (si sit cir
 ca mortem) nihil boni facit in operante: igitur non
 est fortitudo circa mortem: minor pbatur. quia se
 cundum Ari. ideo fortis dolet de morte: quia nō est
 amplius forti bonum vel malum. ¶ Quarto insusti
 nentia mortis nulla est delectatio: ergo nec virtus
 consequentia tenet per Ari. in secundo ethicorum
 dicentem q; delectatio et tristitia signa sunt habi
 tum genitorum et exemplificat de fortitudine. Et
 qui quidem inquit sustinet pericula et gaudet vel
 non tristatur fortis. qui autem tristatur timidus.
 ¶ Quinto omnis virtus (que est circa aliquid) est
 etiam circa quodlibet ordinatum ad illud: sed forti
 tudo non est circa minora pericula que sunt ordina
 ta ad mortem: ergo fortitudo non est circa mortem.
 Ad primā respondetur q; aliqua sunt pericula mor
 tis que sunt in potestate nostra: vt puta periculum
 mortis in bello cum fugere possumus: et in nobis
 q; talia sponte subire vel non subire: ideo circa ta
 lia est fortitudo. Sunt etiam aliqua pericula mor
 tis. que non sunt in potestate nostra: vt periculum
 mortis naturalis: Et licet non subire talia non sit
 ex se virtuosum: equanimis tamen tollerantia
 eorum est virtuosā: quia in nobis est ea non dico
 subire. sed equanimiter tollerare. Que autem vir
 tus sit dicitur postea: Sunt etiam aliqua pericu
 la mortis: in quibus nihil virtutis habemus: vt que

fortuite et casualiter contingunt: quia talia nec scientes nec volentes subimus: et maxime si inferatur mors in tempore non perspecto. ¶ Ad secundam dicitur quod ad presentationem fortitudinis non exigitur frequentia actuum exteriorum sed sufficit frequentia actuum interiorum: Nam secundum Gregorium in moralibus. Si quis frequenter per mentis contemplationem ponat in periculis propter deum et confidere patientiam et premia martirum ille aspernabitur mortis pericula. Ad minorem autem dico quod actus interior fortitudinis potest esse frequens circa pericula mortis: et actus exterior est etiam frequens in multis militie debitis. Et accepta fortitudine communitur: actus eius exterior est frequens in multis magnanimis. Ad tertium dico quod omnis virtus aliquid facit in operante in ratione meriti: quia propter opus virtutis aliquid tanquam premium debetur operanti: aliquid etiam facit aliquando in ratione corruptentis. Operatio enim fortitudinis aliquid timiditatis corrumpit in timido: aliquando vero aliquid facit in ratione producentis: ut operatio fortitudinis producat habitum fortitudinis aut aliquid eius in eo qui caret vicio contrario. Ad probationem minoris et eo quod Ari. loquitur de bonis et malis vite presentis: vult etiam quod talia non insunt: non quidem post actum fortitudinis sed post mortem. ¶ Ad quartam dicitur quod licet fortis non gaudeat in actu exteriori sue fortitudinis: et maxime cum patitur mortem aut graves dolores: tamen in actu interiori precedente actu exteriori gaudet aut saltem non tristatur et post actum exteriori: si euadat in recordatione actus sui pro merito gaudet et letatur. sed de hoc dicitur diffusius. ¶ Ad quintam nego maiorem: fortitudo enim virtus non est circa fabricationem armorum: nec in alendis equis: nullus enim bene se habet circa hec ex hoc ipso diceretur fortis. Similiter moderatus amor pecunie multum videtur ad conseruandam iusticiam: et tamen ad aliam virtutem a iusticia pertinet. Et ad minorem dico quod non ideo aliqua pericula dicuntur ordinata ad periculum mortis quia sunt minora. licet exequantur tollerantia minorum aliquando concedamus ad equanimem tollerantiam maiorem. ¶ Contra quintam conclusionem arguitur: Fortis est intrepidus in mari et in egritudinibus: ergo circa huiusmodi mortes est fortitudo: antecedens probatur per illud. Ar. in. iij. ethicorum: Sed et adhuc et in mari et in egritudinibus intrepidus qui fortis. ergo fortis est intrepidus etc. Secundo: intrepiditas illa fortis in homini periculum potest esse recte rationi conformis potest esse opus alicuius virtutis et non nisi fortitudinis. igitur. ¶ Ad primam concedo antecedens: et nego consequentiam: homini enim actus intimiditatis non est actus fortitudinis: sed magnanimitatis. ¶ Pro quo est aduertendum quod habitus fortitudinis immediate inclinatur ad actum subeundi pericula bello et mortis tanquam in actu proprium eliciti: mediate vero recte rationi conformem. Et ideo fortitudo inclinatur immediate fortiter in intimiditatem rationi conformem in bellis: mediate in omnem honestam intimiditatem: et quia homini honesta intimiditatis mortis extra bellum pertinet ad magnanimitatem: ideo fortitudo mediate inclinatur in primam actum magnanimitatis in eo qui magnanimitate caruit: et propter hoc dicitur. Ar.: quod ille qui est fortis est intrepidus in magna-

nota.

nimi et in egritudinibus: non quia (ut dictum est) iste actus intimiditatis sit actus fortitudinis: sed propter causam dictam per hoc patet responsio ad aliam. ¶ Contra sextam conclusionem arguitur: mulier pudica (cui comminatur aliquis mortem nisi si bene consentiant) seruando contra hanc comminationem pudicitiam: fortiter egreditur quod actus suus est actus fortitudinis: et tamen mors illa non est mors in bello: ergo fortitudo est circa alia pericula quam circa periculum mortis in bello: maior probatur: quia ille actus non est actus temperantiae: cum temperantia non sit circa mortem: sed circa delectationes tactus et gustus. ergo pertinet ad fortitudinem. Secundo quia si sic: sequeretur quod fortitudo in paucissima hominibus reperiretur: quia pericula mortis in bello paucis conueniunt. Tertio actus martirum pertinet ad fortitudinem. et tamen ibi non est bellum. ergo fortitudo non est tantum circa periculum mortis in bello. Quarto probatur per ambrosium qui diuidit fortitudinem in republicas et domesticas. ¶ Quinto circa maiores et peccatores res maxime consistit fortitudo. sed secundum Tullium primo de officiis multe res urbane maiores clarioribus quod extiterunt quam bellice: ergo circa res non bellicas potest consistere fortitudo Sexto bella ordinantur ad pacem temporalem reipublice. conseruandam ut vult Augustinus. xxx. de ciuitate dei quod intentione pacis bella aguntur: sed pro pace reipublice non est mors subeunda: cum ipsa sit multarum lasciuarum octauo. igitur Septimo ar. auctoritate. Ar. ethicorum tertio qui non asserit simpliciter fortitudinem esse circa pericula mortis in bello: sed addit principaliter et principaliter (inquit) dicitur utique fortis qui circa bonam mortem est in pauidus: et quicumque mortem in se ferunt repentina exierunt. ergo saltem minus principaliter fortitudo potest esse: circa alia. ¶ Ad primam negatur maior: et maxime si sit locutio causalis et non temporalis: dum enim seruat pudicitiam potest fortiter agere: quia potest pugnare pro prima. Sed dico quod actus suus qui seruat pudicitiam non est actus fortitudinis. Et ad probationem nego quod ille actus non sit actus temperantiae. Et ad probationem dico quod hoc temperantiam simplex non sit circa mortem: temperantia tamen secundum gradum heroicam (ut dictum est) circa mortem. ¶ Ad secundam responsum est prius. ¶ Ad tertiam nego quod martirium pertinet ad fortitudinem stricte acceptam: sed ad aliam virtutem pertinet: quod latius dicitur inferius. ¶ Ad quartam dico quod si qui sunt pericula mortis in rebus urbanis sine contrapugnatione: illa non pertinet ad fortitudinem stricte acceptam. licet vel pertinent ad magnanimitatem vel ad aliam virtutem: et omnes actus recti et ordinati circa perfectionem mortis aut grauissimorum periculorum sine bello dicuntur pertinere ad magnanimitatem aut tanquam ad virtutem elicentem: aut tanquam ad virtutem adiuuantem: et facilitatem: aut tanquam ad virtutem inde mediate vel immediate genitam: et per omnia altero istorum modorum pertinent ad fortitudinem non proprie sed communiter acceptam. Quomodo ambrosius et Tullius semper fortitudinem accipiunt. Et ex hoc patet solutio ad quintam. Ad sextam negatur minor: et ad probationem dico quod lasciuie et homini non prouenit ex malicia pacis: sed vicijs male ventium pace. ex qua quidem per se nata sunt oriri bona et non mala.

Ad. vii. nego aſſ. ad probationē dico qd Ar. ac-
cipit ibi principaliter p proprie ad differentiā for-
titudinis ſim ſimilitudinē dicte. et hoc probatur ex
translatione Arretini que hz pprie vbi nra hz pici-
paliter. ¶ Itō aū oppoſitū ſoluta eſt ex dictis.

Ueritur quatio Utruz

Fortitudo ſit circa timores z audacias.
Arguitur qd nō. fortitudo eſt circa mor-
tem/ ergo non eſt circa timores z auda-
cias pſia nota. Et aſſ. patet ex pcedenti qſtione.
¶ Notandū eſt qd timor eſt triſticia ſiue p̄turbatio aī
ex fantaſia mali apparentis de ppe futuri. eſtima-
mus em aliquando malū aliquod de ppe nobis fu-
turū. Et ex iſta eſtimatione cauſatur in nobis triſti-
tia quedā et p̄turbatio mentis que vocatur timor.
Iſte timor natus eſt nos retrahere a bono ope vir-
tutis: cū debemus et tenemur incubere: hec autē re-
tractio ſit dupliciter: vno mō fugiendo periculū: vt
cū nos ſubtrahim⁹ a deſenſione ciuitatis. Aliomō
ppter ipſam p̄turbationē non contrapugnando
ſim induſtrie et viriū noſtrarū exigentiā: reperiri em
ſunt frequenter in bello multi tanto timore et tāta
p̄turbatione agitati vt q̄q̄ nō fugerēt: nec tamē
ſcuto ne gladio vri poterāt. ſed p̄iectis armis in
belles ſe morti offerant: vt q̄ aūt effect⁹ timo-
ris eſt impeditiuus deſenſionis reip̄. Ex iſtis aūt
actibus timendi qui nos inclinabit ad hmōi triſticiā
in preſentia terribilis: q̄ habitus q̄to magis auge-
bitur: tanto magis inclinabit nos ad hanc p̄turbā-
tionē mentis. Audacia aūt elatio animi exceſſiua
eſt ex apprehenſione eoz: q̄bus nos imminētia pe-
ricula ſuperat oſes cōfidimus: hec exceſſiua animi
elatio multos habet effectus: vnū ſubimus pericu-
lum: cū recta ratio dicat aut dictaret ſi meſſet nō
eſſet ſubeundū. quinētia et audacia z timor ita per-
uertunt iudiciū rationis vt p timorē iudicim⁹ non
eſſe ſubeundū periculū/ quod ſim rei reueritātē ſub-
eundū eſt. per audaciā iudico eſſe ſubeundū pericu-
lum quod ſim veritatē ſubeundū non eſt. Aliū effe-
ctum/ nō hz vt in cōtrapugnando nec locū nec tē-
pus nec modū: nec ordinē nec finē debitum ſeruit:
aut ſaltē alterū eoz omittat. Et hoc ppter cōfidē-
tiā q̄ hz aut de p̄p̄iis viribus/ aut de induſtria aut
de experientia belli/ aut in auxiliariis copiis/ re-
liquis adiumentis. Interdū aūt diffimūtur timor z
audacia p effectus ſuos: z p ipſis effectibus acci-
piuntur. Et tunc audacia diffimūtur qd eſt incōſide-
rata periculoz aggreſſio cū ſpe ſuperandi ea. Ti-
mor vero eſt incōſulta reſectio periculi vel eoz per
que periculo viriliter obſiſti poteſt. Ex q̄bus patet
qd audacia et timor in ſuis diffinitionibus includūt
obliquationē a recto rationis iudicio. Interdū tñ
accipiūt vt abſoluntur ab hmōi cōnotationib⁹
tūc timere eſt reiſcere periculū vel ea q̄b⁹ periculo
cōtrapugnando obſiſti poteſt. Au. Ierevero eſt pe-
niculū aggreſſi ſiue ſubire cū ſpe ſuperandi. Quia
ergo cōtingit aliquādo qd ſim rectū rationis dicta-
men periculū ſubeundū eſt/ Aliquādo non eſt ſubeū-
dum: ideo ſi debeamus pfecte et virtuoſe inclinari
ad hmōi periculū ſubeundū eomodo quo ſubeūdū
eſt: et non ſubeundū eomodo quo nō eſt ſubeundū
expedit nobis habere habitū cohibentē vel mode-
rantē timorē et audaciā cōformiter ad rectū ratio-

nis iudiciū. ¶ Notandū eſt p̄terea qd fortitudo hz
cohibere duplicē timorē z duplicē audaciā: hz em
fortitudo q̄tū ad oppoſitū ſpectat/ triplicē actum
vnū interiorē non impera: iuū formaliter execu-
tionis: ſecūdū interiorē formaliter imperatiū execu-
tionis: terciū exteriorē. Circa primū contingit ti-
mor z audacia: et maxime cū pericula eſtimantur
magna z de ppe futura. Circa ſecūdū contingūt
etiā timor et audacia: timor cū propter magnitudi-
nē periculi: aut aliā cauſam recuſamus ſubire peri-
culū/ quod ſim iudiciū recte rationis ſubeundū eſt:
et p hunc timorē retrahimur ne actu imparituo exe-
cutionis velimus ſubire periculū. Audacia cū non
habita ſufficienti ratione periculoz volumus actu
imperatiuo executionis ſubire pericula/ q̄ vel ſub-
eunda non ſunt/ vel non ſatis ſcimus eſſe ſubeunda
Circa terciū cōtingūt etiā timor et audacia: ſciz in
ipſa dimicatione vel contrapugnatione q̄ eſt actus
exterior imperat⁹: timor cū ita p̄turbatur anim⁹
qd excedimus virib⁹ animi et corporis animi: vt nō
perſpicere poſſimus qua ratiōe vel quomodo dumi-
candū ſit: qd tamen aliter facere poſſemus: corporis
vt nobis inſit o robore corporis vt nō poſſimus
Audacia cū ita in ipſa periculi magnitudine efferē
animus vt incōſiderate dicet. aggreſſiamur cū ex-
pectandū eſt aut expectemus cū aggreſſiendū eſt:
aut hoc vel illud faciamus cū cedendū eſt ſiue mo-
randū vel fortaſſe fugiendū. In iſtis tribus actib⁹
homines ita d̄ſit ſe h̄ſit ad timorē et audaciā: qd
multi (q̄ fortes vel audaces ſunt in principio ſunt
timidi in ſecūdo: et q̄ fortes vel audaces ſunt in ſe-
cūdo: timidi ſunt in terciō cū ſciz vident magnitu-
dinē periculi qd iam aggreſſi ſunt: vt hz Ari. in ter-
tio cū loquit de his q̄ videntur fortes ppter expe-
rientiā rerū bellicarū. hī aūt (inquit) ex p̄cipio pe-
riclitabantur. i. periculis ſe obiectabant vt hz Ar-
tini translatio: vt meliores exiſtis cognoscētes aūt
mortē fugiunt. hoc aūt contingit: qd periculū illud
bellicū nondū eſt p̄ſens eſt minus terribile q̄ cū
eſt p̄ſens. Cū vero eſt p̄ſens/ et difficultas eius vi-
detur maior et inſuperabilior: tunc eſt terribilius.
Si aūt p qd hoc eſt cognitū/ difficultas eius videat
ſuperabilior tunc apparet minus terribile/ z auda-
ciores vel fortiores ſumus circa illud. ¶ Notandū ē
p̄terea qd circa p̄tina mortis in bello nō videmur ha-
bere niſi quatuor act⁹ exterioros ſciz aggreſſi/ expe-
ctare/ cunctari fugere. Aggreſſi eſt hoſtē inuadere
Expectare eſt inuadentē hoſtē excipere Luctatur
aūt ille qui cū non fugiat nullam tamen pugnandi
copiā facit: ſed ſeuē caſtris vel locis ſtat: tuc d̄
fortitudinis egenus exercebit Fabius maxim⁹ cō-
tra Hannibalē: ppter quod romani frequenter tri-
perunt em eſſe timidū/ et accuſauerunt eū Jefeſe re-
pub. et inſtituerunt alterū cū eo qui hoſtē pugnā-
di copiā fecit contra p̄hibitionē Fabij. Jamq̄ euz
ſuis vincebatur niſi Fabius de monte pugnā pro-
ſpectans viriliter irruiffet abſtuliffetq̄ victoriam
e manibus Hannibalis. ¶ Prima conclusio. forti-
tudo non eſt circa timores et audacias tanq̄ circa
actum ſuū nec interiorē nec exteriorē. probatur qd
nec timor nec audacia ſunt actus fortitudinis
¶ Secunda conclusio. fortitudo nō eſt circa timo-
res et audacias tanq̄ circa obiectum commune.
Intelligo aūt per obiectū commune id quod eſt ob-
iectum tam actus interioris q̄ exterioris. p̄batur

De fortitudine.

quia nec timor nec audacia sunt obiecta actus exterioris fortitudinis. Sed terribile et ausibile.

Tertia conclusio fortitudo est circa timores et audacias tanquam circa obiectum partiale sui proprium et per actus interioris maxime secundum gradus perseverantie et continentie. probatur quia omnis virtus que est circa aliquem actum est tanquam circa obiectum partiale sui omne illud quod scitum est esse impeditivum talis actus sed fortis secundum gradum perseverantie scit quod timor impeditivus est actus sue fortitudinis et fortis secundum gradum continentie scit quod audacia etiam impeditiva est sui actus. ergo fortis secundum huiusmodi gradus habet timorem et audaciam per obiectis maior patet quia fortitudo inclinatur ad actum suum tantum inclinatur ad remouendum omne illud quod est prohibivum actus sui. minor nota est per experientiam. Secundo quicquid est obiectum prudentie et rectitudo fortitudinis illud est obiectum fortitudinis alias non esset actus voluntatis sufficienter conformis actui rationis: sed prudentia directiva fortitudinis secundum predictos gradus habet timores et audacias per obiectis saltem partialibus et non communibus. igitur et ipsa fortitudo. minor probatur quia dictamen prudentiale regulans huiusmodi fortitudinem est non obstante tristitia ex terribili suscepta faciendum est fortiter. non obstante audacia ex viribus vel auxiliis suscepta faciendum est fortiter. Actus autem voluntatis his conformis est: his non obstantibus facere volo fortiter. Tertio per actus harum fortitudinum timor et audacia ex viribus vel auxiliis suscepta faciendum est fortiter. Actus autem voluntatis his conformis est: his non obstantibus facere volo fortiter. Tertio per actus harum fortitudinum timor et audacia ex viribus vel auxiliis suscepta faciendum est fortiter. Actus autem voluntatis his conformis est: his non obstantibus facere volo fortiter. Tertio per actus harum fortitudinum timor et audacia ex viribus vel auxiliis suscepta faciendum est fortiter.

Quarta conclusio: fortitudo est circa timores et audacias tanquam honesta et laudabilis medietas inter extrema. probatur quia inter non subire periculum mortis in bello quando recta ratio dicit ea esse subeunda: et subire quando recta ratio dicit non esse subeunda aut audentius quam recta ratio dicit ea esse subeunda mediat subire vel non subire ea conformiter ad dictamen recte rationis. Sed inter duo prima quorum primum est ex timore: et secundum ex audacia mediat tertium quod est fortitudo vel actus fortitudinis et duo prima sunt vicia et extrema et tertius est honesta medietas. igitur. Quinta conclusio: fortitudo mediat inter timores et audacias tanquam inter passiones vel habitus per ipsam fortitudinem regulariter et per se cohibendas. probatur quia fortitudo nata est impedire et cohibere ne inconsultiter faciendum est tristitia et perturbatio animi insitit ex apprehensione terribilis: et ne audacia etiam insitit ex apprehensione ausibilis. Et si non possit prohibere ne insitit huiusmodi prohibere ne contineat in effectum: ne scilicet timor causam fugam cum non est fugiendum vel ita perturbet mentem ut et ratione iudicio et corpus veribus destituat aut voluntatem electione debita ne etiam audacia causam inconsultam dimicationem: et etiam de

stituat rationem consideratione eorum que ad dimicationem recte et fortiter faciendam requisita sunt: aut voluntatem electione eorum. Dixi autem regulariter et per se: propter causam statim dicendam. Sexta conclusio contra beatum thomam ex precedente infero. non est fortitudo circa timores et audacias tanquam cohibitiva timoris et moderativa audacie. probatur. fortitudo est circa timores et audacias tanquam cohibitiva utriusque: ergo non tanquam cohibitiva timoris et moderativa alterius. Huius patet ex precedenti conclusione. et probatur iterum ratione sumpta ex dictis eiusdem doctoris. Ad virtutem fortitudinis pertinet removere impedimentum quo trahitur voluntas ad iudicium recte rationis in materia pertinente ad fortitudinem sed tam timor quam audacia retrahunt voluntatem a iudicio et sequela recte rationis timor desiccando audacia superhabundando. igitur. Tertia omnis virtus cohibitiva est cuiuslibet vicii sibi oppositi. sed tam timor quam audacia sunt vicia opposita fortitudini. igitur tertio fortitudo facit aut saltem inclinatur ne actus fortis si audacia: sicut inclinatur ne actus fortis sit timor: ergo non plus est cohibitiva timoris quam audacie. Quarto moderare audaciam non est aliud quam facere ut audeamus que sunt audenda: et non audeamus que non sunt audenda. ergo moderare timorem est facere ut timeamus que sunt timenda: et non timeamus que non sunt timenda. sed hec omnia pertinent ad fortitudinem absolutam timoris et audacie nobis a connotatione deordinationis. quod si retinetur neutrum ad fortitudinem pertinet: ergo si fortitudo est moderativa audacie: erit etiam moderativa timoris. Confirmatur. aut beatus Thomas accipit timorem et audaciam ut important deordinationem a rectitudine rationis: et tunc constat quod fortitudo est virtus cohibitiva aut vti non importat huiusmodi deordinationem. et tunc fortitudo est virtus moderativa.

Quarto sicut ad hoc quod ex audacia fiat fortis oportet sibi addere quod deficit a detrahere quod superhabundat ita et ad hoc quod ex timido fiat fortis oportet timido addere quod deficit et detrahere quod superhabundat audacia enim deficit in timendo: et superhabundat in audendo. e contra autem. timidus deficit in audendo et superhabundat in fugiendo periculum. Quinto enim Terri. quod est inclinatus naturaliter ad unum viciu debet se transferre in aliud quod positum est tandem deveniat ad medium. ergo quod est naturaliter inclinatus ad audaciam debet transire in timiditatem ut tandem veniat in medietate fortitudinis. ergo non plus cohibendus est timor quam audacia nec plus moderanda est audacia quam timor. Septima conclusio. Et si fortitudo sit cohibitiva amoris et odii. delectationis et tristitie et generaliter omnium aliarum passionum non timetur per se et regulariter. Primum probatur. omnis virtus habet cohibere quicquid est impeditivum sui proprii actus: sed amor et odium delectatio et tristitia et universales omnes alie passiones impeditivae alienae fortitudinis. ergo fortitudo habet hec omnia cohibere. maior probatur quia fortitudo inclinatur in proprium actum: motu inclinatur ad remouendum quicquid prohibet huiusmodi actum suum. Et minor probatur quia ex odio fit ut peo vel cum eo que odimus dimicationem suscipere nolumus: etiam cum recta ratio dicat esse suscipiendam et contra eum quem odimus inconsulte dimicationem et bellum suscipimus etiam quod recta ratio dicat non esse suscipiendum. Contra est de

amore. idem est iudicium de delectatione et tristitia siue proueniat ex gustabilibus et tangibilibus siue ex comodis aut incommodis siue ex honoribus et inhonorationibus. que omnia nata sunt nos mouere fm exigentiā delectationū & tristitiarū quas causant in nobis. Et reprimere vel cohibere hmoi delectationes vel tristitias/ amorem vel odium p̄tinet ad fortitudinem fm gradū continentie in delectabilibus/ et fm gradū perseverantie in tristabilibus nisi hmoi delectabilia vel tristabilia essent tanta q̄ excederent cōmunē facultatē hominum ita q̄ vt in pluribus in talibus hōmīnes vincerentur et raro vincerent. Tertio pono duos quorum vnus sit vere fortis et alius non in ceteris tamen sint pares neq̄ volo q̄ iste secundus habeat habitum timoris aut audacie: neq̄ q̄ sit naturaliter inclinatus ad has passiones: imminet p̄rie periculum et recta ratio vtriq̄ dicit q̄ ē subeundū periculū mortis in bello pro defensione p̄rie temptetur vterq̄ equaliter aut muneribus aut cōminationibus: a ut amore aut odio aliarum personarum constat q̄ contra hanc tēptationē vir fortis hōis scz habitum fortitudinis magis resistet q̄ alius & nō nisi per virtutē fortitudinis. ergo fortitudo hz cohibere om̄shmoi passiones. Secundā partē probo q̄ fortitudo est tantū p̄ se et regulariter/ cohibitiua illorum quorū est fm omnē gradū suū immediate cohibitiua vel fm se vel fm simile fm speciē sed fortitudo fm omnem gradum suū ē cohibitiua timorū et audaciāriū immediate. Aliorū vero nō est cohibitiua immediate nisi fm gradus continentie perseverantie vel temperantie vel virtutis heroice. Si autē non sit in aliquo horum gradūū constituta tunc non est cohibitiua nisi mediante actu bo q̄ fortitudo est tantū p̄ se et regulariter/ cohibitiua illorum quorū est fm omnē gradū suū immediate adhuc remaneret alius virtutibus pugna contra hmoi passiones amoris et odi: delectationes & tristitiae et non contra timorē et audaciā: ergo timor et audacia et non alie passiones pertinent per se & regulariter ad moderamentū vel cohibitionē fortitudinis. De traua conclusio: fortitudo medietas est inter timores et audacias: et nō inter alias passiones probatur quia ipsa non est cohibitiua aliarum passionū per se et regulariter vt dictū est: sed omnis medietas moralis est per se cohibitiua eorū inter que est medietas. igitur. Tertio non stat fortiter facere et simul peccare aliquo vicioz illoz inter que mediat fortitudo quia fortitudo cōtrariatur vtriq̄ extremoz suozum. sed stat fortiter facere et simul peccare odio vel amore delectatione vel tristitia/ et reliquis hmoi. ergo fortitudo non est inter has passiones medietas. Ex q̄ bus infero contra buridanū q̄ fortitudo est circa timorē mali: siue malū illud opponatur bono vtili siue bono delectabili/ siue bono honesto: accipiendo honestum vt ipse dicit pro signo honoris probatur hoc correlarium. quia fortitudo est horū omnium maloz cohibitiua vt habetur in .vii. conclusione. Ex his omnibus patet quomodo fortitudo est circa timores & audacias. Tertia conclusio fortitudo non est circa timores et audacias tanq̄ cir-

ca causam principalem elicitiuam actus sui pbatur quia si quis ex passione vel habitu audacie elicit subire mortis periculū in bello/ eo modo quo recta ratio si inesset diceret esse subeundū: actus illius non esset actus fortitudinis. igitur patet q̄ omnis actus virtutis est dictaminē prudentiali conformis sed iste non habet dictaminē prudentiale per quod regulat actū suū: nec scit vt suppono actus suum esse conformē recte rationi. ergo actus suus non est actus virtutis. Tertio talis q̄ elicit actū mediante passione audacie eliceret eum conformiter etiā si esset contra rectam/ rationem. cum nec actualiter nec habitualiter cōpararet actum suū ad rectitudinem rationis: sed tantū ad impetum passionis. ergo talis non habet verū actū fortitudinis. Tertio pbatur. nam fm Tri. in tertio elhōcorum species non vere fortitudinis: illi qui faciūt actus qui videntur esse fortitudinis p̄pter honores vel p̄pter timorem supplicioz/ vel p̄pter experientiam bellicā non sunt vere fortes. ergo neq̄ q̄ eosdem actus faciunt p̄pter audaciā vel temeritatem. Quarto iudex ferens rectū iudiciū/ motus ad taliter iudicandū ex amore vel odio partium: vel p̄pter munera nec est iustus nec facit verum actum iusticie. cū tunc taliter faciendo peccet contra iusticiā. quia forte fententiā in questione in cognita & nescit si recte iudicat an non. ergo neq̄ qui ex audacia subit periculum in bello fortis dicitur est. Contra precedentes conclusiones arguitur. Et primo contra tertiā timor et audacia non sunt obiecta actū exteriorū fortitudinis ergo nec interiorū. cōsequentia t3. q̄ quicquid est obiectum actus interioris illud est obiectū actus exterioris alias exterior non haberet conformit atē ad actū interiorē. Secūdo si sic sequeretur q̄ idē actus esset simul volitioz nolitio. cōsequens est impossibile & p̄t3 cōsequentia. Tercio actum fortitudinis quo fortis vult subire pericula et terribilia etiam non obstant tristitia causata ex apprehensione terribilis. talis est volitio periculoz et simul est nolitio timoris et tristicie. ergo idē actus simul est volitio & nolitio. Tertio eiusdem actus non sunt plura obiecta sed terribile et ausibile sunt obiecta fortitudinis. ergo non timor et audacia. ¶ Ad primā istarum rationū cōcedo assis et nego cōsequentia. et ad pbationem nego assumptū: actus enim interior habet circumstantias actus exterioris. p̄ obiecto quas ipse actus exterior non habet p̄ obiecto. Similiter ipse actus interior habet rectā rationē p̄ obiecto: quia vult virtuosus ita facere quia recta ratio dicit hac et etiā ipsum actum exteriorē p̄ obiecto tamen nullū horū habet actus exterior. p̄ obiecto ¶ Ad secūdā dico secūdū vnā opinionē q̄ non est inconueniens eundē actum esse volitionē vnus et nolitionem alterius sicut actus quo volo nunc non comedere propter sanitatem est volitio sanitatis et nolitio comestionis. et hec opinio pronunc mihi videtur probabilior. ¶ Ad tertiā concedo q̄ eiusdem actus non possunt esse plura obiecta totalia: possunt tamen bene esse plura partialia. Et si dicas q̄ distinctio actuum causatur ex distinctioe abiecturum: ergo vbi sunt plura obiecta ibi sunt plures actus. ¶ Respondeo q̄ vbi obiectum est causa efficiens actus: distinctio actūū causatur ex distinctioe obiectozum effectiuez ars

Dham.

Nota.

A.

arg. tho.
2. 2. q. 11.
2. 3. ar. 3.

guitur: sed ex hoc non sequitur qd pluralitas obiectoꝝ semp inferat pluralitatē actū: sed solū pluralitas obiectoꝝ non facientū vnū obiectū totale. et ita si volumus ex obiectis arguere distinctionem actū: altero istoz duoz modoꝝ arguendū ē. Isti actus sunt et aliquid est obiectū vnus qd non ē obiectum alterius ergo et act⁹ sunt distincti. Aliomō sic. Pla sunt obiecta non partialia siue totalia ergo plures sunt actus. Contra quartā conclusionē Arguitur primo qd illud Gregorii. vii. moralū. In istoz fortitudo est carnē vincere. ppriis voluptatibus cōtrarie. dele: rationē vite pntis extinguere. ergo fortitudo est circa delectationes et tristitias pot⁹ qd circa timores et audacias. Secdo: fm tullium in rhetorica sua ad fortitudinē ptz suspectio periculoꝝ et ppeffio laboꝝ. sed ista magis ptinent ad actiones hominis laboriosas qd ad passionem timoris vel audacie. igitur fortitudo non est circa timores et audacias. Tertio fortitudo nō est circa spē. ergo nec circa audaciā. pna tenet qd spes non minus opponit timoꝝ qd audaciā. Quarto: fortitudo est circa iras et tristitias: ergo nō. circa terminos et audacias. Hinc pbatur p Ari. dic. in. iiii. qd fontes furoris spēs hnt vnde homerus virtutem imitte furoriz virtutē et furorē erige. qd aut sit circa tristitias ptz per illud eiusdē in sustinēdo vtiqz tristitia fortes dicūt. ppter quod et tristis fortitudo. Tū etiā qd Ari. laudat tēperantiā sup fortitudinē ppter hoc qd difficili⁹ est tristitia sustinere qd a voluptatibus abstinere. Quinto nihil qd assuit sibi furorē mediat inter timores et audacias: qd furor ad extremū audacie ptz sed fortitudo assuit sibi furorē vt allegatū est ex homero. igr. Sexto si fortitudo est circa timores aut est circa eas timendo. aut nō timendo. Si timendo g fortis semp fugit malū. qd timor est fuga mali. Confirmat qd ē circa timores timēdo cū nō timeat aliqd nisi timore. g est circa timores timore: g timor est timor: g tandē erit pcessus in infinitū in timoribus. Si autē est circa timores nō timēdo: seqtur qd fortis nunq timet. qd si nō timet timēdo nō timet. Septio. Si fortitudo sit medietas inter timores et audacias: tūc cū audacia sit extremū p sup abundantia seqtur qd excedit audaciā fortitudinē. aut ergo excedit finite aut infinite. non infinite: quia nulla audacia est infinita. Si finite ponatur qd in duplo. tunc volo qd fortitudo qd pius erat augetur in duplo. tunc ipsa erit equalis in gradu cū audacia. g non mediabit inter audaciā et timorē. qd vbi non est excedēs excessum: ibi nō est mediū. qd aut fortitudo potest hoc mō argueri. pbaf. qd quocūqz gradu fortitudinis accepto possibile est aliqd gradū fortitudinis esse in duplo intensioꝝ. cū nec repugnet uniguationi nec claudat cōtradictionē. Octauo. Cū dicit qd fortitudo mediat inter timores et audacias aut accipit fortitudinē timorē et audaciā p reb⁹ et naturis cōibus aut p reb⁹ singularibus. Hō p reb⁹ cōibus. qd nulle sunt tales: vt supponit. Nec p reb⁹ singularib⁹. qd nulla particularis fortitudo mediat inter timores et audacias: qd ptz qd fortitudo mea si mediat it timorē et audaciā aut igr mediat inter timores et audacias qd sunt in me. et hoc nō. qd tunc in me simul essent fortitudo timor et audacia. Aut inter timores et audacias qd sunt in alijs. hoc nō. qd fortitudo mea nec cohibet nec moderat eas

Notas
reales.

igitur. Ad primā istarū ratioꝝ respon det qd auctoritas gregorii est p septima conclusionē loquitur an de fortitudine secundo gradus continentie pueritiae et herouice virtutis. pō accipit tamen fortitudinē stricte: sed cōter ad magnanimitatē fortitudinē stricte acceptā. Ad secundā dico qd Tullius accipit fortitudinē vt est cōis ad magnanimitatem ad quā ptinet suspectio laboris et aggessio rerū difficultū etiā extra bellū. Ad tertiā respōdet beatus Thomas qd spes opponit timoꝝ ex parte obiecti. qd spes est de bono timor vero de malo: audacia autē est circa idem obiectū circa qd est timor opponitur sibi fm excessum et recessum vt dictū est quia tamē fortitudo respicit palia mala retrahētia a virtute: ideo fortitudo pprie est circa timorē et audaciā: sed non circa spē. Sed ista solutio nō mihi videtur cōtinere veritatē. Tū qd licet sit idē obiectū realiter circa qd est timor et audacia: est tñ alia rō fm qd est obiectū timoris a rōne fm qd ē obiectū audacie. Hā est obiectū timoris fm rōne terribilitate aut obiectū audacie fm rōne ausibilia. et inde est quod Ari. in tertio ethi. assignans obiectū fortitudinis noiat ipsum terribile et ausibile qd ptz per illud qd hz capitulo primo scōi tractat. Terribile aut nō in omnibus qd idē dicim⁹ aut id qd sup hominē et. Et statim subdit. similiter aut et ausibilia et capto sequenti in fine qd admo dū aut tūctā est: fortis medietas est circa ausibilia et terribilia ptz etiā p eund. n. retho. Qm aut inquit de timore manifestū est qd sit et de timendū et quo singuli habentes formidat manifestū est ex his et audere qd est et circa qualia audaces / et quomodo disponit audaces sunt. Et sequit. Ausibile ē cōtraria timido et statim post sunt aut ausibilia periculosa longe etiā et ausibilia pprie directionis si sint. Et qd ptz qd fm Ari. timor est circa timēda / et audacia circa ausibilia. Ausibile aut fm qd hmoi importat rōnem boni: et timēda vel terribile fm qd hmoi rōnem mali. Et illa ratio boni qd est circa ausibile sufficit ad hoc qd circa illud possit esse spes. Et inde est qd audacia vel est spes vel habet spem sibi adiunctā quod patet per Aristotelem in eodem loco dicentem. Ausibile aut cōtrariū timido. quare etiā cū fantasia spes salutariū vt prope existentū et preterea ausibile retrahit a bono fortitudinis scilicet terribile: et spes sicut audacia inquantū per spē circa ausibile ferimur in ipsum inconstante et contrarium dicium rationis. Respondeo ergo aliter qd fortitudo est medietas inter timorem et audaciā: et nō inter timorem et spem. quia timor semper importat extremū quod per suphabundantiā vel defectū deficiat a rectitudine rationis. Spes aut non semper importat illud extremū sed cōmunis est audacie et fortitudini. In audaciā est spes vincendi periculū vt nunc patuit ex auctoritate Ari. Similiter etiā in forti est spes vincendi periculū. qd patet p Ari. in tertio ethico secundo capit. secundi tractatus desperans inquit vtiqz quis timidus. oia enim timet fortis aut contrarius: in audendo eis bone spei: ne te moueat qd aut fortis aut i audēdo qd ibi trāsario terminū audēdi a cōnotatiōe perdimatiōis Retin⁹ aut aliter interpret⁹ est qd loco hui⁹ in audēdo posuit hoc pter fiduciam desperans qd inquit qd meticulosus est cūcta est formidat. fortis cōtra preter fiduciam bonam spem habet.

¶ Ad quartam dico q̄ potest intelligi tripliciter q̄ fortitudo sit circa irā. vno modo tanq̄ circa id quod assumit ad executionē sui actus ⁊ sic concedo. fortis em̄ assumit irā in executione sul actus. qua postq̄ ratio decreuit eē hoc modo vel illo sub eundem periculū: sit fortior vegetior: et acrior v̄ibus et impavidior contra periculū et laborū tollerantior. Tertio modo potest intelligi q̄ sit circa irā tanq̄ circa id cuius ipsa fortitudo est moderatiua licet non per se et regulariter. Et hoc modo concedo q̄ fortitudo etiā est vel eē potest circa irā sicut et circa illas passiones de quibus habet in septia cōclusionē: ita em̄ potest esse impeditiua actus fortitudinis: sicut et odium vel amor. tertio modo potest intelligi q̄ sit circa irā tanq̄ medietas circa alterū extremū furorū aut tanq̄ circa passionē vel habitum cuius ipsa est per se et regulariter moderatiua ⁊ hoc modo nego de tristitia autem dicitur q̄ si intelligatur de tristitia: alia a tristitia timoris verbi gratia de tristitia laboris aut doloris ex ictibus inflicti: dicit q̄ fortitudo in gradu perseverantie est circa h̄mōi tristitias modo supradictō: sed non est circa eas tanq̄ medietas inter extrema. ¶ Ad quintā dico q̄ furor potest dupliciter se habere ad fortitudinē vno modo preveniendo iudicium rationis et sic non assumitur a forti q̄ tunc perturbat rationem et impediret consiliū rectitudinem. Alio modo sequendo iudiciū rationis ⁊ exequendo ea que a ratione disculsa sunt et sententia. Et sic fortitudo furorem assumere potest. et in hoc sensu negatur maior. ¶ Ad sextam dico q̄ fortis est circa timores et audacias nec timendo nec audendo: sed fortiter agendo: et h̄mōi timores audacias quolibet modo moderando cū infers ergo est circa eas non timendo ⁊ non audendo. cōcedo ad hunc sensum q̄ est circa eas peractus q̄ nec est timor nec audacia nec est timere nec audere: accipiendo timere et audere vt cōordinatiōnem imponant. Et cum infers ergo fortis nihil timet concedo q̄ fortis habens actum fortitudinis nihil timet timere opposito fortitudini cum quo tamen stat q̄ multa alia timet timore qui non impedit actū fortitudinis. M̄a Ari. in secundo rethorice multa sūt timenda alia a terribilibus belloz. ¶ Ari. vii. dico q̄ potest tripliciter intelligi q̄ audacia excedat fortitudines. Vno modo q̄ excedat in perfectione specificā. et sic ego nego immo e contra fortitudo excedit audaciam Alio modo q̄ excedat gradualiter excessu: ita q̄ audacia habeat plures gradus sue speciei quā fortitudo habeat sue speciei et aliqua audacia aliquam fortitudinem excedit: et aliqua fortitudo aliquam audaciā excedit. Tertio modo sic q̄ audacia inclinat ad audendum plus vel pluribus modis quā fortitudo: et sic concedo absolute do terminū audendi a connotatione deformitatis quia audacia inclinat ad audendum plus q̄ dicitur recta ratio. timor ad non tantū audendū q̄tum dicitur recta ratio. fortitudo vero ad audendū q̄tum dicitur recta ratio. et si recta ratio dicitur non esse audendū: inclinat ad non audendū. Et cū dicitur ergo excedit finite aut infinite. dico q̄ finite. cū nō debet de facto aliqua audacia infinita. Et cum dicitur: ponatur q̄ in duplo: si intelligas de excessu gradualiter: tunc concedo q̄ fortitudo poterit esse equalis audacie. hoc est possibile est q̄ audacia per illā

intentionē et actibus causatā habeat tot gradus immo multo plures fortitudinis quot gradus audacie habet audacia. Si autē intelligas de excessu tertio modo dico: tunc nō est ibi duplū neq̄ triplū neq̄ quadruplū. Idē quo adverte q̄ cuius dicitur audacia inclinat ad plus audendum quā fortitudo: plus non dicit excessum conatus vel intensiōis ipsius actus audendi: ita q̄ sit sensus q̄ audacia inclinat ad audendū vsq̄ ad decem vel duodecim gradus et fortitudo non inclinat ad audendū nisi vsq̄ ad sex vel octo: frequenter em̄ fortis magis intendit actū suū audendi sub regula tamen recte rationis q̄ audax. Et ideo bene dicit Ari. maius ethi. q̄ fortis circa bonā mortē est impavidus sed dicit excessum secundum pluralitatem modoz audendū: quia fortis nihil audet nisi conformiter ad rectā rationem. audax vero multa audet non conformiter ad rectā rationem. Et potest iste excessus vocari excessus obiectalis: qui attenditur sicut circumstantias ipsius actus: q̄ si admittēda sit aliquo modo ista locutio audacia excedit fortitudinem in duplo non tamen ppter hoc sequitur quod infertur. Cum em̄ dicitur volo q̄ fortitudo augeatur in duplo: aut loquitur de excessu gradualiter: et tunc nihil ad propositum: aut de excessu obiectali et tunc vel omnes res circa quas est fortitudo se habent vt prius se habebant et tunc nō admitto casum: quia fortitudo inclinaret ad audendū contra iudiciū recte rationis. vel non omnia se habent equaliter ita q̄ nūc recta ratio dicit esse audendū pluribus modis q̄ prius puta aggrediendo et expectando vel etiā insequendo quod prius negabat recta ratio. et tunc dico q̄ aliquid obiectū nunc habet fortitudo qd̄ non habuit. ⁊ actus circa aliquid nunc est fortitudo circa qd̄ prius erat actus audacie. ⁊ cū infers. ergo sunt equalia: negatur p̄na. quia ad quicquid ⁊ qualiter eū q̄ audendū inclinat fortitudo: ad illud ⁊ taliter audendū inclinat audacia: et semper ad plus et ad aliquid audendū: qualiter non inclinat fortitudo. inclinat em̄ fortitudo ad audendū conformiter ad rectā rationem. audacia vero inclinat ad audendū: siue audere illud sit recte rationi conforme: siue non. ¶ Et si queras vtrum audacia inclinet ad audendū cōformiter ad rectā rationē. Dico q̄ audacia aliquando inclinat ad actum audendi qui in rei veritate est conformis recte rationi. sed non inclinat in illū actum q̄ sit cōformis recte rationi quomodo inclinat fortitudo. Et istis patet q̄ loquendo de augmento obiectali fortitudo non semper potest augeri in duplo: sed augenda est semper conformiter ad iudiciū recte rationis. ¶ Ad octavā dico q̄ in illa locutione non accipitur fortitudo p̄ rebus ⁊ naturis cōmūibus q̄ ecclesia in consilio constā. contra Johannem h̄mōi naturarū cōmūium heresis dampnavit. Et cū dicitur q̄ nulla particularis fortitudo mediat inter timores ⁊ audacias distingo vel mediatione positionis: ita q̄ de facto posita sit ⁊ locata inter timores ⁊ audacias: ⁊ sic concedo vel mediatione virtutis: ⁊ sic ego nego. Mediatio autē virtutis est per se ⁊ regulariter repugnare h̄mōi passiones ne infurgant. ⁊ si infurrexerint: cohibere eas vel moderare: ne opus virtutis impediatur. ⁊ quia hoc quod est mediatio virtutis includit in suo quod nominis

Nota.

3
Consilium
istan. con
tra reale.

repressum cohibitiuū moderatiuū: ideo ampliat
 terminos significantes res inter quas est mediatio
 ad ea que sunt vel possunt esse quia p̄dicti terminū
 inclusi eodem modo dictos terminos ampliant.
¶ Contra sextam conclusionem. Arguitur sic. **Ti-**
mor retrahit ab opere fortitudinis audacia non re-
 trahit ab opere fortitudinis. ergo fortitudo habet
 cohibere timorem et non audaciam. Secundo in-
 clinet fortitudo ad aliquod audere: tunc sic timor
 retrahit. ab hoc actu audēdi: audacia inclinat ad
 hunc actum audendi. licet etiam ad plus auden-
 dum inclinet. ergo timor retrahit ab actu fortitu-
 dinis ad quam audacia inclinat. **¶** A primam cō-
 cedo primam partem astitis: et nego secundam. re-
 trahimur enim ab ope virtutis per hoc quod pre-
 statur impedimentum ne opus nostrū sit opus vir-
 tutis. et ita retrahimur tam deficiendo ab eo quod
 recta ratio dicitat q̄ superhabundādo. In tempe-
 rantia enim retrahit ab opere tēperātie et caumo-
 tes ab ope magnanimitatis. si tñ in aſite opus for-
 titudinis ac caperetur precise pro actu illo qui de-
 nominatur opus fortitudinis quomodo puto intel-
 lexit. **Thomā**: tunc dico q̄ ab aliquo opere forti-
 tudinis retrahit timor et ab eō nō retrahit audacia
 vt ab actu audēdi vel aggrediendi. **Et** ab aliquo
 opere fortitudinis retrahit audacia ad quod incli-
 nat timor. vt ad actum fugiendi vt cunctandi siue
 differendi qui aliquādo sunt actus fortitudinis q̄
 tñ rariuſ iſti sunt actus fortitudinis: alij vero fre-
 quētius: ideo propter hoc beatus **Thomas** dicit
 fortitudinē eē cohibitiuam timoris et moderatiuā
 audacie. simpliciter tñ et timor moderandus ē ali-
 quando et cohibenda audacia. sicut aliquando co-
 hibendus est timor et moderanda audacia. **Itam**
Quis recta ratio dicitet esse fugiendum aut cunctā-
 dum: tñ et fugat cūctatio pot eē inconsiderata et
 vicioſa: ideo per iudiciū rationis et habitū forti-
 tudinis moderanda: et ex hoc p̄ respondeo ad se-
 cundam. **¶** Contra vij. conclusionem. Arguitur
 sic huiusmodi passiones sufficienter cohibentur p̄
 alia virtutes ergo fortitudo non earum cohibiti-
 ua. Secūdo alie virtutes nō sunt cohibitiue timo-
 ris et audacie: ergo nec fortitudo cohibitiua ē pas-
 sionum inter quas mediant alie virtutes. **Ad** pri-
 mā concedo q̄ alie virtutes sunt sufficienter cohi-
 bitiuę taliū passionū. **Contingit** aliq̄ q̄ fortis nō
 habet alias virtutes. quas siue habeat siue nō: ta-
 men ex fortitudine sua inclinatur mediate vel im-
 mediate ad eas cohibendas. **Co**hibet tamen mul-
 to facilius cū alie virtutes simul insunt. **Ad** secū-
 dam nego aſis. **Nā** si alicui principi alius princeps
 cōminetur bellū si faciat incerta causa quod iustū
 est: si sit timidus: temptatur cōtra opus iusticie p̄
 timiditatem: in quo casu iusticia in eo exis cohi-
 bet et repunit huiusmodi timorem et similiter dabit
 exēplū de audacia. **¶** Contra octauā cōclōnē. **Nē**
 sic ois virtus p̄ quā nos bñ habem⁹ inter amorē et
 odiū mediat iter amorē et odiū. sed per fortitudinē
 nos bene habemus inter amorē et odiū. cū fortitu-
 do sit harū passionum cohibitiua. ergo fortitudo
 est inter huiusmodi passiones medietas. Secūdo cū vir-
 fortis per amorē et odium tēptatur ne fortiter faci-
 at et super at tēptationū per fortitudinē: cōstat
 q̄ fortitudo sua mediat inter aliqua extrema: et nō
 inter timorem et audaciā. quia nec timor nec auda-

cia retrahant eum ab actu fortitudinis. sed amoz
 et odiū. ergo virtus sua medietas inter amorē
 et odiū. **¶** Cōfirmatur: quia in eo amor et odiū hñt
 aliquā medietatē et non nisi fortitudinem. ergo for-
 titudo eius est medietas inter amorē et odium.
¶ Ad prima respondeo q̄ dupliciter cōtingit nos
 bene habere inter timorē et odiū: vno modo vniuersa-
 liter habere omnē materiam et tunc virtus p̄ q̄ nos
 hoc nō bene habemus circa amorē et odiū est me-
 dietas inter hec et non curo hic vtū inter amorē
 et odiū sit vna medietas an plures. quia exempla
 non ponunt vt vera sint sed vt sentiat qui discit.
Alio modo nos bene habemus circa amorē et odium
 in aliqua speciali materia puta in materia fortitu-
 dinis aut iusticie. et non vtr in omni. et sic nego q̄
 virtus per quā nos hoc modo bene habemus sit in-
 ter huiusmodi passiones medietas. **Et** ad minorem rati-
 onis dico q̄ per fortitudinē nos bene habem⁹ et
 ea amorē et odiū/delectationes et tristitias in
 materia fortitudinis tñ quia habitus fortitudinis
 inclinat voluntatem ne propter has passiones dese-
 rat opus fortitudinis. **Ad** secūda dico q̄ in illo ca-
 su fortitudo sua mediat inter timorem et audaciā
 quia cohibet ea ne insint. et si inessent: cohiberet
 ea ne continuaretur/et ne impedirent actū forti-
 tudinis. **¶** Ad tertiā nego q̄ habeat aliquā medie-
 tatem in forti in casu dicto. quia null⁹ est in eo ha-
 bitus per quā voluntas se possit habere vniuersa-
 liter et in omni materia circa amorē et odiū. q̄
 suppono q̄ non habeat nisi fortitudinis habitum.
 sed bene verū est q̄ fortis potest habere medietate-
 tem inter has passiones. quia potest acquirere aliā
 virtutem in modo de facto in casu p̄dicto fortitudo
 sua inclinat eū in primū actū illius virtutis q̄ est
 vel est: potest medietas inter amorē et odium.
¶ Contra nonā conclusionē. **Arguo** sic. **Quo** q̄
 aliquis habeat habitū fortitudinis satis remissū
 et habitū vel passionē audacie satis intēsum. et vo-
 lo q̄ isti duo habitus simul concurrant ad actū au-
 diendi cōformem tñ recte rationi. tū sic iste act⁹
 audiendi est effect⁹ audacie sicut fortitudinis imo
 magis causatur ab audacia q̄ a fortitudine cū au-
 dacia sit intensa/et fortitudo remissa et eodē mo-
 do argueretur de timore. ergo fortitudo est circa
 timorem et audaciā tāq̄ circa causam vel causas
 principales. **Ad** hanc rationē admittō eam sum pro
 prima parte. **¶** Pro secunda: vero parte distinguo.
 aut per actū audendi intelligis actū interiore q̄
 est per se et pprie actus fortitudinis et habet cir-
 cūstātiās p̄ obiecto: quo scy vult audere hoc mō
 vel illo/et p̄pter talem finem/ q̄ sic dicatum est a
 ratione. ad hunc actū nunq̄ concurrat audacia ly
 bene faciat ad remouendū causam p̄hibentē hūc
 actum. audacia eñ pellit et renouet timorē. aut q̄
 actum audendi intelligis actū exteriorē: et tunc
 concedo q̄ ad istum actum audendi possunt simul
 concurrere fortitudo et audacia: dico tamen q̄ nō
 concurrat ad ipsum fortitudo nisi prius ipsa cōcur-
 rent ad actū interiore. et ideo si non habeat ille
 actus interior: actus audendi exterior non est par-
 tialiter a fortitudine. et actus viciosus/ factus nō
 vt conformis rationi. **Si** autē habeatur talis act⁹
 interior tunc dico q̄ ille actus exterior est bonus et
 laudabilis. quia subordinatur actui interiori p̄ se
 bono. et sic est ab habitu vel actu p̄ se fortitudinis q̄

etiam quis nulla inesset audacia: ipse vel similis se dñi spem et mortis fuisset a fortitudine productus vel imperatus. Si autem fuisset sola audacia in eo: ipse vel similis sñ spem nature fuisset productus ab audacia: nō tñ similis sñ spem mortis: qz fuisset victosus. Quid autē qz sola cū tico si fuisset sola audacia excludat tam habitū fortitudinis qz actum interiorē: qz actus interior: bonus etiā imperatiū actus exterioris potuisset a recta ratione et libertate voluntatis sine habitu virtutis causari tunc ab eo. Et si dicas qz ex hoc sequuntur dico inconvēnientia. p̄mū est qz actus bonus et virtuosus fuisset causatus a victioso. Sc̄do sequit qz in eadē voluntate simul esset fortitudo et audacia: qz tñ cōtrariātur. ¶ Ad p̄mū cōcedo cōsequens de actu virtuosio exteriori: et maxime qñ p̄cipualis est ab habitu virtutis: et hoc intēdebat dicere Thomas cū dicebat audaciā esse moderandā et nō cohibendam. et hoc est qz interdum adiuvat fortitudinē in actu suo exteriori. ¶ Ad aliam dico qz fortitudo actus et audacia habitus vel passio nō repugnant et simul esse p̄t. ¶ Et si dicas contra p̄dictā solutionem iste actus exterior simul a fortitudine et audacia. volo qz sit multū intensus. aut sc̄m qz libet gradum est ab utroqz: aut sñ aliquos gradus erit a fortitudine et sñ aliquos ab audacia: nō p̄mū qz fortitudo (vt suppositū est) in isto est multum remissa. ergo nō p̄t in gradū tā intēsū. quia alias effectus excederet causam suā. nec sñ qz tūc iste actus esset cōpositus ex pluribus gradibus quoz aliqui essent boni et aliqui mali. et ita p̄traria simul essent. et cū essent i eo plures gradus mali qz boni: tūc magis dīcendus esset malus qz bonus. Ad hoc rīdetur qz iste actus est totus. i. sñ quēlibz eius gradum a fortitudine. neqz est cōpositus ex gradibus bonis et gradibus malis. Et ad p̄bationē dico qz licet fortitudo sit multum remissa ipsa tñ cū libertate voluntatis et adiutorio audacie p̄t in actus alicuius intensio: in quē non p̄t per se. et ad p̄bationē dico qz nō est inconvēnient effectum excedere causam suā partialē: licz nō excedat causam suam totalē. Et si dicas qz audacia plus facit ad intensioē actus illius qz fortitudo ergo est causa p̄cipualis: nego p̄mā. qz fortitudo sola facit qz ille actus sit virtuosus. ad hoc em̄ nihil facit audacia et fortitudo et eudacia simul faciunt ad hoc qz ille actus sit intensus. ¶ Ad rationē ante oppositum p̄ceditur assēs: et negatur p̄mā. Et est em̄ fortitudo circa mortē et pericula et labores/dolores ac tristitias belli tanqz circa obiecta actus interioris et exterioris fortitudinis: et nō tanqz medietas circa extrema: s̄ est circa timores et audacias tanqz medietas circa extrema: et nō tanqz circa obiecta actus exterioris: sicut patuit.

Veritur quinto. Utrū

V sustinere sit p̄cipualior actus fortitudinis qz inferre. Arguit qz nō difficilior ē aggredi qz sustinere. s̄ aggredi ē p̄cipualior actus fortitudinis qz sustinere. p̄mā p̄z: qz virtus est circa bonū et difficile. ¶ In oppositū est Ari. iij. ethicor. dices qz in sustinēdo tñ illa maxime fortes dicunt. ¶ P̄o. q̄stione notandū est qz nō p̄t imaginari nisi sex actus fortitudinis. fugere/ cunctari/expectare/sustinere/inferre/aggredi.

Quod sit fugere satis cōstat. Cunctari est pro tēpore se a dimicatione subtrahere vt hostilis exercitus magnitudo paulatim ad tenuitatē redacta tā dñm facilius superet. Quō vt victū est p̄mū fortiter faciebat. Fabius aduersus hannibalem: ita dīcēte Plutarcho: vbi vitam saby maximi refert ipse inquit cum spem omnē victorie in se populus romanus reposuisset contra hannibalem iter intendit non eo animo vt dimicare vellet. sed vt tēpore illius vires attritas redderet: et rerum copiam ad inopiam. et exercitus magnitudinē ad tenuitatē reduceret. vnde hostes persequens per loca edita exercitum ductabat. et positis castris tacitus confedebat. et tñ sese hannibali ostendebat q̄tum ex loci intercapedine ad pugnandū inuitus cogi nō possit. ita qz hostibus tanqz pugnaturus esset. ea cunctatione terrorem incuriebat. et qz p̄pter hoc fabius fuit dicendus fortis. patet per id quod sequitur. Nam postqz Plutarcho recitavit quo hannibal omni fraudis genere Fabium conabat impellere ad cōferendum manus siue ad pugnandū/ subiecit Aut fabium pudētē fortis magis virum nullo modo doctis fallere potuit. Nam et Numitius et Terētius Varro qui aggressi sunt hannibalem contra Fabij imperium/stragem passi sunt exercitus nō medietatem. Expectare est se ad pugnam paratum immobilem prestare: et aduersarium inuadentem fortiter excipere. Aggredi est in hostem insilire. Sustinere ē inter ictus/vulnera dolores/ et alia ab aduersariis pugnando inflicta detruenta/constanter in acie perdurare. Inferre est huiusmodi detruenta/aduersario insilire. P̄mā conclusio Fugere interdum est actus fortitudinis. probatur aliquid quando recta ratio dicat nec aggrediendum nec sustinendum nec expectandum esse nec cunctandum. sed fugiendum. sed huiusmodi recta ratio est dictamen prudentie directum alicuius virtutis et non nisi fortitudinis. ergo fugere est actus fortitudinis minor est certa per indictionem et maior probatur quia aliquā recta ratio dicat qz p̄ fugas. Res pub. melius multo salitabitur qz per pugnam. Tū p̄pter multitudinē et p̄parationē in hostibus/ et cōtrariū in nobis. Tū aliquā p̄pter p̄ditiones de quibus h̄bitur veri similes suspitōes. Tū p̄pter multas alias causas. igit. Sc̄do fuga facta ex electione cōformi dictamini recte rōnis est actus alicuius virtutis et nō p̄t assignari alia virtus a fortitudine cuius sit actus. vt p̄z in ducendo p̄ singulas. s̄ est actus fortitudinis maiorē p̄bo qz fuga illa est actus deliberatus: et nō est actus victiosus s̄ est actus virtuosus. qz nō sit victiosus p̄z: qz est actus imperatus a voluntate imperate fugā. qz recta rō dicat esse fugiendū. Tunc etiā qz est actus recte rōni cōformis sub ordinatus alicui actus voluntatis h̄biti rectā rōnē p̄ obiecto et eidem recte rōni cōformi. ¶ Tertio aliquo casu p̄to nō fugere est actus temeritatis et audacie: s̄ in eodē casu fugere ē actus timoris vt fortitudinis. s̄ nō ē actus timoris i casu dīcto. qz timor nō impat fugā eoqz recta ratio dicet esse fugiendū. Nam qz em̄ timor h̄z rectā rōnē p̄ obiecto: ergo i illo casu fugere est actus fortitudinis. ¶ Quarto fugere est actus circa materiā fortitudinis omnibus circumstātiis debitus circūstantionatus. cū recta ratio (vt supponitur) p̄ tunc dicet esse fugiendū. ergo fugere est actus fortitudinis.

Partes fortitudinis.

Nota.

¶ Quinto in eodem casu non fugere non potest esse actus fortitudinis. qz non fugere in illo casu semper est actus temeritatis et audacie. ergo in casu fugere est vel potest esse actus fortitudinis. **¶** Secunda conclusio. Fuga est actus minus principalis et minus difficilis ceteris actibus fortitudinis. Probatur subire periculum mortis in bello et aliorum detrimentorum belli est principalior et difficilior actus quam non subire. sed per ceteros actus subimus huiusmodi pericula per fugam non subimus sed euadimus ea igitur. **¶** Secundo fuga magis assimilatur timori quam audacie. sed audacia est similior fortitudini quam timor. quia magis inclinati sumus ad terrorem terribiliam quam ad ipsorum tollerantiam igitur. **¶** Tertia conclusio. Lunctatio est actus fortitudinis excellentior fuga et reliquis tribus minus excellens. quia sit actus fortitudinis probatum est in principio. potest etiam probari rationibus quibus de fuga probatum est in principio. Ratio enim recta dictabat. Fabio qui erat difficilimum vincere Hannibalem per expectationem aut per aggressum stante exercitu suo in ordine et compositione militari. sicut qui aliter aduersus eum pergnauerunt experti sunt. et quod melius erat paulatim attenuare copias eius et expectare quousque exercitus suus esse sine ordine/ ut haberet opportunitatem eum aggrediendi. quod et fecit. Fabius qui cum Hannibal bis pene victoria contra collegas Fabii haberet. insiluit Fabius in militiam Hannibalis dispersam et fugauit eam: et collegas suos ex grauissimis periculis erexit quod autem sit actus excellentior fuga patet. quia per fugam totaliter reijcit periculum belli: sed per cunctationem non reijcitur: sed expectat oportunitatem cōseruandi manus et pugnandi. Tercium patet quia per alios actus nec reijciunt nec differuntur pericula huiusmodi: sed suscipiuntur. igitur **¶** Quarta conclusio. Expectare est actus minus principalis quam aggredi. hoc est inuadi est minus principalis actus fortitudinis quam inuadere: et minus difficilis quam sit actus fortitudinis. Probatur rationibus prime conclusionis. quia sit minus difficilis probatur. Ad vincendum aliquam multitudinem expectando sufficit aliqua multitudo que non sufficeret ad vincendum eam aggrediendo ceteris paribus ergo expectare est actus minus difficilis quam inuadere. Hinc probatur. Nam ut testantur cronice et historie quoties fuit pugna a pua multitudo contra magnam et non potuit fieri per insidias aggressio clarissimi duces semper cōseruauerunt expectandos esse aduersarios: et non inuadendos. **¶** Secundo que expectat melius potest seruare ordinem discipline militaris quam que inuadit. quia que inuadit sunt in motu autem in quiete. ergo facilius est expectare quam aggredi. Nam qui expectant multas habent comoditates ad vincendum quas non habent qui aggrediuntur. **¶** Tercio actus audacie est difficilior quam actus timoris ergo actus fortitudinis audacie similior est difficilior quam actus fortitudinis minus similis audacie. sed ut constat aggredi est similior actus audacie quam expectare: ergo aggredi est difficilior actus quam expectare. et hoc intelligo ceteris paribus. **¶** Quinta conclusio. sustinere est actus fortitudinis difficilior quam inferre. quia sit actus fortitudinis per rationibus supra positas. similiter de actu ferendi. utriusque autem istorum actuum signum ari. in. ethicoz. cum de actu fortitudinis loquens ait. Secundum dignitatem enim et utriusque ratio. patitur et agit fortis. et

capitulo sequenti. ubi loquitur de militibus subeuntibus pericula belli propter experientiam. videtur inquit utriusque fortes quam non sciunt alij qualia sunt. deinde facere sed non pati maxime potest ex experientia et custodire et percutere: potentes uti armis et talia habentes qualia utriusque erunt ad facere et ad non pati fortissima. ubi expresse distinguit ari. inter inferre siue percutere et pati. Probatur conclusio. bene pati in malum est virtuosius quam bene facere in malum. sed sustinere est bene pati malum/ scilicet ictus vulnera et dolores inferre autem siue percutere est bene facere in malum hosti et aduersario. igitur. in ari. probatur bene facere bonum puta liberaliter est melius quam bene pati bonum et per hoc in quarto ethicorum probatur ari. quod liberaliter dare est melius quam liberaliter accipere. ergo pro loco a contrariis bene pati in malum est virtuosius quam bene facere in malum. Secundo sustinendo et patiendo illa mala tollantur actualiter que cum futura erant impellebant ad timiditatem et fugam sed inferendo illa mala infliguntur hostibus quibus suadebatur ad audendum. ergo multo difficilius est sustinere quam inferre. Tertio sustinere est tristabile et moleste. inferre est delectabile et iocundum igitur sustinere est difficilior actus quam inferre. antecedens patet quia ledi ab aduersario est triste. ipsum autem ledere sibi delectabile sed sustinendo ledimur ab aduersario: inferendo vero aduersarium ledimus igitur. **¶** Quarto quicquid difficultatis habet percussio et illatio maiorum in hostem illud difficultatis habet pati siue percuti siue sustinere: et cum hoc multas alias difficultates quod dolores ictuum et vulnerum. Aduerte tamen quod duo possunt intelligi: unum est actus defensionis: quod est ari. vocat custodire siue tueri se ab hostium ictibus et ad hunc actum sequitur non pati: secundum illud quod dicit de militibus habentibus experientiam milite quod sunt potentes ad agere et etiam ad non pati. Ad agere quia potentes sunt percutere Ad non pati quia potentes sunt custodire. Et ista videtur pertinere proprie ad experientiam et industriam bellicam. Aliud est pati et perdurare inter grauissimas illas passiones laborum et dolorum: et istud est maxime proprius actus fortitudinis et difficilissimus. **¶** Quinto quicquid nullam aut saltem non magnam difficultatem habet nisi propter alterum illud non est eque difficile sicut illud. sed inferre nullam aut saltem non magnam difficultatem habet nisi propter sustinere milites enim fortes non formidant percutere nisi quia timeant percuti nec timeant se immiscere bello ve percutiant nisi quod timeant ut percutiant. igitur hec conclusio iudicio meo est tam certa quam non eget probationem. Nulli enim dubium est quod quicquid grauis fortitudinis sufficit ad bene sustinendum ictus hostium: illi sufficit supposita industria armorum ad bene inferendum et perseverandum in inferendo. **¶** Sed contra primam conclusionem arguit sic. Fugere est actus timoris: ergo fugere non est actus fortitudinis. Hinc probatur quia timor non inclinatur ad sustinendum nec ad inuadendum: sed tantum ad fugiendum. Secundo arguit inter actus fortitudinis non enumerat fugam: sed fugere non est actus fortitudinis Tertio ois virtus est circa bonum et difficile. sed fugere nihil difficultatis habet. cum sit ois virtus prohibita facile igitur. Ad primam rationem quod aliquid fugere est actus timoris et aliquid actus virtutis. nam fuga facta conformiter ad iudicium recte

Nota.

Nota.

rationis et ex imperio voluntatis se rōni cōformā-
tis est actus virtutis: q̄ autē sit cōformiter ad im-
pulsionem passionis timoris vel viciōsi habitū est
actus timoris: immo eadē fuga per cōtinuationē
pōt esse actus fortitudinis p̄vna pte et actus timo-
ris q̄ alia. Ad secūdā r̄ndet negādo anis. enūerat
em ar. cū ait fortis autē siupescibilis est vt hō time-
bit quidē igit talia. vt oz autē / vt ratio sustinebit.
Itā si recta ratio dicitur esse fugiēde et nō fugiūt /
fortis nō timebit talia vt opz / vt recta ratio di-
ctat. Ad tertīā dico q̄ sicut nō audere difficultatē
h̄y ita et fugere p̄formiter ad iudiciū rōnis nā diffi-
cile est cū terribile aliqd̄ apparet expectare iudi-
ciū rōnis et eīd vel fugiēdo vel alio quīs mō obedī-
re. Lōtra quartā cōclusionē ar sic p̄mo auctoritate.
Ar. qui vt volūt oēs ex ponitores dicit q̄ expe-
ctare est difficultior actus q̄ aggredi. Scđo sic dif-
filius est rep̄mere timorē q̄ moderare audaciaz
sed p̄ expectationē moderat timor p̄ aggressū ve-
ro moderat audacia: q̄ difficultus est expectare q̄
aggredi minor p̄bat q̄ qui expectat inuadit: et q̄
aggredit inuadit. maior vero p̄bat. q̄ terribile il-
lud qd̄ est obiectū timoris et audacie de se confert
ad resp̄sionē audacie et augmentū timoris. ¶ Ter-
tio difficultus est pugnare cū fortiori q̄ cū debilio-
ri. sed expectans pugnāt cū fortiore. et qui aggre-
ditur pugnāt cū debiliore. igit. maior est certa. et
minor p̄batur q̄ sustinere respicit p̄prie loquendo
fortiorē inuadētē. et q̄ inuadit / inuadit p̄ modū for-
tioris. Quarto difficultus est perseverare i pericu-
lis: et malis p̄ntibus q̄ in futuris. sed qui expectat
perdurat in laborib⁹ et periculis p̄ntibus. qui autē
aggreditur habet h̄mōi mala tanq̄ futura et non
presentia. igit. difficultus est expectare q̄ aggredi.
¶ Quinto sic difficultus est diu et perseveranter sic
manere et perdurare in periculis q̄ subito moueri
ad pericula. sed expectare importare tēporis diu-
rmitatem. aggredi autē potest quis subito motu
secundū illud quod de audace et forti dicit Ari. au-
daces quidē p̄volantes sunt ante pericula: in ip̄is
autē discedūt. fortes autē in operibus acuti prius
autē quieti. ¶ Sexto sic. ille actus virtutis est p̄
cipalior q̄ immediatius respicit bonū honestum
sc̄z bonū virtutis. sed expectatio est h̄mōi igitur
minor p̄bat q̄ licet aggressus sit finaliter ad bonū
virtutis seruandū: tñ immediate est vel ad victo-
riā vel ad lucrū vel ad repellendos inimicos. Ex-
pectatio autē sp̄e aliter vbi mors apparet / ad nul-
lum illoz tendit immediate sed solū ad hostū fouē-
dum et ad euitādū malū culpe. ¶ Septimo sic. ille
actus est principalior: actus alicuius virtutis qui
magis distat ab extremis vicijs. sed expectatio ē
h̄mōi. q̄ fortitudo magis conuenit audacie in ag-
grediēdo q̄ in expectando et ex alia pte magis p̄ue-
nit cum timi h̄tate in fugiēdo q̄ in expectando.
¶ Ad primā istaz rationū dico q̄ Ari. in toto tex-
tu suo nō locutus est de expectare sed de sustinere
nec cōparauit sustinere ad aggredi: s̄z bñ cōpara-
uit fortitudinē circa terribilia ad fortitudinē q̄ est
circa ausibilia et semp̄ voluit q̄ maxim⁹ actus for-
titudinis est et cōsistit in sustinēdo et patienter tol-
lerando terribilia: sicut dicitur est in vltima cōclusio-
ne. ¶ Ad secūdā cōcedo maiorem ceteris pari-
bus. et ad minorem dico q̄ per expectationē mode-
ratur timor et audacia. et per aggressū vtrūq̄ mo-

deratur. Nam qui expectant apprehendūt aggre-
sionem hostium et tanq̄ terribile. et secundum hoc
ipsa nata est causare timorē et tanq̄ ausibile. et per
hoc ipsa nata est causare audaciam. Et inde est q̄
expectant sperantes expectando posse eos vince-
re. Et quia existimant se minus difficiliter vincere
expectando q̄ aggrediendo: ideo expectant.

¶ Ad tertiam cōcedo maiore ceteris paribus ex-
perientia sc̄z et industria / et loco / et alijs adumen-
tis. et nego minorem p̄ vtraz parte si vniuersaliter
intelligatur. alias nihil esset ad p̄positum. Et ad
probationem concedo q̄ sustinere siue expectare
respicit inuadentem. sed nego q̄ semp̄ fortiozem.
et nego q̄ qui inuadit / inuadat per modum fortio-
ris vniuersaliter: sed inuadit quia existimat q̄ faci-
lius vincet inuadēdo. Alius autem expectat quia
existimat q̄ facilius vincet expectando. nam si ag-
gredi et inuadere semp̄ facerent inuadētem fortio-
rem secundum rectam rationem / nullus est pugnā-
tium qui non deberet inuadere. Quod si dicas q̄
ille qui inuadit sepe existimat se fortiozem: hoc etiā
negatur. Et dato q̄ ita esset: tñ ex hoc non seque-
retur q̄ in rei veritate esset fortior: licet bene scđm
opinionem suam et forte falsam. et simile etiam opi-
nionem pōt habere de se qui expectat. ¶ Ad quar-
tam cōcedo maiore ceteris paribus. Et ad mino-
rem dico q̄ qui expectat nō plus perdurat in labo-
rib⁹ et periculis p̄ntibus q̄ ille qui aggreditur. s̄z
si cetera sint paria labores sint pares et similiter
pericula. Videtur em̄ imaginari arguens q̄ qui ex-
pectat percutiatur et nō percutiat patiatur et non
agat. et qui aggreditur agat et nō patiat percutiat
et non percutiat. qd̄ falsum est. Nam agere et pati
cōia sunt expectantibus et aggrediētibus. ¶ Ad
quintā cōcedo maiore et nego minore expectatio em̄
et aggressio nō se h̄nt dñter ad diuturnitē sp̄is et
dico q̄ si expectatio qui est p̄ p̄ntiā periculoz: de
qua loquit arguens sit diuturna. aggressio etiā est
diuturna et q̄ qui aggrediunt etiā in periculis p̄nti-
bus et percutiunt et patiunt vulnerant et occidū-
tur ab occidētibus: ideo dico q̄ aggrediētis est p̄-
seuerare in periculis sicut expectantis. Et ad p̄-
bationē cōcedo q̄ quis aggredi pōt subito motu.
Sed tunc dico etiā q̄ expectatio nō erit diuturna
Et ad p̄bationem dico q̄ ipsa militat in p̄trariū.
duplex em̄ est aggressio. quedā est q̄ est act⁹ audā-
cie. et de illa loquit Ari. q̄ aliquid est subita et nō diu-
turna. sed de hac nō loquimur cū sit viciosa: et nō
actus virtutis. Alia est q̄ est actus fortitudinis. et
illa nō ē sic subita. vt ptz ex eadē auctoritate. for-
tes inquit (in operib⁹ acuti. i. vehemētes prius autē
quieti. q̄ ipsi serquūt cōsiliū Salustij dicētis prius
q̄ incipias cōsulto: postq̄ cōsuleris) mature fa-
cto opus est. ¶ Ad sextam nego maiorem bonum
em̄ honestū aliqui nō pōt haberi p̄vnu actū nisi me-
diante bono vtili per alius actū pōt haberi imme-
diate non tñ p̄mus actus est minus bonus q̄ secū-
dus Sed. forte arguens vult dicere q̄ actus ille ad
quē q̄s mouet nō solū p̄pter honestū s̄z etiā p̄pter
vtilē nō est eq̄ bon⁹ sicut act⁹ ad quē q̄s mouet p̄-
pter honestū tñ. cōcedo maiore i hoc sensu et maxie
si honestū et vtilē simul nō plus ex vna pte moueāt
q̄ honestum ex alia et hoc ceteris paribus. Sed si
honestū ex vtraz pte mouēt eq̄līter et ex vna pte
superaddere motio vtilis q̄ scđm rectā rōnē. sic-

Nota.

Nota.

ri possit: non ppter hoc deteriorabit actus. ¶ Ad
 minoꝛē dico q̄ falsa est. ⁊ ad p̄bationem dico q̄ ex
 pectatio est eque bene ad victoriā ad lucrū ⁊ ad
 repeliēdos inimicos sicut aggressio. ideo em̄ expe
 ctant vt vincant ⁊ reliqua oia p̄sequant. Ad. viij.
 dico p̄mo q̄ maioꝛ videf in intelligibilib. nā q̄ ma
 gis aliquid discedit a timoze tanto magis accedit
 ad audaciā. ⁊ q̄to magis distat ab audacia tanto
 magis accedit ad timoꝛē quare videf impossibile
 q̄ aliqd̄ magis distet ab vtrōq̄ extremeꝝ q̄ aliud
 sed credo q̄ arguēs intelligit de accessu fm̄ simili
 tudinē aliquaz p̄p̄eratiū. ⁊ ad minoꝛē dico q̄ falsa
 est. ⁊ ad p̄bationē cū dicis q̄ fortitudo magis p̄ue
 nit cū audacia ⁊c. dico q̄ argumentū est ad oppo
 sitiū. nā p̄ illud nō p̄bat aliud nisi q̄ fortitudo expe
 ctatiua magis distet ab audacia q̄ forti. udo ag
 gressiua. s; nō p̄bat q̄ magis distet a timiditate q̄
 fuit p̄bādū. ¶ Contra quintā p̄clusionē. arguit p̄
 mo sic. Uti ē melius q̄ possidere s; sustinere nō est
 nisi possidere vires inferre autē est vti virib⁹ ergo
 inferre est melius q̄ sustinere. ¶ Secūdo virtutis
 magis est bene facere q̄ bñ pati. sed inferre est bñ
 facere: sustinere est bene pati. ergo inferre melius
 est q̄ sustinere. ¶ Tertio bene opera. maioꝛis est
 virtutis q̄ turpia nō operari. s; inferre est bñ ope
 rari: sustinere autē nihil aliud est q̄ nō operari tur
 pia/ s; nō fugere. ¶ Quarto virtuti ⁊ operatiōis
 eius debent laus et gloria. sed magis laudant qui
 bene inferunt q̄ qui bene patiunt. ergo virtuosius
 est inferre q̄ sustinere. Quanto illud est virtuosius
 q̄ est circa difficultatē. sed difficultus est in ferre q̄
 sustinere: cum nemo sit qui pati non possit igitur.
 ¶ Sexto Illud est virtuosius ⁊ melius q̄ maioꝛē
 prebet vtilitatē rei publice sed inferre maioꝛē p̄bet
 vtilitatē reipublice. cū inferēdo ⁊ percutiendovm
 cantur hoīes igitur. ¶ Septimo. actus quo quis
 magis recedit a timoze est melioꝛ q̄ alius quo non
 tantuz recedit a timoze. quia fortitudinis est mari
 a timoze retrahere. sed p̄ actu inferēdi magis rece
 dituz a timoze q̄ per actū sustinēdi. q̄ sustinens
 tm̄ habet simplicem negationem timoris inferens
 autem contrarie mouetur contra timoꝛem igitur.
 ¶ Octauo. fortitudo inferentis magis distat a ti
 moꝛē ⁊ conuenit cū audacia q̄ fortitudo sustinen
 tis. ergo ipsa est melioꝛ. añs p̄batur. quia sustine
 re non est audere sed pati. inferre autē est audere.
 ¶ Nono sustinere siue inferre nihil p̄dest: inferre
 autē siue sustinere multum p̄dest. vt cum ad p̄
 mum insultum fugiunt aduersarij. tunc em̄ p̄ infer
 re habetur victoria. igitur inferre melius est q̄ su
 stinere. ¶ Ad primam concedo maioꝛem: et maxi
 me vbi vti includit possidere: ⁊ hoc quādo vsus est
 bonus. alias nō estet bonum vti viribus. Et nego
 minoꝛem ⁊ dico q̄ qui sustinet vtitur p̄mo maioꝛi
 bus viribus anime ceteris parib⁹ q̄ qui infert: q̄
 est difficultioꝛ actus vt dictum est. ¶ Dico secūdo
 q̄ qui sustinet viribus corporalibus vtitur in repel
 lēdo ictus ⁊ tuendo se a nocuētis. Simpliciter tm̄
 magis viribus vtitur qui sustinet in hoc q̄ contra
 labores ictus ⁊ vulnera se immotū ⁊ perseuerantē
 exhibet. Ad tertiam concedo maioꝛem ⁊ nego mi
 noꝛem ⁊ dico q̄ qui sustinet non solam nou operat
 turpia sed etiā operatur honesta operatione act⁹
 interioris in hoc q̄ inter tot incommoda ictuum ⁊
 vulnerum semper perseuerat. Ad quartam dico q̄

a sapien tibus plus laudatur qui bene sustinet q̄
 bene infert vel percutit ceteris paribus: Quis tm̄
 vulgus frequenter magis laudet q̄ minus laudan
 da sunt. ¶ Ad quintam dico q̄ p̄ sustinere possum⁹
 intelligere duo scz passionē exteroꝛem sc̄ize: ⁊ tūc
 hmoi passio violenta est neq̄ exigit laboꝛem in pa
 tiente vt suscipiatur. Aliomodo pōt dicere actus
 interiorē imperatiū a actualiter huiusmodi pas
 sionis ⁊ perdurationis in ea vsq̄ ad mortē. ⁊ tūc
 dico q̄ iste actus propter rationes supradictas ē
 multo difficultioꝛ q̄ actus inferendi siue etiā actus
 inferendi dicat actum exteroꝛem siue interiorē/
 etiam actualiter imperatiū executionis. ¶ Ad
 sextam nego maioꝛem. Nam vt dicit buridanus
 multa pecunia est magis vtilis reipublice q̄ vnus
 homo bene probus: ⁊ tamen non est melioꝛ. hec tm̄
 potius est euasio q̄ solutio. quia pecunia nō est vir
 tuosa hic autem agitur de comparatione duorum
 actuum virtuosorum quorum actū vtilitas ⁊ de
 fensio ⁊ salus reipublice est finis. ¶ Videtur ergo
 q̄ ille actus sit melioꝛ quo melius ⁊ regularius rei
 publico. consequitur defensionem ⁊ salutem suam.
 Quicquid ergo sit de maioꝛe nego minoꝛem. ⁊ de
 co q̄ regulariter nec per actum inferēdi sine actu
 sustinendi reipublica cōsequitur salutem suā ma
 xime vbi est ex vtrāq̄ parte conflictus. ¶ Neg per
 actū sustinendi sine actu inferendi reipublica cō
 sequitur salutem suam. sed per vtrūq̄ simul. et tūc
 co q̄ regularius accidit q̄ bene sustinendo ⁊ remis
 se inferendo reipublica salutē suam consequitur
 q̄ intente inferendo ⁊ remisse sustinendo. ¶ Ad se
 ptimam cōcedo maioꝛē vbi cause timendi sunt pe
 res. sed dico q̄ in sustinēte cause timoris sunt mul
 to vehemētioꝛes cū in eo sint mala belli actuali
 ter p̄ntia q̄ in inferente in quo non sunt huiusmo
 di mala belli secundum q̄ huiusmodi: immo em̄ q̄
 in eo sunt habet rationē sustinentis et non inferen
 tis ¶ Ad octauam similiter dicat. pōt tm̄ distingui
 añs: vel q̄ magis distet a timoze ppter magnitudi
 nem virtutis fortitudinis ⁊ sic ego nego vel ppter
 absentiam ⁊ presentiam maiorum belli: ⁊ sic conce
 do. quia em̄ mala belli non sunt presentia inferen
 ti em̄ q̄ inferens ⁊ sunt presentia sustinenti sc̄dm
 q̄ sustinens: ideo fortitudo inferentis magis distat
 a timoze q̄ fortitudo sustinentis. ¶ Ad nonam di
 co q̄ regulariter nec sustinere sine inferre nec infer
 re sine sustinere quicq̄ p̄dest. Nam sicut ad p̄mū
 insultum aliqui fugiunt qui sustinere debebant: Ita
 etiam ad p̄mū insultū fugiunt aliquando qui in
 ferebant cum experitū aduersarios paratos ad
 pericula ⁊ expertos in repellēdo: secundum q̄ ait
 Ari. de audacibus. Audaces quidem p̄uolantes
 ante pericula: in ipsis autem discedunt. dico ergo
 q̄ vtrumq̄ eget altero: sed tamen victoria reipub
 lica salus magis dependet ex forti tollerantia q̄
 ex forti illatione siue percussione.

Argumen.
 Burida.
 3. ethicoꝝ.
 q̄no. 22.

Et.

Veris sexto. Utrū for
 titudo quā Ari. politicam vocat si ve
 ra fortitudo. ¶ Arguit q̄ sic. Omnis
 fortitudo q̄ sit ppter virtutem est ve
 ra fortitudo. sed fortitudo politica sit ppter virtu
 tem: vt habetur in textu. ergo ipsa est vera fortitu
 do. ¶ In oppositum est Ari. tertio ethicoꝝ. Mo
 tandū est q̄ em̄ Ari. p̄p̄ius ⁊ verus actus fortitudi

ditis est sustinere z metuere terribilia vt opz/ que opz qñ opz/ z gratia cuius opz. Et similiter aude re ausibilia q opz/ vt/ qñ/ z gratia cuius opz. Et hunc actū exprimit Ari. sub his verbis. Quiddē igitur que opz: z cuius gratia sustinet z timet: z vt opz/ z qñ similiter aut vt audet fortis sim dignitate em z vt ratio/ patitur z operat fortis. Et quo paulo post infert actus viciorz oppositorz fortitudi ni. Quidā em sunt qui superhabūdāt in nō metue do/ ita q nō timēt quo opz/ vel vt opz/ vel gratia cuius opz. q aut nihil oīno timēt fortis sunt vel in sani. vt q neqz terremotū/ neqz inūdationes timēt sicut dicit de celis. qdā vero superhabūdāt in audendo circa terribilia. Et illi dicunt audaces. au dax aut videt supbia eē z ficto: fortitudinis. Mā audax vult videri se habere circa terribilia sicut fortis se hz circa ipsa. z ideo imitat fortē in quibz pōt. z inde est q multi eoz sunt audaces timidi. i. vt hz translatio Arctini hūc tū timore audactaz. nā in his. i. in periculis audētes. i. cū audacia ag gredientes nō sustinent. i. nō fortiter tollerāt terri bilia. Quidē aut superhabūdāt i timēdo qz timēt q nō opz timere z vt nō opz timere. Et licz iste sic superhabūdās in timēdo deficiat in audendo: ipse tñ magis manifestat per superhabūdantiam tristi tiaz z timoris quē hz ex apprehensione terribilis qm ex defectu audēdi. Et quo infert q desperans z timidus z nō fortis. pbat desperans non est bone spei sz oia timet fortis aut in audēdo est bone spei Notandū p̄terea q sim Ari. capitulo sequenti du plex ē fortitudo scz vera z similitudinaria tñ In qua diuisione extendēnt nomen fortitudinis nec accipit p virtute tñ. Fortitudinis similitudinariae sunt sex modi. p̄tima est politica. z est eozum q su s̄. finent pericula propter honores qui distribui so lent viris fortibus z ppter opprobria quibus effi ci solent timidi vide est q apud illos sunt viri for tissimi apud quos timidi habentur in honorati et infames. fortes vero honorant. Et ideo homerus s̄ngebat hectorē dicentem polidamas mihi primū redargutiones reponet: hoc est si non fortiter faci am: ipse me redarguet: z fingit etiam diomedem dicentem: hector cū concionabitur apud troianos dicit tyti des. i. diomedes filius tydes a me vict⁹ ē. Secūda fortitudo est eozum qui a principibus co guntur fortiter facere. sicut hector: multos cogebat cum dicebat. Si ego aliquē videro pcul a pu gna fugientē vel formidantem: ille nō poterit eua dere. i. qz scz eum cambus deuorandum dabo. aut vt vult translatio Arctini non sufficet sibi q eua dat cās id est grecos persequentes. quia eū alijs penis efficiam. Similiter perfecti cogunt ad pu gniam multos/ cum percutiunt retroducentes. Si militer illi cogunt qui collocant foueas ante mu ros. ex quo patet q est aliqua fortitudo coacta. Tertia fortitudo est eozum qui habent experiētiā bellicarum rerum. isti enim ideo videntur fortes qz cum bellum multa inania habeat. i. multa que ha bent timorem inanem z vanum: isti hec oia ppter experiētiā cognoscūt nec formidāt. qz sciunt esse inania. Alij aut formidāt qz nesciunt qualia sunt. z p̄terea isti industriam habent offendendi hostē z percutiēdi z etiam custodiendi se ab hoste. quia sciunt vti armis: z habēt omnia que vtilia sunt ad fortiter faciendum z ad tegendum siue custodiē-

dum: z ita pugnāt tanq̄ armati aduersus inermes z tanq̄ exercitati aduersus inexercitatos. nam in talibus certaminibus non semp fortissimi sunt pu gnacissimi sed illi sunt pugnacissimi qui sunt mari me potētes scz in aggrediēdo/ z in se custodiendo habētes corpora optima z robusta ¶ Quarta for titudo est eoz qui ppter impetuosē ferunt in peri cula. sicut fere ferunt in vulnerantes: Isti autem dicunt a nōnullis fortes qz fortes habent speciam furoz ex impetu quem habent ad pericula: ad q pericula furoz est impetuosissimus. tñ est illud ho meri virtutem immitte furozi. z virtutē per furozē erige: z subijt per nares impetus: et effertur san guis. q omnia vident significare erectionem furo ris z impetus. ¶ Quinta species est eoz qui forti ter faciunt ppter fiduciā sui qz em multotiens et multos vicerunt confidunt in periculis z isti dicuntur fortes qz pericula subeunt z audaces sunt sicut fortes. ¶ Sexta spēs est eoz qui ignorant pericu la z credit ea parua esse qz magna sunt: et ea esse ausibilia q terribilia sunt: hec ex Ari. paucis vbiis mutatis recitata sunt: vt videat sim quid vna qz istarum fortitudinum a vera fortitudine deficit.

¶ Sit igitur prima p̄clusio. q̄us fortitudo politi ca maxime assumetur vere fortitudinis: non tñ est vera fortitudo. p̄mam partem pbat: quia fortitudo politica fit ppter virtutē igitur. Antecedēs pbat ur. quia fit ppter verecundiam: ergo fit ppter vir tutē. Et si dicas: q̄ verecundia nō est virtus: ergo nō sequit qz si fiat ppter verecundia qz fiat ppter virtutē. Ad hoc respondet buridanus q in reiveri tate hec fortitudo non fit ppter virtutē eo q vere cūdia nō est virtus. sz dicit Ari. ea fieri ppter p̄tu tem qz si tale opus ad virtutē disponit: sicut vere cūdia. z hoc videt satis cōsonū. Eustratio dicenti q hic Ari. verecūdia virtutē. Notandū aut inq̄t qm verecūdia hic virtutem dixerit nō visum ipsi hoc/ neqz in secūdo/ neqz in quarto libris cōmuni⁹ hic dices: vel z vere erit itaqz virtus bonaz actio num ex ip̄s causa hec. Eustracius. vbi dicit vel q hic Ari. accipit virtutem cōmuniū qz in secūdo vel in quarto: vel q in rei veritate verecundia est virtus quia est causa bonarum actionum. Abi hi hec autem opinio non placet. p̄tio cuius declaratio ne aduertendum est q ista p̄na: hec fortitudo fit ppter verecundiam/ ergo hec fortitudo fit ppter virtutem non tenet virtute huius ois verecundia est virtus. nec hoc sequitur ex illa argumentatione sed potius oppositū scz q verecundia nō est p̄tus. Aliquid em dicit fieri ppter aliud tr̄p̄ vnmodo tanq̄ ppter p̄ncipium elicitiuū. z sic hec fortitudo fit ppter virtutē. i. actus ille eliciti⁹ ab aliq̄ p̄tute sed nō fit hocmō ppter verecūdiā. qz nō est act⁹ ille a passione verecūdie. cū p tpe p q̄ ds fortis fa cit hac fortitudine: nūdiū fecerit aliqd turpe ppe qd debeat verecūdari. qre adhuc ibi nulla est vere cundia. Aliomō aliqd dicit fieri ppter aliud tāq̄ ppter id qd intēdim⁹ fugere fugiēdo illud: sicut p pter supplicia vitamus peccata: nō qz supplicium sic p̄ncipiū elicitiuū actus quo vitat p̄ctm. nec qz supplicia sit id qd intendimus assequi p vitationē p̄cti. sz quia vitādo p̄ctm intēdim⁹ vitare suplicia Terciomō aliqd dicit fieri ppter aliud tāq̄ ppter id qd intēdim⁹ assequi faciēdo illud z hac signatio ne ly ppter magis ppe accipit. Tūc dico q act⁹

Buri. 3.
ethi. q̄sti.
2. 4.

Eustrati⁹.

Improbaf
opio buri
dani z eu

fortitudinis istius fit propter virtutem. primomō
qz elicatur a magnanimitate que est mediocritas
in honoribus appetēdis z in inhonorationibus fu-
giendis. z fit ppter verecundiam: scdmō qz fit vt
fugiamus verecundiam. verecundia pprie accepta
est timor i gloriatiois ex turpi actu pueniēs ideo
vnusquisqz magnanimi bz fugere verecundia qstū
debet fugere turpē actū. qz nunqz verecundaf pro-
prie accepta verecūdia nisi ppter turpē actū pro-
pter q affertur sibi dedecus. z hoc intelligo: ante
turpē actum perpetrātū z nō post turpē actū con-
gruum est iuuenibus verecūdari. Et ideo hector
et diomedes z alij hac politica fortitudine fortes
ad vitandā verecundia. i. tristitia q potuissz pue-
nire ex ingloriatione z dedecore eis illato ppter
turpē actū faciebāt fortiter. Et ita cū hic fortitu-
dinis actus fiat ppter virtutē magnanimitatis z
ad fugiendā verecundia potius pcludit q verecū-
dia nō est virtus qz oppositū: qz nullū fm rectam
rōnē fugiendū est virtus. qz aut verecūdia pprie
accepta sit ex turpi facto. Itatqz ex Ari. caplo de
verecundia. neqz em̄ inquit studiosi est verecūdia
siquidē sit in prauis. nō em̄ operant talia studiosi.
¶ Sed instatur cōtra fundamētū solutiōnis. fm
Ari. in quarto verecundia est laudabilis passio/ z
iuuenibus cōgruit: z laudamus iuuenes verecun-
dos. ergo verecundia nō est fugiēda. Et in tertio
dicit: qz quidē sūt q timere est bonū z honestū: z ea
nō timere est malū puta mala opio. Quicquidē em̄
timet/ decēs z verecūdius. q aut non timet inuere-
cundus: ergo verecūdia nō est fugiēda. Rūdeo qz
aliqd dicitur bonū z laudabile duplr. Vnomō sim-
pliciter. Aliomō ex suppositionē p̄mōmō verecun-
dia nō est laudabilis: sed ab oibus fugiēda. ea qz
ab oibus fugiēdi sunt act⁹ turpes z inhonesti. Se-
cundomō dico qz verecūdia est laudabil. Suppo-
sito enim q quis peccauerit laudabile est qz ppter
peccatū timeat dedecus vel qz tristef dedecore ex
peccato pueniente. Et hoc ep̄sse habet ab Ari. in
loco in quo allegat. Erit aut vtqz inquit verecū-
dia ex suppositione studiosa. Si enim operet: ve-
recundabitur vtqz. Ex hoc infert qz verecundia
nō est virt⁹. qz nulla virtus est tm̄ ex suppositione
honestā: sz simpliciter. nō autē hoc circavirtutes.
Et in eodē loco cū diceret qz hec passio iuuenibus
congruit causam statim addidit eqz inquit qz secū-
dum passionem viuentes multa peccant a verecū-
dia aut phibentur. Et si dicas qz inuerecundia est
mala/ ergo verecundia est bona. Respondet Ari.
negando consequentiam. Si autem inquit inue-
recundia est pauor: z non verecundari turpia ope-
rari. nihil magis talia operantem verecūdari stu-
diosū. Quibus verbis Ari. q dictā p̄nam infringit
Ad id aut allegat ex tertio qz quedā sunt q timere
est bonū: dico qz infamia contingit timere dupli-
citer. Vnomō ante operationē turpis operis z sic ti-
mere infamia est bonū bonitate virtutis: qz magna
nimitatis est z iste timor pprie nō est verecundia.
Aliomō post p̄p̄tationē turpis operis z sic time-
re infamia est bonum bonitate passionis z qui hoc
mō timet dicit verecūdius. z hec verecūdia fugien-
da est ante operationē turpē licz nō post: quia ho-
nesta est ex suppositione. sicut dicitū est. Secundo
probat. Ari. qz hec fortitudo fit ppter virtutē. qz
fit propter boni desiderū. ergo fit ppter virtutem

Verecun-
dia qd est.

Id.

Nota.

Antecedens probat quia fit gracia honoris conse-
quendi et fugiendi opprobrii ergo fit ppter virtu-
tem. ¶ Sed non placet Buridano qz hec ratio va-
leat ad concludendū qz hec fortitudo fit ppter vir-
tutem si qz actus eius proueniret ex habitu virtu-
tis. sed tm̄ videlicet ad concludendū qz ipsa z eius
opinationes disponunt ad virtutē: eo qz desiderū
honorum inarum est ducere ad desiderium virtu-
tis Sed hec opinio non mihi placet. Et arguēdo
sicut. Ad omnia appetitus honoris est vituperabi-
lis: ergo aliquis appetitus honoris est actus virtu-
tis. ergo stat aliquid fieri ppter desiderium hono-
ris z ipsum fieri propter virtutem. Maior pbatur.
Ad omnia appetitus pecunie aut possessionis ter-
rene est vituperabilis. Nec omnis appetitus sancti-
tatis est vituperabilis: ergo nec omnis appetitus
honoris est vituperabilis. cōsequētia t3 qz honor
est appetibilior qz diuitie cū sit appetibilis z ppter
se z ppter aliud: diuitie autē ppter aliud tm̄ Se-
cūdo nisi honoris appetit⁹ esset laudabilis: z sit
fuga opprobrii sequeret qz magnanimitas nō esset
virtus p̄ntia t3. qz ipsa est moderatua appetitus
circa magnos honores/ z p̄ p̄ntis licet eos appete-
re scdmō dicam re cte rōnis. Et ita si nō sit vitū
ex pte alicui⁹ alti⁹ circūstātie. dico qz p̄ntia. Aref.
ē zona. sequit em̄ iste actus fit ppter desiderū ho-
noris/ z nō est ex quacūqz alia circūstātia viciā
ergo fit ppter virtutem. qz honor bene z rōnabili-
ter appeti pōt. Secunda pars conclusionis pbatur.
quia tales nō operantur ppter finē fortitudi-
nis ergo actus eoz nō est vera fortitudo. asis pty
qz nō fortiter faciūt: eo qz honestū sit facere fortit⁹
sz potius z honores cōsequat⁹ z opprobria fugiāt.
¶ Secda cōclusio: Fortitudo politica est actus vir-
tutis. pbatur. Dis act⁹ elicitus a virtutes aut ge-
neratiuus virtutis est act⁹ virtutis. sed fortitudo
politica est actus elicitus a virtute aut gñatiuus
virtutis: qz scdm Ari. fit ppter virtutē: ergo ipsa ē
actus virtutis. Secdo hoc qd est agere fortiter p-
pter honorē psequēdū aut infamā fugiendā nullā
habet circūstātia malam. neqz deficit sibi aliqua
bona circūstātia z est actus deliberatus qz est act⁹
bonus moraliter p̄ntia t3 qz ois act⁹ deliberat⁹ bo-
nus ex omni circūstātia cū qua debet fieri ē bon⁹
moraliter. Et asis p̄p̄ma pte pbat: qz nulla pōt
ibi eē mala circūstātia nisi circūstātia finis sz hoc
est falsū: qz honor est circūstātia finis in magnani-
mitate: et similiter fuga opprobrii. Tū etiā qz ille
qui honorē intēdit: p̄ hūc actū adhuc pōt referre
honorē in vltiorē finē. Et si dicas qz honor non
pōt esse finis istius operationis qz est fortiter face-
re. Rūdeo qz licet nō possit eē finis illi⁹ opationis
fm qz elicita est a virtute fortitudinis qz nō est for-
titudinis ponere illū finē in operatione sua pōt tm̄
esse finis eius fm qz a magnanimitate elicita est:
Magnanimi em̄ est p̄ honestas opationes honorē
assequi. Secda ps p̄ntis satis clara est: Supposito
qz nō ois act⁹ moraliter bonus finaliter fit ppter
deū faciendū. qz si ois actus esset in deū referen-
dus: tunc requiret qz honorē illū vel etiā actū suū
finaliter referret in deum: qd stat cum dicitis p̄o-
ribus. Tertio Tu dicit qz iste act⁹ fortitudinis po-
liti ce non est virtus sed dispositio ad virtutem p̄ntia
ille actus aut est bon⁹ moraliter/ aut malus mora-
liter aut neuter. Ad postremum: qz est actus deli-

beratus: immo etiā si essent aliqui actus delibera-
ti qui nec boni essent nec mali: tamen iste non esset
de illis quia causa propter quā ipsi dicūt aliquos
actus esse neutros non conuenit isti actui. Si bo-
nus moraliter ergo virtuosus. Si malus ergo nō
disponit ad virtutem. ¶ Tertia conclusio. Fortitu-
do coacta nec vera est: fortitudo nec virtus pbat
omnis actus virtutis est vel electio libera et spon-
tanea voluntatis vel ab hōi electione imperat⁹
sed actus istius fortitudinis neq̄ est electio libera
et spontanea: nec ab huiusmodi electione impera-
tus: igitur. Maior pbat per Ari. in secundo vbi
ponit cōditiones virtutis: et in. iii. vbi ostendit om-
nē actū bonū debere esse volūtariū. Et hanc ratio-
nem tangit Ari. in textu cū ait. Posset autē
ppter necessitatem fortē esse sed qm̄ bonū. Et di-
cit Ari. hanc esse deteriozem priore quia fit ppter
timorē et hoc modo operantes non fugiunt turpe
sed triste: et per idē probatur q̄ nō fit virtus
¶ Quarta conclusio fortitudo experimentalis nō
est vera fortitudo et immobiliter ita q̄ non desistit
ab operatione sua q̄ diu recta ratio dicitur nō esse
desistendum. sed milites qui fortiter faciunt ppter
experientia non operantur firme et immobiliter. igitur.
Maior est certa per quartā conditionem vir-
tutis: que est firme et immobiliter operari. Et mi-
nor pbat: quia tales milites quando vident pe-
riculū augmentari et vident se esse aut pauciores
aut minus paratos aduersarius timere incipiunt
et primi fugiunt et exponunt periculo mortis cui
lem multitudinem: que existimat turpe esse: et inho-
nestum fugere: et magis eligunt mori q̄ se saluare
per turpem fugā: milites vero illi principio se obie-
ctabant periculis ac si meliores et superiores essēt
aduersarius sed cū cognoscūt aliter esse aut ibi eē
aliqua pericula que non preuderant fugiunt quia
magis timent mortem q̄ turpem et inhonestam a-
ctionem. Et ex hoc potest formari secunda ratio.
nullus fortis magis timent mortem q̄ turpē actio-
nem. sed isti milites magis timent mortē q̄ turpē
actionem: quia magis q̄ fugam inhonestā: igitur nō
sunt vere fortes. ¶ Quinta conclusio. Qui forti-
ter faciunt propter furorem non sunt vere fortes.
Probatur. fere subeunt pericula et audacta multa
operantur ppter furorem et tñ non sunt fortes
ergo nec milites qui ppter furorem subeunt peri-
cula sunt vere fortes. Prima pars asitis probatur
quia fere ppter dolorem: aut ppter vulnera aut p-
pter timorem horū frequenter impelluntur in peri-
culum et agunt a furore in periculū. Et huius si-
gnum est: q̄ si essent in pallude non inuaderent: qz
non haberent causas furoris. ¶ Confirmatur ista
ratio. Qui ppter furorem agunt non preuidēt pe-
ricula. sed omnis fortis preuidet pericula q̄ subit.
alias recta ratio non diceret ea esse aggrediēda
igitur. Et si dicas: q̄ fere non sunt susceptiue virtu-
tis Ideo quis impellatur a furore non tamē p-
pter hoc sequitur q̄ milites subeunt pericula p-
pter furorem non sint fortes: quia ipsi sunt suscepti-
ui virtutis: et non fere neq̄ asitis: de quibus est se-
cunda ratio. Ex hoc sic arguitur. fere non susce-
ptiue virtutis: ergo nō sunt susceptiui oīm cau-
sarum sufficientiū ad virtutem. sed fere sunt susce-
ptiue furoris et operationis qua subeunt pericula
et huiusmodi quod est sic operari ppter furorem.

ergo operari audacia vel subire pericula propter
furorem non sunt cause sufficientes ad virtutem. et
hoc est qd̄ intendimus. Et si queras contra quam
cōditionē virtutis peccant isti respondeo. q̄ nec
operantur scientes: nec eligentes: nec eligētes p-
pter hoc. et ita peccant contra tres conditiones
virtutis. Secundo sicut efurientes tollerant mul-
ta pericula vt fatientur quia percussī non discedūt
a pascuis et tamen non sunt fortes ergo nec etiā
hi qui propter furorem subeunt pericula sunt dicen-
di fortes Tercio Adulteri. qui ppter concupiscen-
tiam multa audacta operantur nō sunt vere fortes
ergo qui ppter dolorem vel propter furorem impellūt
in pericula nō sunt fortes: nōa ista tenet. quia nec
furoz. nec tra. nec tristitia sic dolor magnanitas sūt
causare actū fortitudinis q̄ concupiscentia.

dantia / siue inclinēt efficaciter cōtra iudiciū rationis. siue non. Tertio modo pro huiusmodi superabundantia efficaciter inclinante cōtra iudiciū rationis. ¶ Tunc sit prima conclusio. Nō omnis intimitas / nec omnis vecordia / nec omnis audacia primo modo est vicium oppositum fortitudini. Probatur primo conclusio pro omnibus partibz. quia nō omnis talis est circa materiā fortitudinis scilz circa terribilia et ausibilia bellica. igitur. Secundo pbatur de intimitate qz intimitas / in his que ratio decernit esse faciēda est bona et laudabilis. igitur talis intimitas non est vicium. Antecedens pbatur per illud puerbiorum. xxvif. Iustus quasi leo confidens absqz terrore erat. Tertio est aliqua intimitas nullo modo inclinās contra iudiciū rationis: imo etiam inclinās ad seruandum rectitudinem rationis in operibus humanis: ergo est aliqua intimitas q̄ non est vicium. Antecedens probatur de illa qua quis caret timore mortis p̄ defensione fidei aut iusticie dictata a recta ratione fm̄ omnem circumstantiam. que in intimitas cōmendatur. Mathet decimo. Nolite timere eos qui occidunt corpus. et facte quinque gesimo. Quis tu vt timeas ab homine mortale. Quarto est aliqua intimitas qua ferimur in ea que non possunt retrahere ab amore dei sed illa est laudabilis. igitur. Antecedens patz p̄ vtrāqz parte per Augustinum. xiiij. de ciuitate dei. Amor dei vsqz ad contemptum sui facit eues ciuitatis celestis. Cum quis autē cōtempnit se et bona sua propter amorem dei nihil timet quod possit retrahere ab amore dei. Consequenter pbatur tertia pars. Tum p̄mo quia in multis locis sacre scripture cōmendatur audacia. Tum secūdo quia audacia in his que ratio decreuit esse faciēda. Audacia etiā que nullo modo inclināt contra iudiciū recte rationis. Illa etiā qua intrepide ferimur aduersus omnia illa que nos retrahere possūt ab amore dei et bonis operibus est laudabilis. De vecordia aut pbatur eodem mō quod in p̄cedenti questione pbatur est de timore. laudabilis enim est vecordē esse: in his que possunt nos retrahere ab amore dei et bonoz operum. ¶ Secunda conclusio. Nullum p̄dictoz / secundū q̄ est passio / est vicium fortitudini oppositū. Probatur quia passionibz nec laudamur nec vituperamur vt vult Ari. ¶ Tertia conclusio. Nullū p̄dictoz nō inclinans efficaciter cōtra iudiciū recte rationis est vicium fortitudinis oppositū. Probatur nihil est vicium i hoīe nisi per cōsensū voluntatis formale vel interpretatiū. hoc est vel nisi sit libere elicitum / vel libere imperatum: vel libere pmissum sed si nō inclinēt efficaciter cōtra iudiciū recte rationis nō habet cōsensū voluntatis nec formalē: nec interpretatiue nec est actus ille libere elicitus / nec libere imperatus / nec libere pmissus igitur. Et si dicas q̄ delectatio morosa appetitus sensitī quā nōdū sequit opus / nō efficaciter inclināt: et tñ est libere permissa: ergo aliq̄s nō efficaciter inclinās est libere permissum. Respondeo q̄ duplex est efficacia inclinatio: vna respectu opis exequēdi / et de illa cōcedo. Alia respectu retardatiōis potētie q̄ tenetur et obligatur cohibere huiusmodi motum. Et hoc mō efficaciter inclināt. qñ em̄ insurgit talis delectatio voluntas tenet cohibere eam: ideo si non tam cito cohibeat habuit hmōi delectatio

Non omnis intimitas nec ois audacia peccatum.

Tho. vbi

Efficacia

Nota,

inclinacionem efficacem contra iudicium recte rationis dictantis eam esse a voluntate repugnā. **¶** Quarta cōclusio quodlibet horum trium efficaciter inclinans contra iudicium recte rationis dictantis conformiter ad precepta vel prohibiciones legis nature aut diuine est peccatum mortale, probatur qz per intimiditatem et audaciā hoc modo/ vel nos amamus nos minus q̄ oportet aut nimis de nobisipsis per superbiam et elationem p̄sumim⁹ aut nimis cōmoda quedā temporalia q̄ debemus amamus igitur. Secundo qz per hec omnia min⁹ amamus bonū gratia cuius fortiter faciendū est q̄ debemus: adeo vt ppter cōseruationē eius nec velimus rationem consulere de agendis: quod sit per intimiditatem et audaciā aut nō velimus cōsiliatis p̄ rationem insistere quod sit per recordiā refugiendo: et per alia duo superabundando. **Tertio** per hec tria exponimus nos et cōmilitones nostros et totā rēpū, vel fidem vel iusticiam periculo grauissimo: ergo hec omnia sūt peccata mortalia. **¶ Quinta** cōclusio hec omnia accepta vt dicit elationem vel deiectionem animū elationes quod circa ausibilia vt audacia deiectionem circa eadē vt recordia: elationem circa terribilia vt intimiditas sūt vicia opposita fortitudini. q̄ sint vicia probatum est. q̄ sint opposita fortitudini patet qz sūt vicia circa materiā fortitudinis q̄ per nullam circumstantiā trahuntur ad aliud genus vicij. igitur sūt opposita fortitudini. **¶ Sexta** cōclusio: si ista accipiunt precise vt dicunt superhabūdantiā aut defectum circa terribilia et ausibilia: nō sūt fortitudini simplici opposita: sed aliqui opponūt fortitudini in certo gradu scz s̄m gradum continētie vel temperantie vel heroicū puta superabundare in inuadendo vel in expectando ppter p̄mū vel ppter vltionē/ aut aliam causam cōsimilē. Similiter deficere in substinēdo vel in inuadendo ppter amicitia ad hostes patrie aut ppter intemperantiā nō opponit fortitudini simplici sed hoc mō superhabūdare vel deficere ppterea q̄ vtilia sūt, vel delectabilia opponit fortitudini s̄m gradum continētie ppterea vero q̄ molesta sūt opponit fortitudini secundū gradum perseverantie/ et hoc si nō excedant cōmunem facultatē hominū. Si autē cōmunē facultatē hominū excederent tunc opponūt fortitudini s̄m gradum heroicū. fortis enī scdm hos gradus nō vult p̄ quocūqz qd est cōtra rectā rationē deserere opus fortitudinis ideo si deserat nō est fortis. pbatur ergo conclusio. **¶ Omne** illud viciū est oppositum fortitudini cui est in cōpossibilibus fortitudo: sed his vicijs est incōpossibilis fortitudo quia nō stat simul q̄ aliquis faciat fortiter et tñ ppter aliquam predictarum causarum deserat opus fortitudinis. **¶ Confirmantur** quicūqz habent incōpossibilitatem habent eam aut ratione disparationis/ aut ratione oppositionis/ aut ratione subiecti: ratione disparationis/ vt homo et asinus: ratione oppositionis/ vt albedo et nigredo: ratione subiecti/ vt accidentia anime et corporis que nunq̄ in eodem subiecto esse possunt. sed huiusmodi vicia non sūt incōpossibilia fortitudini ratione subiecti: quia nata sūt esse i eodem subiecto: nec ratione disparationis qz illa non facit incōpossibilitatem in accidentibus ergo relinquunt q̄ sūt incōpossibilia ratione oppositionis.

¶ Modi incōpossibilitatis.

¶ Contra predictas conclusiones arguitur. **Et** primo contra primam et contra eius p̄mam partē cum intimiditate non potest quis iustificari: ergo intimiditas illo modo est viciū. **Antecedens** probatur per illud ecclesiastici p̄mo. **¶ Qui** sine timore est non p̄t iustificari. **¶ Tum** etiā per illud puerborum. xiiij. **¶ Sapiens** timere vt declinet a malo. **¶ Ad** hanc rationem respondet q̄ intimiditas accipitur dupliciter vno modo vt dicit vniuersaliter omnem carentiā timoris tam respectu maloz pene q̄ malozum culpe/ tam respectu dei q̄ respectu creature. et hoc mō secludit timores filialem. **¶ Alio** modo accipitur intimiditas p̄ carentiā timoris in his in quibus recta ratio dicat nō esse timendū. **De** prima intimiditate intelligunt auctoritates et non de secunda. **¶ Contra** quartā conclusionem arguitur sic. **¶ Omnis** inclinatio fit per aliquid posituum sed sūt carētie quedā/ intimiditas scz timoris/ et recordia audacie igitur. **¶ Secūdo** s̄m apostolum ad ephē. v. **¶ Memor** nōq̄ carnē suam odio habuit: ergo nullus vnq̄ p̄t totaliter ab amore sui deficere. **¶ Nam** et illi qui se interimunt id ex amore sui facere vident/ qz volunt a presentib⁹ angustiā se expedire: ergo defectu amoris suis ipsius nō habent intimiditas et audacia q̄ sint peccata mortalia. **¶ Tertio** ignorantia periculorum potest aliquid esse inuincibilis: ergo in tali i casu intimiditas et audacia ex huiusmodi ignorantia causata non est peccatum mortale. **¶ Quarto** spes non est peccatum mortale: ergo nec audacia. cōsequētia tenet qz audacia causatur a spe. **¶ Et** antecedens probatur quia spes numerat̄ inter laudabiles passiones. **¶ Quinto** audacia et intimiditas inuāt opus fortitudinis: ergo non sūt peccata mortalia. **¶ Antecedens** probatur qz fortitudinis est nature consiliari et cito operari et exequi consiliata vt habetur vj. ethicorum: sed audacia et intimiditas inuāt ad cito exequēdum igitur. **¶ Sexto** contingit aliquando hec inesse et efficaciter inclinare ad opus malum/ et tamen non inclinare contra iudicium recte rationis: ergo ad hoc q̄ ista sint peccata mortalia nō requiritur q̄ inclinans contra iudicium recte rationis. **¶ Antecedens** probatur posito casu q̄ p̄ tempore pro quo inclinant ad opus malū nullum sit in ratione rectum iudicij imo de facto sit in ratione iudicij erroneum cui huiusmodi inclinatio est cōformis. **¶ Ad** p̄mam respondetur dupliciter. vno modo cōcedendo maiore et negando minorem licet enī nos descriperimus intimiditatem et recordiam p̄ carentiā/ aut defectum non tñ sūt carētie sed sūt quidā actus positui quib⁹ nō sūt p̄p̄ta nomina imposita. et ideo significantur noibus p̄uatius carentias oppositoy/ suoy significantibus. **¶ Et** hoc est q̄ expresse dicit. **¶ Ari.** in. iij. ethicorum. **¶ Superhabūdantiū** autē qui quidē impauiditate innotat. dictū est aut nobis in p̄iorib⁹ qm multa innotata. **¶ Aliter** dicit q̄ aliquid dicit inclinare dupliciter. vno modo positue p̄ causationē a cōtra/ et hoc modo concedit maiore et negatur minore. **¶ Alio** modo aliquid dicit inclinare/ qz est remotio eius qd natū est phibere huiusmodi inclinacionē. et hoc modo nego maiore et concedo minore. **¶ Dico** enī q̄ terribile natum est causare timorē et timor nat⁹ est phibere expectationē/ vel aggressionē terribilis. ideo intimiditas q̄ dicit carentiā timoris inclinā

ad subeundum terribilia q: est remotio eius quod
narrū est. phibere huiusmodi inclinationē in terri-
bilia. Sed prima solutio michi magis placet. quia
omnis inclinatio secundo modo dicta supponit in-
clinationē primo modo dictā. Nam si aliquid incli-
net quia est remotio eius quod phibet inclinatio-
nem: ideo oportet q: pcedat aliqua alia inclinatio
de qua qritur a quo causat: constat q: non a timo-
re nec vecordia: nec causatur ab audacia q: illa ē
circa ausibilia. Tum etiā quia nec Ari. nec Tho-
mas nec alij philosophi debuissent ponere intimi-
ditatem distinctā ab audacia. Ideo dico q: hmoi
inclinatio causatur ab aliquo actu positivo quem
circiloquimur per carentiā timoris. Alio autē
causet ille actus siue in appetitu sensitivo: siue in
appetitu intellectivo dictū est. ¶ Ad secundā con-
cedo anis et nego cōsequentia quicquid sit de con-
sequente. Est enī multo difficilius odire se q: non
amare se. Ideo ex negatione primi arguere nega-
tionē secūdi est fallacia consequentis. Et cum dic-
tus q: illi interimunt se ex amore sui faciunt. Dico
q: non: sed ex odio tristiciarū vt habet Ari. in ter-
tio ethicorū. Non autē inquit fugientē inopiā vel
cupidinē vel aliquid triste non fortis sed magis ti-
midi mollicies em: fugere laboriosa. sed aut molli-
cies odiū tristicię. et cū infertur ergo ex defectu a
moris. zc. negatur cōsequentia quia q:uis totalitē
excedere ab amore sui non est homini possibile de-
ficere tñ ab amore sui bene est possibile homini.
¶ Ad terciā dico q: ignorātia inuincibilis est du-
plex. vna est inuincibilis q: homo per nullā in-
quisitionem ex naturalibus possibilē potest eā vince-
re: q:uis tamen hec habeat varios gradus. s: qua-
litatē et conditionē locorū et rerū et psonarum et
temporū: ita q: aliqua d: inuincibilis respectu vni-
que nō est inuincibilis respectu alterius. Alio mo-
do aliqua ignorātia d: inuincibilis: quia licet ex
naturalibus possit vinci tamen p tunc nec tenetur
nec expedit eā vincere sicut ignorātia illa qua me-
rope occidit filiū suū stantez in acie contra se: illa
enī p tunc non tenebatur inquirere vtū esset fili-
us vel nō: sed potuit sine peccato imputabili iu-
dicare hostem quēcumq: stantez in acie contra se.
Tunc dico q: si intelligatur anis de ignorātia in-
uincibili primo modo: tunc nego consequentia q:
potest esse q: saliqua ignorātia sit inuincibilis / et
tamen ille ne- ciat eā inuincibilem ita q: nec inqui-
rat nec cōsiliatur: sed omnino p impertinenti ha-
beat q: sit inuincibilis aut inuincibilis. Si intelli-
gatur de ignorātia inuincibili secūdo modo. tūc dico
q: si agat ppter ignorātia illā ita q: ignorātia sit
sibi causa agendi que nec sit crassa nec affectata:
tunc dico q: actus ille bene est viciū: sed nō est pec-
catū: quia cōmuniter peccatū accipitur pro vicio
imputabili ad penam: ignorātia enī illa excusat
actū ab obligatione penesed nō a deformitate mo-
rali vtputa si aggredederit virū sine cōparatiōe
se fortiozem et magis peritū belli hoc nescies / ita
tamen q: si sciisset non fuisset ipsum aggressus.
Si autē agat ignorans nō tamen ppter ignorātia
tunc actus suus nō minus esset peccatū fm doctri-
nam Ari. dicentis in tertio ethicorū. Aliud autē vi-
detur et ppter ignorātia operari ab eo qd igno-
rantem facere / et viciū enī et qui irascitur non vide-
tur ppter ignorātia operari sed ppter aliquid

eorū que dicta sunt scz propter passionē aliquam.
Dico ei q: audax q:uis ignoret quid aggredut nō
tñ agit ppter passionē ignorātia. s: ppter audacie
inclināte z ipellentē ipsum in illō op. ¶ Ad quar-
tam dico q: aliqua spes est peccatū mortale illa. s:
que inclināt in opus contra iudiciū rationis mo-
do supradicto: sed quia spes aliqua est bona z lau-
dabilis: nulla autē audacia ppter dicta ē bona. idō
inter vicia opposita fortitudini enumeratur auda-
cia et non spes que spes si sit viciosa z circa mate-
riam fortitudinis continetur sub vicio audacie vel
intimiditatis. ¶ Ad quintā nego anis de intimidi-
tate z audacia ppter dictis. imo dico q: impediūt
quia faciunt ne si statuatur deliberationi et consi-
lio rationis. Et ad pbatōnē dico q: audacia et ti-
miditas bene faciunt scelerē executionē sed nō cō-
siliatorū: et eomodo quo consultata sunt s: vel impe-
diunt cōsiliatiōnē omnino vel faciūt eā non ma-
turam vel faciunt vt nō omnino eodē modo quo p
consiliū dictatū est exequantur. ¶ Ad sextā dico
q: timiditas et audacia non semp dicitur inclina-
re contra iudiciū recte rationis quod inexistit de
facto sed contra iudiciū ratiois vel quod inest vel
quod si inest esset rectū ad quod quidē habēdū
tenentur anteq: progrediatur in actū.

¶ Veris duodecimo Utrū

fortitudo habeat partes integrales
potētales z subiunctiuas? Arguit
q: non forma simplex in nullas partes est diuisibilis
sed fortitudo est forma simplex: ergo fortitudo nō
est diuisibilis in partes. ¶ In oppositū sunt cōmu-
niter morales philosophi. Tullius Macrobius et
Andronicus et alij qui assignant multas partes
fortitudinis quarū alique sunt subiectiue z alique
integrales et alique potentiales. ¶ Morandū q:
vt supradictum est fortitudo accipitur dupliciter:
vno modo strictissime p fortitudinē bellica. Alio
modo cōmuniter p omni virtute firmante animū
circa magna ardua et difficilia in quo sensu dictū
est eā esse virtutem cardinale et continere sub se
magnanimitatē et fortitudinē ppter dicta et secū-
dum aliquos magnificentiā. ¶ Morandū est secū-
do q: pars integralis virtutis accipitur dupliciter
vno modo ppter illo quod intrinsece componit
aliud vt anima est pars integralis hominis et ma-
nis est pars integralis corporis humani. Alio mo-
do accipitur pars integralis p omni virtute quā
necesse est concurrere ad pfectū actū illius virtu-
tis. Partes autē potentiales alicuius virtutis di-
cuntur adiuncte que ordinantur ad aliquos secū-
darios actus vel materias quasi non habētes to-
tam potentia principalis virtutis. ¶ Tunc sit pri-
ma conclusio: fortitudo cōmuniter accepta habet
partes subiectiuas. Probat quia fortitudo cōmu-
niter accepta continet sub se magnanimitatem et
fortitudinē bellicā eomodo quo superius cōtinet
inferiora et totū vniuersale suas partes subiecti-
uas. Nam de qualibet earū fortitudo cōmuniter
dicta p dicitur in quid. ¶ Secūda cōclusio cōtra
thomā. Fortitudo stricte accepta habet ptes sub-
iectiuas. pbat quia sicut dictū est in prima que-
stione fortitudo stricte accepta cōtinet sub se mul-
tas species et pbatum est ibi diffuse q: ibi sunt me-
diatates specie differentes / et idē videtur sensisse.

Aliqua
spes morta-
le peccatū

Descriptio
partis po-
tentialis.

tho. 2. 2. q.
st. 1. 2. 8. ar-
vico.

Thomas questione. cxxvj. articulo. 2. vbi de medio fortitudinis loquens in responsione ad tertium argumentum dicit qd viciū audacie opponitur fortitudini sicut excessum audacie/et impaviditas secundū defectū timoris/et qd fortitudo in vtraque passione mediū ponit et qd non est inconueniens qd sicut diuersa media habeat diuersa extrema. Est autē michi omnino intelligibile qd eadē fortitudo sicut speciem habeat diuersa media sicut speciem quia sicut cumque augetur virtus causata ex actibus circa vnum mediū nunquam ipsa inclinabit immediate in actus circa aliud mediū. ergo oportet dicere qd sunt virtutes specie distincte. Secundo fortitudo simplex/fortitudo sicut gradū continentie/fortitudo sicut gradū temperantie/et fortitudo sicut gradū heroicum sunt species fortitudinis ab invicē distincte. quibus et nomen fortitudinis et ratio sicut illud nomen est cōmune ergo hec oēs sunt partes subiective fortitudinis. Ex quo patet sicut esse qd Thomas dicit fortitudinem non habere partes subiectivas eo qd non diuiditur in multas virtutes specie differētes. Tertia conclusio. Quilibet fortitudo habet partes integrales proprie dictas. probatur quia nulla fortitudo est res indiuisibilis sicut gradus/imo quilibet sicut unquam sit remissa habet multitudinē graduum. Quarta conclusio. nulla fortitudo habet partes integrales improprie distinctas a partibus potentialibus. q̄ conclusio posita est cōtra. Thomā probatur omnis pars ordinata ad aliquem actum alicuius virtutis non habens in se totā potestatem illius virtutis est pars potentialis eius. sicut omnis pars integralis fortitudinis est ordinata ad aliquē actū ipsius fortitudinis: et nulla habet totā potestatem ipsius virtutis principalis: ergo omnis pars integralis est pars potentialis. cōsequētia est nota et similiter maior et minor probatur. nā sicut eū ad perfectum actū fortitudinis et aliarū virtutū necesse est multa concurrere imo etiam concurrunt multi habitus quorum quilibet dicitur pars integralis. aut ergo primus illorum habitū continet totam potestatem fortitudinis et tunc reliqui superflui sunt: aut non: et tunc habetur intentū. tum secundo secundum eū fiducia magnificētia/patientia/et perseuerantia sunt partes integrales fortitudinis et tamen fiducia non continet magnificētiā/ nec patientiā/ nec perseuerantiam nec magnificētia reliquas quia si quilibet cōtineret omnes actus aliarū constat qd omnes supfluerent p̄ter vnam. Tum tertio quia sicut eum fiducia et magnificētia iuuat in actu aggrediendi. patientia et perseuerantia in actu sustinendi ergo fiducia et magnificētia non cōtinent totā potestatem fortitudinis. Tū quarto quia sicut eum fiducia p̄tinet ad promptitudinem animi: magnificētia autē ad executionē eorum que fiducia liter inchoata sunt: ergo fiducia non continet magnificētiā ergo non continet totā potestatem fortitudinis. Ad hanc rationē potest respondere beatus Thomas p̄ negationē maioris. dicens qd nō oīs pars potentialis que ordinata est ad aliquē actū virtutis sed illa tantū que ordinat ad aliquos secundarios actus vel materias quasi non habens totā potestatem principalis virtutis. hanc diffinitionem ponit beatus Thomas secunda secunde questione. cxxvij. cum agit de partibus prudentie. Et tūc consequenter diceret qd fiducia et magnificētia et

reliq̄ non ordinantur ad secundarios actus: sicut ad actus principales. Contra hoc arguitur qd sicut eum in secunda secunde. q. xlvij. Nutritiuū et sensitiuum sunt partes principales anime: et tū constat qd non ordinantur ad secundarios actū anime sed ad principales. Tū secundo qd secundū eum ibidē eubuka et syneſis et gnome sunt partes potentiales prudentie et tamen ordinantur ad principales actus prudentie/ quia licet sit aliquis principalior scilicet p̄cipere: sicut eum tamen (hoc non obstante) alij etiā sunt principales. Sicut licet intelligere sit nobilissimus et principalissimus actus anime: hoc tamen non impedit quā alij actus sicut vegetare et sentire sint principales/ nec etiā impedit quin intellectus sit pars potentialis. Tū tertio quia partes iste potentiales prudentie sunt circa actus magis principales sicut partes prudentie quas ipse ibidem vocat partes integrales ergo nichil restat p̄ quod partes potentiales distinguantur ab integralibus. antecedens probatur nā eubulia est bene cōsiliatū: et syneſis et gnome bene iudicative qui sunt actus cognitiui ad prudentiā principalissime pertinentes. Sed sicut eum ibidē ratio memoria intellectus et sollertia sunt partes integrales et pertinent ad prudentiā sicut cognitiua est: aut igitur eubulia et syneſis et gnome ordinantur ad memoriā rationem intellectū et sollertiā. aut e contra. nō primum vt constat. ergo sicut et p̄ cōsequens eubulia syneſis et gnome quas dicit partes potentiales ordinantur ad actus principaliores sicut alie quas dicit partes integrales certū est etiā qd memoria intellectus et ratio sollertia non ordinantur nisi ad faciendū rectitudinē consilij et iudicij prudentialis qd probatur sic. si sine memoria intellectū sollertia et ratione semper posset haberi rectitudo consilij et iudicij prudentialis. ista non pertinerent ad prudentiā neq̄ essent partes prudentie sed eubulia syneſis et gnome sunt partes prudentie esto qd p̄ia possint haberi sine istis. ergo prima ordinantur ad ista. et si dicatur qd eubulia syneſis et gnome sunt partes potentiales prudentie p̄cipissime accepte sicut scilicet qd ipsa est p̄ceptiua et ideo actus eorum sunt secundarij ad actum prudentie. Contra qd sicut hoc adhuc partesque dicte sunt ab eo integrales essent adhuc circa actus magis secundarios et immotiores ab actu p̄cipiendi et ita p̄ hoc nō euitatur arg. mentū. Secundo quia tunc nutritiuus et sensitiuus sicut hoc dicentur partes potentiales actus intelligendi quia actus intelligendi est actus perfectissimus inter actus anime et alij actus minus principales et in ipsum ordinati. Videndū tamen virtū concedendū sit qd fortitudinis sunt aliquę partes integrales. Aduertendū est qd fortitudo accipitur tripliciter. et hoc sicut accipiat cōmuniter siue specialiter: vno modo p̄ cōmuni habitū vel actu bono moraliter circa materiā fortitudinis pertinēte ad genus fortitudinis. secundo modo p̄ principalissimo actu vel habitu et principalius intento inter hos habitus. Tertio modo p̄ aggregato ex omnibus habitibus vel actibus quorum vnus sicut est principalissimus et alij in istū principaliorē ordinati. Tunc sit quinta conclusio accipiendū fortitudinem primo modo vel secundo modo fortitudo nullas habet partes integrales specie distinctas probatur quia que libet fortitudo ē qualitas sic sicut

Thom. vbi supra.

Thom. vbi supra.

Partes integrales non dicuntur potentiales.

Partes integrales non dicuntur potentiales.

Partes integrales non dicuntur potentiales.

plex q̄ non est composita ex partibus tuerfarum
rationum. Et dixi specie distinctas ppter partes
graduales habituum vel actuum de quibus dictum
est in secunda conclusione. ¶ Sexta conclusio ca
piendo fortitudinē tertio modo: tunc fortitudo ha
bet partes integrales. p̄bať enim multitudo ha
bet partes integrales. sed fortitudo hoc modo ac
cepta est multitudo actuum vel habituum quoz̄ vn̄
est principalior et alij omnes ordinati in ipsū. et
go fortitudo hoc modo accepta habet partes in
tegrales. ¶ Ad videndū autē que sunt h̄mōi ptes
Est notandū q̄ Ari. nullas enumerat licet ponat
quinq̄ modos vere fortitudinis. Sed Tullius in
rethorica sua p̄mit quatuor. scz̄ fiducia/ magnifi
centiā/ patientiā/ et p̄seuerantiā. Macrobi⁹ po
nit septem magnanimitatē/ fiduciā/ securitatē/ ma
gnificentiā/ constantiā/ tollerantiā/ firmitatē. An
dronicus ponit etiā septem/ leniā/ epulēyam/ ma
gnanimitatē/ virilitatē/ p̄seuerantiā/ andragra
chiam. vnde in fortitudine reperimus tres actus.
volitio fortitū operum. imperiū fortium operum et
facto vel executio fortitū operū. per imperiū autē
non intelligo actū prudentiā sed actū volūtatis
imperatiū executionis quē imperiū prudentiale
p̄cedit: istoz̄ trium actuum vltimus est principiā aliter
intentus et principalior ad hūc sensum/ licet in eo
non sit bonitas vel malicia nisi ppter actus inter
iores qui sunt primo et per se boni. tūc dico q̄ for
tis habitus omni habitu fortitudinis requisito
ad fortium operū factiones habet vñū habitū quo
sperat se fortiter facere: et tunc habitū vocat̄ Tū
lius et Macrobius fiduciā. fiducia autē est volitio
et desiderium magnoz̄ arduoz̄ et difficilium ope
rum et honestoz̄ et connotat estimationē certā q̄
possumus ardua et difficilia administrare sed quia
Macrobius fiduciā addit magnanimitatē et secu
ritatem: ideo Macrobius p̄ fiduciā non significa
uit nisi estimationē p̄babilem et p̄ securitatē certi
tudine circa illā estimationē adiecit. per magna
nimitatem autē significauit desiderii magnoz̄ ar
duoz̄ et difficilium. Et quo parit q̄ Tullius per
fiduciā significauit omnia illa que Macrobius si
gnificauit per illa tria. Nam Tullius fiduciā esse
dicit per quā magnis et multū honestis reb⁹ mul
tum ipse animus in se fiduciā certa cū hec colloca
uit. Que diffinitio licet sit multū impropria q̄ fi
duciam per fiduciā diffinit̄ quib⁹ etiā sit plus tra
dita oratio moie/ q̄ si veras regulas diffinitio
num: tamen cōstat q̄ per eā exp̄m̄itur estimatio
de honestoz̄ et arduoz̄ administratione non tantū
probabilis sed certa certitudine que reperitur in
moralibus. Et inde est q̄ dicit multū et exp̄m̄itur
etiā desiderii illoz̄ honestoz̄ et arduoz̄ in noie
spei. Et ista eadē tria exp̄m̄it. Macrobius i illis
tribus scz̄ in fiducia estimationem p̄babilē: in secu
ritate certitudinē: in magnanimitate que fm̄ eum
importat appetitū magnoz̄/ significauit desiderii
honestoz̄ et arduoz̄. Andronicus vero p̄ ma
gnanimitatē intelligit desiderii arduoz̄ operum:
per epulēyam promptitudinē exequendi quotiēs ne
cesse fuerit: et p̄ leniā que fm̄ eū est bona animo
sitas siue robur anime/ intelligit estimationes illā
quam diximus connotatā esse per fiduciā. In hoc
cōm q̄ estimamus nobis inesse robur anime: consi
cimus nos posse difficilia administrare. Et ista tria

significauit Tullius per fiduciā. Actū autē impera
tium executionis et etiā executionē significauit
Tullius per magnificentiam. quod patz̄ p̄ diffinitio
nem quā dat de magnificentiā. Magnificentia est
magnarū et excellarū rerū ex animi quodā amplo
ac splendido p̄posito p̄fecta administratio. ac cō
fectio: vbi per amplū ac splendidū p̄positū actus
voluntatis imperatiū executionis significat: et p̄
administrationē/ executionē ipsam. Constat autē
q̄ Tullius nō accipit magnificentiam eomodo quo
Ari. in. iij. ethicorū sed pro magno ac difficilium
operatione. Ad hanc reducitur firmitas q̄ p̄po
situm non esset amplū et splendidū nisi esset firmū
Ad hanc reducitur constantia: quia etiā p̄positū
non esset amplū ac splendidū nisi esset constantia
scz̄ q̄ p̄ nullis cōmodis consequendis velit desiste
re ab administratione hoz̄ difficilium que iam p̄po
suit administrare et conficere. Ad hanc etiā redu
citur magnificentia veritas et audagracia. Ad
hoc em̄ q̄ executio illa sit magnifica: erigitur q̄
sit virilis et strenua. Audagracia em̄ idem ē q̄
strenuitas virilis: vt non remissis et quasi effemi
natis viribus: sed toto robore ac conata negotio
incubamus strenue vt se sollicitudine cura et stu
dio plena sit. Circa executionem erigitur volitio
qua velim⁹ insistere operi q̄ diu recta ratio dicta
bit esse insistendū et p̄ nullo modo est contra rectā
rationē ab eo desistere: ita q̄ nec p̄ cōmodis nec
p̄ incōmodis desereret opus. Incōmoda nos autē
retrahentia ab opere sunt duplicia/ quedā sunt q̄
ipsum opus ex se habet annexa sicut labor pericu
lum moitis vulnera dolores et h̄mōi. Alia sunt ex
trinseca et non de se annexa operi vt cōminatōes
potentū odia p̄iuationes facultatū. Et licet ali
quando eadē incōmoda sint annexa operis extrin
seca. alia tamen ratione dicūtur extrinseca et alia
annexa operi. et cū eis conuenit ista duplex ratio
habet vim duplicis incōmodi/ vt fortitudo habet
annexū periculum vulnerū et moitis ex se. Cōtin
git etiā q̄ hoc idem habet ab extrinseco vt cū mi
chi aggressuro bellū aliquid princeps magnus cō
minatur mortē vel exilium/ etiā quicquid accide
rit in bello si illud bellū aggrediar. cōmoda autē
retrahentia ab opere arduo sunt pollicitationes
et p̄missiones magnoz̄ munerum/ vel etiā munera
que tribuuntur hoc opus aggressuris vt non ag
grediantur illud. Tūc dico q̄ volitio quā volo nul
lo modo desistere ab opere p̄ quibuscūq̄ incōmo
dis extrinsecis significat a Tullio per patientiā
et executio etiā conformis. volitio autē et executio
quā volo nec p̄ quibuscūq̄ cōmodis nec p̄ quibus
cūq̄ incommodis operi ex se annexis desistere ab
opere significat a Tullio per p̄seuerantiā. Macrobius patientiā et p̄seuerantiā/ respectu in
commodoz̄ appellauit constantiā. Andronic⁹ ve
ro et patientiā et p̄seuerantiā. Sub qua etiā cō
tinetur (vt dictum est) constantia que a Macrobio
ponitur Ari. aut has partes aliter assignaret/ por
neret em̄ fiduciā/ magnificentiam/ continentiam/
temperantiā/ et heroicā fortitudinē. q̄ ponat fidu
ciam patz̄ per illud quod habet in tertio. secundo
tractatu capitulo sc̄do. Desperās vñq̄ quia timi
dus omnia em̄ timet. Fortis autē cōtrarius in au
dendo enim bone spei vbi trāslatio Arietini ita ha
bet p̄ter em̄ fiduciā bonā spem habet. q̄ autem

Duplicia
commoda.

Comoda
autem et
macrobij.

Explicant
tūc tullij
macrobij

poneret magnificentiā non in illa significatione in qua accipit magnificentiā in quarto: sed in significatione qua videtur Tullius. Patet p̄ distinctionē magnanimitatis quā primo rethorice ponit eū dicit q̄ magnanimitas est virtus magnorum operum factus. Per continentiam intelligit voluntionē qua volo p̄sistere in opere fortitudinis/ nec p̄ quocūq; delectabili vel quomodo quod est contra rectam rationē desistere. Per p̄seuerantiam aut̄ intelligit voluntionē qua volo insistere operi et p̄ nullo incōmodo siue extrinseco siue extrinseco cuius tollerātia non excedit cōmunit̄ facultatem hominū ab opere desistere. Per fortitudinem heroicā intelligit voluntionē qua p̄ nullo cōmodo vel incōmodo/ cuius etiā tollerātia est supra cōmunit̄ hominū facultatem/ volo ab opere desistere. Est aut̄ fortitudo s̄m temperantia quando omnes passiones que possunt retrahere ab opere forte vel administratione arduorum essent ita cōhibiti et refrenati vt non plus notabiliter insurgent ad impediendū opus contra iudiciū rationis. Et iste modus Ari. videtur esse: clarior et magis doctrinalis. Cū aut̄ vltimo locutus sum de voluntionē intelligo hec eadem de executione conformi illi voluntionē. Et quibus patet q̄ s̄m Ari. ponerentur quatuor partes fortitudinis/ sc̄z fiducia/ magnificentia/ continentia/ p̄seuerantia. respectu aut̄ fortitudinis excellentis cōmunit̄ facultatem hominum adderetur heroica fortitudo: sed quia illa rara est: ideo nō enumerat eam cōmunit̄ auctores. ¶ Septima conclusio. Hæ partes non solum sunt partes fortitudinis sed etiam multarū aliarum virtutū. probatur quia in nullo genere virtutis contingit q̄ diffidēs vel desperans nec q̄ ille qui p̄pter cōmoda vel incōmoda vltimū desistit ab opere habeat omnia habitus morales requisitos ad perfectū opus illius virtutis. ¶ Octaua conclusio. Hæ partes magis necessarie sunt in fortitudine q̄ in alijs. probatur quia vbi pl̄ difficultatis inest: ibi magis necessarij sunt habitus promptitudinē in nobis contra h̄mōi difficultates facientes: sed fortitudo est circa ardua et difficilissima tanq̄ circa p̄p̄tiam materiā. Et huius sententia esse beatus Thomas. q. cxxviii. articulo vnto in responsione ad tertium argumentū/ vbi dicit q̄ aggredi quasq; magnas res videtur esse periculosum quia in his desicere est valde nociuum vnde etiā si magnificentia et fiducia circa quecūq; alia magna opera vel aggredienda ponatur tamen habent quendam affinitatem cum fortitudine ratione periculi imminentis. ¶ Nonā conclusio. Omnes iste partes sunt partes fortitudinis subiectiue p̄uimomodo acceptæ/ patet quia quibet h̄mōi pars significat actus vel habitus alicuius virtutis et nō nisi fortitudinis igit̄. hoc tamē intellectū volo de terminis significatibus et nō de reb̄ signficatis quia esse totū vel partē hoc modo non conuenit nisi reb̄ q̄ non sunt signa. Si q̄ras vtrum fortitudo habeat aliquas partes potētiales/ respondet q̄ pars potentialis accipitur tripliciter. vno modo. p̄ vna qualitātū actiuarū vel passiuarū q̄ dicitur potentia realiter in exite rei cuius ē potentia. Sicut si intellectus esset res distincta ab anima mediāte qua anima intelligeret: intellectus vel intellectiū diceret potentia anime. Similiter de potētia sensitua et vegetatiua. Et hoc modo

dico q̄ nec fortitudinis nec virtutis nec rei cuiuscūq; sunt aliquæ partes potētiales. quia nulla penitus necessitas nec ex auctoritate/ nec ex ratione/ nec ex experientia cogit ponere h̄mōi potētiales tanq̄ qualitates superadditas extrinsece rei. Secundo modo accipit potentia p̄ re s̄m q̄ pot̄ aliquid agere vel pati: et pars potentialis p̄ re s̄m q̄ pot̄ agere vel pati vni de multis q̄ potest agere vel pati/ sicut anima s̄m q̄ potest agere vel pati est potētia/ s̄m vero q̄ potest intelligere qd̄ est vni de his que p̄t agere vel pati pars potentialis/ et s̄m q̄ potest sentire dicitur etiā pars potentialis/ et s̄m q̄ potest vegetare dicit pars potentialis. Et hoc modo vna habitus fortitudinis qui potest i multos actus: s̄m q̄ potest in actu dicitur esse potētia s̄m q̄ potest in vni eorū dicitur pars potentialis: verbi gratia fortitudo s̄m gradū p̄seuerantie s̄m q̄ potest inclinare ad agendū vel patiendū fortitudo dicitur potentia: s̄m q̄ potest inclinare ad desiderium magnorum dicitur vna pars potentialis: s̄m q̄ potest inclinare ad imperandū magna et ardua dicitur alia pars potentialis s̄m q̄ potest inclinare ad exequendū et operandū magna dicitur alia pars potentialis. Terti modo accipitur pars potētiales sc̄do intentionaliter et simpliciter potentia. et tūc potentia non est aliquid q̄ signū significans rem aliquid s̄m q̄ potest agere vel pati. Pars vero potentialis est terminus significans rem illā s̄m q̄ pot̄ vni de multis agere vel pati. Et hoc modo partes potētiales cōmunit̄ sunt termini inferiores ad potētiā vt vegetatiū sensitū et intellectū sunt partes potētiales. Et istud tertium membrū vile est ad intelligendū multas sententias doctorū antiquorum quia p̄pter modū loque nō possunt aliter in veritate saluari. p̄ hoc enim aperte saluatur quomodo vnius rei sunt multe potētie distincte s̄m q̄ dicit cancellarius parisiens. iohānes de gersono. Potētie anime sunt multe non re sed nomīne distincte. Secundo hunc modū dicitur q̄ fortitudo habet partes potētiales hoc tertio modo. Hā accipitur habitus fortitudinis s̄m gradū p̄seuerantie cōstat q̄ iste habitus potest esse principū elicienti voluntionē operū fortū et imperiorū operū fortium. et potest facere inclinationē ad p̄sistēdū in actu inter duos labores et graues penas et varias passiones dolorū. ideo partes eius potētiales possunt esse iste voluntionē operū fortium/ imperium operū fortium/ p̄seueratiū in operibus fortibus. et similia si quos alios actus ille habitus habet. Contra secundā conclusionē arguitur sic fortitudo p̄p̄te dicta est circa materiā valde specialē: ergo fortitudo p̄p̄te dicta non continet sub se plures fortitudines specie differentes: ergo fortitudo non habet partes subiectiuas. Ad hanc rationē respondeo. concedēdo an̄ et negandō n̄am quia circa eandē materiā q̄ tunc sit specialis possunt esse actus moraliter boni specie distincti: quare et habitus moraliter boni specie distincti. Antecedens probatur ex dictis eiusdem doctoris. Fiducia magnificentia patientia et p̄seuerantia circa materiā fortitudinis actus bonos specie distinctos alia vt iā frequēt dictū est tres eorū superfluerēt. ¶ Secundo circa materiā fortitudinis reperunt ista quatuor et sunt habitus boni et specie distincti et continentur sub fortitudine sicut sua inferiora

Continentia qd sit.

Perseuerantia qd sit. Virtus heroica qd sit.

¶ Nota. ad hunc modum.

¶ Nota. ad hunc modum.

sub superiore qui fiducia in materia fortitudinis est distincta specie a fiducia in materia iusticie aut tē perantie ergo sunt partes subiective fortitudinis. Quod sunt boni habitus constat. Quod sunt species distincti patet / quia aliter non esset diuerse partes integrales. quod est contra eundē doctorem. Thomas em̄ nō assignat eas diuersas tanq̄ partes integrales / nec tanq̄ partes viuentes: sed tanq̄ partes etherogeneas ad actus etherogeneos inclinantes. q̄ aut cōtineantur sub hoc cōmuni fortitudo / tanq̄ inferiora sub superiore pbatur. continentur tanq̄ inferiora sub hoc cōmuni virtus: et nō immediate vt cōstat: ergo continentur sub vno genere virtutis vel sub diuersis: sed non cōtinentur sub diuersis quia loquor de fiducia magnificentia et h̄mōi non q̄buscūq̄ sed de his que sunt circa materia fortitudinis: ergo cōtinentur sub vno genere virtutis et non sub alio a fortitudine. ergo cōtinetur sub fortitudine sicut inferiora sub superiore. Neq̄ mireris de hoc modo loquendi quē hīc obseruauis in hoc co: modo me modo loquendi doctōis illius cuius opinioē improbo. quia vt iam dictus est cōtinere vel contineri per modū superioris aut inferioris non conuenit nisi rebus que sunt signa. Et confirmatur hec ratio ex dicto eiusdem doctōris. q. cxxviij. qui de istis quatuor dicit q̄ si coartētur ad ppria materia fortitudinis sc̄z ad pericula mortis sunt quasi partes integrales. Si aut referantur ad alias materias sunt virtutes adiuncte fortitudini distincte ab ea fm̄ specie. Ex quib̄ verbis arguo sic iste quatuor virtutes coartate ad materia fortitudinis non sunt virtutes adiuncte fortitudini. hoc em̄ licet non dicat cōstat tñ apud omnē recte intelligentē q̄ ipse illud intelligit / nec sunt virtutes omnino separate a fortitudine: quia tunc nullomodo deberent dici partes integrales eius. ergo sunt virtutes sub fortitudine contente. Preterea quecūq̄ sunt distincta inter se specie et non sunt distincta specie a fortitudine sunt diuerse species contente sub fortitudine. Sicut quecūq̄ sunt inter se distincta specie et nō sunt distincta specie ab alijs sunt sic q̄ nec ambo nec alterum eorū specie distinctū sit ab alijs / illa pertinent ad diuersas species sub alijs cōtētas. sed ista quatuor distinguntur specie inter se vt constat et iam pbatū est / nō distinguntur specie a fortitudine vt innuit cū dicit q̄ quando sunt circa aliā materia tunc distinguntur specie a fortitudine. Neq̄ tamen dico consequentiā illā / quia hec ex dicto eius inferri bona esse sed in hoc sensu dicta sua a legentibus accipi. Preterea ista quatuor nec sunt eadem specie cū fortitudine / nec distincta specie a fortitudine / et ipsa sunt species. ergo fortitudo nō est species specialissima. ergo fortitudo est genus istoz q̄ nō sunt eadē specialissima cū fortitudine pbatur non sunt eadem specie specialissima inter se. ergo non sunt eadē specie specialissima cū fortitudine. da oppositum cōsequentiis. sunt eadē specie specialissima cum fortitudine statim sequit̄ oppositū antecedētis. ergo sunt eadē specie specialissima inter se. ergo non sunt distincta specie a fortitudine pbatur quia quecūq̄ sunt distincta specie a fortitudine cōtinetur sub iusticia vel sub temperat̄a sic d̄ alijs generibus virtutū: sed fiducia magnificentia. et. que sunt circa materia fortitudinis / q̄ de alijs nō

loquor non continentur sub iusticia nec sub temperantia. et sic de alijs virtutibus a fortitudine. ergo non sunt distincta a fortitudine. et ita patet probatio aūtis p̄ vtraq̄ parte. consequentia autē prima pbatur. quecūq̄ multa quoz quodlibz est species vel sunt eadē specie vel distincta specie secūda cōsequentiā pbatur. q̄ fortitudo. et ista quatuor sub eodem genere cōtinentur sc̄z sub virtute: et nō eq̄ immediate quia fortitudo / nec genere / nec specie ab eis distinguitur. ergo vel fortitudo continetur immediatius q̄ ista quatuor vel ista quatuor aut aliquod eoz immediatē continetur sub virtute q̄ fortitudo. sed nec ista quatuor nec aliquod eoz cōtinetur immediatius sub virtute q̄ fortitudo. quia tunc fortitudo esset pars subiectiua aliquoz istoz quatuor vel cuiuscūq̄ eoz. ergo fortitudo immediatius cōtinetur. sed inter omnia genera et spēs contenta sub aliquo cōmuni illud est cōmuni qd̄ est illi cōmuni ppinquius et immediatē. ergo fortitudo est cōmune genus ad ista quatuor: et cōtinentur ista quatuor sub fortitudine sicut spēs sub genere. Contra nonā conclusionē arguitur sic. fiducia non est aliud q̄ spes. sed spes non p̄tinet ad fortitudinē sed ponitur p̄ se virtus. igit. Secundo fortitudo facit hominē bene se habere circa pericula. sed magnificentia et fiducia non importat aliquam habitudinē ad pericula ergo magnificentia et fiducia non species fortitudinis. Tertio patientia est omnino eadē fortitudini: ergo non est spēs fortitudinis. an̄s patz quia importat difficulti per passionem. fm̄ tullium hoc aut importat fortitudo Quarto illud quod reperitur in qualibet virtute non debet poni pars alicuius specialis virtutis. sc̄z p̄seuerantia reperitur in qualibet virtute dicit em̄ Athathei. xxiiij. qui p̄seuerauerit vsq̄ in finem hic saluauerit. Ad primā respondeo q̄ spes q̄tū nunc sufficit quadrupliciter accipit. vno modo p̄ desiderio vite eterne cū estimatione habēdi eā ex gratia et meritis. et ista est virtus theologica. secundo modo p̄ desiderio circa difficultia cū estimatione bene se habēdi circa ea. et sic est omni virtuti morali cōmuni. Tertio modo p̄ desiderio circa administrationē arduissimoz et difficilimoz. et sic est pars subiectiua fortitudinis communiter dicte. Quarto modo p̄ desiderio circa pericula bellica cū estimatione bene se habēdi circa ea et sic est ps fortitudinis stricte accepte quam nomine fiducie tullius appellauit. cū ait dixi in secundo membro q̄ est omni virtuti morali cōmuni. ergo hoc sic non intelligo q̄ ipsa tanq̄ cōmune quoddā p̄dicetur de qualibet virtute cōmuni: sed q̄ ipsa in illa significatione cōtinet multas species et ad quilibz virtutem earū aliqua p̄tinet p̄portionabiliter intelligendū est quod dictū est in tertio membro. Ad secundā concedo maiorē: et nego minorē si intelligatur vniuersaliter. aliqua em̄ magnificentia puta illa que est factiua magnoz circa materia fortitudinis et similiter aliqua fiducia importat habitudinem ad pericula bellica cū quo tamen stat q̄ aliqua magnificentia puta illa que est circa materia liberalitatis non importat habitudinē ad pericula nisi esset in gr̄du p̄seuerantie constituta. sicut postea dicitur. Ad tertio nego antecedētis / q̄ nō sunt eadez conuertibiliter non volo tamen facere vni in sermone quia argumentū petit aliam diffi-

Resolu Ao
aucto 119.Censatio
mores
modo
inque diCura ho
mōi pro
pau. af.

M.

cultatem. et ad probationem dico q̄ patientia im-
portat difficultatē extrinsecorū p̄pulsionem. sed forti-
tudo p̄ter hoc importat actū sperandi actum ma-
gna faciendi et actū p̄seuerandi quos non impor-
tat patientia. Ad quartā dico q̄ p̄seuerantia acci-
pitur tripliciter. vno modo accipitur p̄ continua-
tione actū bonū q̄ diu recta ratio dicitat ip̄s eē cō-
tinuandū: et ipsa reperitur in omni virtute imo ēt
requiritur volitio h̄mōi continuationis. secundo
accipitur p̄seuerantia p̄ p̄sistentia in bono ope et no-
litione cessandi ab eo p̄ quacūq̄ molestia vel incō-
modo/ p̄ quo recta ratio dicitat non desistendū/ et
hoc modo in omni virtute morali reperitur p̄seue-
rantia. Tertio modo accipitur p̄seuerantia p̄ per-
sistentia in operibus arduis cū nolitione desistēdi
p̄ quocūq̄ incōmodo intrinsecō actu iustitiae vel actui de se
annexo/ et hoc modo est species fortitudinis com-
muniter dicte. quarto modo accipitur p̄ p̄sistentia
in operibus bellicis cū nolitione desistēdi p̄ quo-
cūq̄ incōmodo intrinsecō operi et sic est sp̄s for-
titudinis bellicae. ¶ Ad rationē ante oppositū cō-
cedo maiorem de forma simplici q̄ est vna numero
et de diuisione in partes diuersarū rationū: sed ne-
go de forma q̄ est vna tantū vnitate aggregatiōis
et de forma vna simpliciter et de diuisione in partes
eiusdē rationis: et ista patuerūt in cōclusionibus.



De q̄ tractauimus de

Digna specie fortitudinis cōter accepte
sc̄z de fortitudine stricte accepte com-
cōsequenter tractandū est de secunda
sc̄z de magnanimitate. Et primo quidē de eaz spe-
ciebus eius. secūdo de vicis oppositis. ¶ Circa
igitur magnanimitatē. ¶ Queritur primo. Vtrū
magnanitas sit circa magnos honores. an q̄ non
magnanimus magis cōtēpnit honores q̄ appetit.
¶ Magnanitas nō est circa magnos honores. In
oppositū est qd̄ dicit Ari. iii. ethicorū q̄ magnani-
mitas est circa magnos honores p̄ro r̄sione ad q̄
sitonem. Notandū est q̄ p̄ honorem nos possumus
tria intelligere vno modo administrationez lauda-
bilem negociorū arduorū et difficultū. Secundo
modo possumus intelligere p̄ honores aliqd̄ quod
exhibetur in signū h̄mōi virtuose administratiōis
Tertio modo accipitur p̄ opinione laudabili que
ex huiusmodi signis virtutū exhibetur generatur
et nascitur. secūdo modo accipitur p̄prie honor.

Et primo rethorice distinguit Aristote. honorem
hoc modo acceptum a bona opinione. et vtrumq̄
enumerat inter partes felicitatis. Magnae admi-
nistratiōis et ardue sunt honorabiles dupliciter.
vno modo quia non cōmittuntur a prudentibus vi-
ris nisi his qui estimantur magnis honoribus di-
gni. alio modo quia harū rerū virtuosa admini-
stratio reddit hominem magnis honoribus dignū
Contrario em̄ huiusmodi administratio pōt dici
vituperabilis si viciose et imperite gesta sit h̄mōi
aut res honorabiles sunt duplices: quedaz sunt q̄
habent magnas virtutes adiunctas: aut alia ma-
gna commoda sicut sunt officia dignitates poten-
tates regna domina diuina. alia sunt nō sunt hu-
iusmodi commoda adiuncta sed bene et virtuose ge-
rentibus debetur honor. Item rerū honorabilium
alie sunt p̄ se honorabiles/ et tales sunt opera vir-
tutum. Alie vero sunt honorabiles non p̄ se. sc̄z ex

Differunt
fortitudo et
patientia.

Triplex ho-
noris ac-
ceptio.

operatiōe administrantis. honor secūdo modo diffi-
nitur ab Aristote. sic. Honor est benefactiue optio-
nis signum/ que diffinitio dupliciter potest exponi
vno modo sic. honor est signum p̄ quod honorans
ostendit se optari q̄ ille cui honorē impendit est
benefactiuus. Alio modo sic. honor est signū quo
honorans ostendit q̄ ille cui honorat habet opti-
onem benefactiua eo q̄ habeat voluntatē et sciē-
tiam bene faciendi. Est tamen aduertendū q̄ be-
neficientia accipitur dupliciter. vno modo genera-
liter p̄ quacūq̄ impensione beneficii siue p̄ actū
virtuosum siue per actū vitiosum. Alio modo acci-
pitur beneficientia p̄ impensione beneficii virtuosa
et laudabili. et ita honor accipitur dupliciter. vno
modo. p̄ signo benefactiue optiōnis primo modo
et hoc modo tyranni et multi plati aut principes
iūqui honorantur: quia multi tales p̄stant multis
magna beneficia et etiam p̄stare possunt. alio mo-
do accipitur honor q̄ signo benefactiue optiōnis
secūdo modo. et hoc p̄pter solū actum virtutis im-
penditur honor et solū impenditur eis q̄ beneficia
vel p̄stiterunt vel p̄stare possunt. Sc̄dm̄ illud Ari.
Honoratur aut iuste quidē maxime qui beneficia
p̄stiterunt non solū sed honoratur etiā qui pōt be-
neficiare. Et docet consequenter quid p̄ beneficen-
tia intelligat. Beneficientia autē que ad salutem et
quascūq̄ causas essēdi ad diuitias aut ad aliquid
aliorū bonorū quorū non est facilis possessio aut to-
taliter aut hic aut tunc. Multi em̄ p̄perea quidē
tur parua honorem adipiscuntur sed modi et tēpe-
rosunt cause. Et quo patet q̄ beneficientia est im-
pensio bonorū que magna sunt vel sim se vel ex
cōstantia modi loci vel temporis. Itā etiam q̄
dicitur aliquando beneficus qui tamen impendit
parua. sed vt dicit Ari. circūstantia modi loci vel
temporis sunt causa q̄ illud quod in se ē parū re-
putetur magnū. q̄ aut honor p̄prie dicitur solus
debetur beneficientie virtuose p̄bat Curidianus
p̄pter beneficiū impensum debetur honor: sed ad
hoc q̄ aliquid sit beneficiū nō sufficit q̄ bonū fiat
sed requiritur q̄ benefiat/ quia beneficiū componi-
tur ex bene et facere et non ex bono et facere ergo
in alius inquantū malus non est benefactiuus: nec
beneficiū impensum. p̄robat secūdo auctoritate
Senecę dicentis. Non potest beneficius manu
tangit. sed animo geritur: multū interest inter ma-
teriam beneficii et beneficiū. Non em̄ aurū vel ar-
gentum beneficiū est/ sed ipsa tribuentis volun-
tas. Itaq̄ non quid datur aut quid fiat refert: sed
qua mēte beneficiū non in eo quod sit/ aut quod
datur consistit: sed in ipso dantis aut facētis ani-
mo. Hec tamen Senecę vba multipliciter exponi
possunt vno modo q̄ aurū et argentum nullo mo-
do sunt beneficia: et sic non videtur michi verū q̄
quid est bene tributū vel impensum alteri/ vt sit si-
bi causa salutis vel causa essēdi/ vel auferendi ab
eo paupertatem/ aut est de numero eorū quorū pos-
sessio est difficilis/ illud est beneficiū siue benefe-
centia. sed aurū et argentū sunt huiusmodi/ ergo
sunt beneficiū. Secundo actus est ipse voluntatis
non est id quod alteri cōferatur neq̄ est id quo alte-
ri succurritur: ergo non est beneficiū ¶ Tertio
posito solo actu voluntatis et quolibet alio remo-
to non est beneficientia: ergo actus voluntatis nō
est beneficientia. beneficientia em̄ videtur actū ex-

periozem importare. Aliomodo possunt intelligi q
aurū & argentū nō habēt ex se q̄ sint bñficētia: s̄
habēt ex aīo. i. est actu voluntatis ipsius dātis. Et
in hoc sensu concedo. Aurum em̄ & argentū aliqñ
sunt mutuū. Aliqñ sunt donatio & beneficentia ali
qñ nullū horū / vt cū vel retinent apud possidentē /
vel transferimus cā emptionis alicuius: & ita cum
traditio eorū subordinat volitioni benefice vel da
tū: sunt bñficentia: cū subordinat volitioni mu
tuatiue: sunt mutuū: cū volitioni solutiue sunt so
lutio. q̄ ergo sint bñficiū vel bñficentia nō hñt ex
se: sed hñt hanc denotationē a volitione dātis. Et
aliqñ sunt virtuosa bñficentia & laudabilis: qñ vo
litione dantis est virtuosa. Aliqñ vero viciosa / qñ scz
hñtō volitio est viciosa. ppter aliquā circūstantiā
q̄ aut sunt magnū bñficiū pōt intelligi dupliciter.
Vnomō fm denotationem intrinsecā & hoc mō qñ
hñtō data sunt: fm se magna dicunt esse magnum
beneficiū. Scđo mō fm denotationē extrinsecā
Et hoc tripliciter. Vnomō qñ sumitur denomina
tio ab effectu quē circa eum cui tribuit beneficiū
faciunt / sicut cū p id sibi multū bene est aut a mul
ta & grauī miseria releuatur. Scđo qñ sumit deno
minatio ab aliqua circūstantiā ppter quā vel erat
multum diffict. le / vel erat multum necessariū illud
prestare. Tertio mō qñ sumitur denominatio a ma
gnitudine actus voluntatis / quia scilz ex actu
voluntatis multū magno hoc tributū est. Et fm
hanc distinctionem exponende sunt multe aucto
ritates veterū q̄ sibi inuicem contrarie videntur.
Actus tamē volūtatis dicitur magnus dupliciter.
Vnomō ppter multitudinem partium intrinsecarū.
Et hoc modo actum esse magnū nō est aliud
q̄ ipsum: esse multum intentum. Aliomō actus di
citur magnus ratione obiecti nō cuiuscūq̄ sed illi
us gratta cuius immediate & per se nata est fieri be
nificētia. hoc aut obiectum est bene esse illius cui
aliquid tribuitur / qui enim beneficijs est in alium
primo vult sibi bene esse / et vt sibi bene sit tribuit
sibi aurum vel argentum vel aliquid aliud. volitio
ergo dicit magna quia ego volo sibi multū bene eē
parua aut ecōtrario. hec aut distinctio necessaria
est q̄ auarus amico suo in necessitate posito actu
voluntatis intensiore bñfacit in paruo q̄ in multo
et tñ nō ppter hoc dicitur beneficentior: imo minus
beneficēs. Pauper autē & diues interdū volūt be
ne esse alicui sed pauper vult sibi melius esse q̄ di
ues: non tñ tñ tribuit q̄rum diues: in tali casu ad
huc pauper est beneficentior q̄ beneficiū suum p
cedit ex maiore. i. intensiore actu volūtatis mō su
pra expositio. & licet nō plus tribuat denominatione
sumpta ex magnitudine rei tribuite plus tñ tri
buit denotatione sumpta ex difficultate tribuendi
puentente ex circūstantiā personaz: est em̄ pau
peri difficilius tribuere decē: quam diuiti tribuere
centū: & q̄ facit dationē difficiliorē q̄ diues. ideo
verisimile est q̄ aut vult illi melius esse aut inten
siori affectu vult sibi bene esse q̄ diues. Aduerten
dū vltterius q̄ datur alia diffinitio honoris. honor
est exhibitio reuerētie in signū virtutis. de qua dif
finitione dicit buridanus q̄ si differat ista diffinitio
a diffinitione. Ari. illa que est Ari. est melior. p̄ 20
bat quia pend diffinitionē Ari. diffinitur ipse honor
per istam vero non diffinitur ipse honor sed hono
ratio. p̄ 20 quo notat q̄ duplex est honoratio que

dam est post q̄ nihil in remanet quod sit signū vir
tutis vt genutlexio capitis inclinatio. & in illa nō
differt honoratio realiter ab honore. Alia est ho
noratio post q̄ aliquid permanet qd est signū virtu
tis. vt cōstructio templi imaginis & in istis differt
honoratio ab honore. post enim constructionē tem
pli remanet templū constructū: & post cōceptio
nem imaginis remanet imago. Conclusio. Burid
dant bene mihi placet sed nō ratio q̄ qui contradi
cere vellet diceret q̄ exhibitio nisi est aliud q̄ res
exhibita: & ita diceret q̄ ibi post actum nihil rema
net in re q̄ ille actus est honor: vbi vero post actū
aliquid remanet in re: ipsi dicerent q̄ illud quod re
manet est honor: & exhibitio nō est nisi res exhibi
ta & constructio templi nō est aliud q̄ templum cō
structum aut pars templi constructa cui alia suc
cedit construenda & hoc cum constructio verificatur
de templo pro mensura aliqua p qua esse non
verificatur de eo / quia si simul per aliquam poten
tiam construeretur tunc constructio templi esset
ipsa res p̄structa pro primo instanti pro quo nō est.
Videretur tamē mihi q̄ diffinitio Ari. sit melior & q̄
ista ratio diffini per genus illud qd Ari. diffiniit p
spēm ita tñ q̄ per hoc diffinitio ista secunda est in
plus q̄ diffinitum. p̄ 20 quo est notādū q̄ fm Ari.
non cuiuslibet virtuti deberet honor sed tñ virtuti
beneficentiue: nam homini castissimo vel tempera
tissimo non impendit ppter castitatem honor. Sed
si impenditur sibi: hoc est quia speramus q̄ scibz
nos & orationibus apud deū suauit qd sit per vir
tutem benefactiuam / & apud antiquos cōstructio
nes tēploz imagines p̄moritas sedis nō institue
bant alicui ppter virtutē quamlibet sed tñ ppter
bñficia impēsa vel populo vel totē rei. vel alijs in
digentibus. nō dico tñ q̄ ppter hñtō virtutes qui
sunt ad se nō debeant honor: sed dico q̄ cōmuniter
nō impendebat & quod si aliquid fuisset impensum
ppter talē virtutē non fuisset ab Ari. appellatum
honor: sed tñ ea que impendebant ppter virtutē
benefactiuam. p̄ 20 per diffinitionē honoris quam
ipse ponit. honor inquit est benefactiue opinionis
signū. Sed dicit q̄ Ari. hic appellat benefactiuā
virtutem oēm illaz virtutē que est bene operatiua.
Cōtra hoc arguit per illud qd immediate sequit.
Honorant aut quidē iuste me qui bñficia pre
stiterūt: sed honorat etiam qui pōtēst beneficiare.
Et sequit etā beneficentia autē q̄ ad salutem rē.
Ex his formatur iste sillogismus: omnis honor est
exhibitus in signum virtutis bñfictiue sed nō omne
exhibitu in signū virtutis est exhibitu in signū vir
tutis bñfictiue. ergo nō oē exhibitu in signū virtu
tis est honor. & per ista diffinitio illa est cōmunior
q̄ diffinitū. Scđo p̄ 20 q̄ nō sit eā bona q̄ fm Ari.
honor nō est signū virtutis bñfictiue s̄ est signū
estimationis & opiniois quā hñt hoīes de virtute bñ
fictiua alterius. alias honor frequētissimē cēt sibi
signū cū p ipm aliquis significaret eē virtuosus q̄
tñ esset multum viciuosus vicio opposito illi virtu
ti ppter cuius estimationē sibi impenditur honor.
Et cum in rei veritate nesciunt homines commu
niter de alio a se an sit vere virtuosus an non: cum
non habeant noticiam secretorum cordis a qui
bus depēdet bonitas actus exteriori.
¶ Si honor deberet esse signum virtutis frequen
tissime contingeret vel q̄ honor esset signū falsum

Nota.

In omni
operatio
p̄ tuose de
bet honor.

Correlari-
um.

vel q̄ id quod exhibetur pro signo non esset honor. homines aut̄ honorātes aliquem sciunt de seip̄s vtrum estimant eum cui illud impendūt benefactiuum vel non ideo honor ab eis impensus nō est eis falsū signum. Et inde est q̄ Ari. diffinit honorē p̄ esse signum nō virtutis sed opinionis benefactiue vel vt habet noua translatio estimationis benefactiue z vbiq̄ pene vti isto modo loquēdi. Ex quibus exhibetur vt honor: secundum sibi consimile exhibetur ab alijs: vt dedecus. p̄ater de capitis inclinatione z genuflexione que cum multis exhibeantur vt honor: christo tñ et nonnullis alijs sanctis viris exhibita sunt vt dedecus. infero secūdo q̄ aliquid idem simul z semel exhibetur vt honor: z dedecus p̄batur primo ex parte exhibētium sit aliqua multitudo ciuim que debeat construere certam imaginem in memoriam sui principis quem multi de illa multitudine existimant virtuosum et benefactiuum/ z multi malefactiuum z cōmuni consensu cōueniant in certas p̄tractiones imaginis que apud vnā partem multitudinis designent estimationē virtutis et apud aliam designent estimationem viciorum. quia huiusmodi p̄tractiones sunt signa multum equiuoca virtutum et viciorum z maxime quando virtutes et vicia habet inter se vicinitatē vt prodigalitas et liberalitas/ frugalitas et auaricia/ superbia et magnanimitas/ perseuerantia et pertinentia constat em̄ q̄ hec imago est honor: q̄ est signum opinionis benefactiue et est dedecus. q̄ est signum opinionis malefactiue. Secundo p̄batur ex parte partium eius rei que est honor. nā possibile est q̄ princeps ille estimetur ab omnibus in aliquo benefactiuus et in aliquo malefactiuus/ et q̄ ciues constituentis sibi imaginem/ per aliquas partes ymaginis velint representare estimationē quam habent de eius bñficia z per alias estimationē quā habēt de eius maleficientia: ergo eadē res erit secundum diuersas partes honor: et dedecus. ¶ Confirmatur quia eadē oratio siue soluta: siue metris siue numeris astricta potest pro vna parte cōtinere virtutes alicuius: et pro alia parte vicia vt constat: et tamen huiusmodi orationes laudatiuas. Aristoteles reponit inter partes honoris. si militer eadē oratio potest continere laudem vni⁹ et vitia alterius sicut oratio p̄lunij ad Troianum cōtinet laudes immensas traiam et vitia nonnullorum imperatorum precedentium. Infertur tertio q̄ virtus non est causa honoris sicut vult Buridanus: sed estimatio virtutis. p̄batur honor nō est signum virtutis: sed estimationis benefactiue virtutis. ergo non est virtus sed estimatio virtutis benefactiue causa honoris. Signum enim p̄ prius est q̄ natum et aliquo ipsum offendit vt vult Quintilianus in Institutionibus. placet tamē michi distincto Buridani qua dicit q̄ honor accipitur tripliciter vnomodo q̄tum ad causam et hec est estimatio virtutis benefactiue. Non enim quibuscumq̄ virtuosus volumus asserre honorem. sed his tantum quos estimamus benefactiuos. Secūdo modo quantum ad substantiam/ et sic honor vt dictum est/ est signum huiusmodi estimationis. Tertio modo q̄tum ad effectum et hic effectus in eo qui honoratur est delectatio secundū illud Aristotelis primo rethorice. Et honor et complacē-

¶ Burida.
vbi sup.

tia delectabilissimorum propterea q̄ sit fantasia vnicuiq̄ q̄ talis est studiosus. In alijs autem ab eo ē estimatio virtutis benefactiue vel bona fama vel bona opinio de virtute benefactiua alicuius. Et hec dicta sunt in communi de honore: p̄tima conclusio. Magnanimitas est primo et p̄ se circa magnas et arduas ac difficiles administrationes. p̄robatur primo per diffinitionem magnanimitatis quam ponit Arist. primo rethorice. Magnanimitas est virtus factiua magnorum benefactorum ex quo apparet q̄ Aristoteles non diffinit magnanimitatem per appetitum magnorum honorum. sed per poerationem magnorum benefactorū. p̄robatur secundo per eundem Aristotele tertio ethicozum p̄batur enim q̄ magnanimus non parua pericula neq̄ frequenter adit sed magna. Et capitulo eodem. et paucorum quidem operatiuum sed magnorum et nominabilium et multa similia habet. p̄robatur tertio auctoritate ciceronis libro primo de officijs vbi loquens de fortitudine dicit splendidissimum genus honestatis videri quod antimo magno elatoq̄ humanas res despiciēte factū sit. Et paulo post sed ea animi elatio que cernitur in periculis et laboribus: si iusticia vacat pugnatq̄ nō pro salute communi. sed pro suis commodis in vicio est. adit. Itaq̄ probe diffinitur a stoicis. Fortitudo cum eam virtutem esse dicunt pugnantem pro equitate. Neq̄ mireris q̄ loquatur de fortitudine et nos de magnanimitate quia in nullo loco videtur fortitudinis a magnanimitate distansse. sed semp de his indifferenter locutus est Et loco eodem: fortes autē igitur et magnanimi sunt habendi non qui faciunt: sed qui ppulsant iniuriā. ¶ Quarto per illum eiusdem quod immediate sequitur. Vera autem et sapiens animi magnitudo. honestū illud quod maxime natura sequitur. in factis positum non in gloria iudicat principem q̄ se esse maualtis q̄ videri. Ex qua auctoritate patet q̄ magnanimitas magis est circa magna recta q̄ cura gloria siue honorē. multa alia adduci possēt sed adducuntur in probatombus sequentium. ¶ Secūda conclusio magnanimitatis per se est in contemptu rerum externarum probatur per Ari. in tertio. licet et adhuc et circa diuitias et potentatum et omnem bonam fortunam et infortunium moderate habebit quomodo cumq̄ fiant et neq̄ bene fortunatus vtiq̄ gaudiosus erit: neq̄ infortunatus tristis. aut paulo post. potentatus enim et diuitie propter honorem sunt desiderabilia habentes igitur ipso honorari per ipsa volunt: cui autem et honor paruum est: hinc et alia propter quod et de spectationes videntur esse: et in eodem tertio z potens possēdis: magis bona et infructuosa fructuosa et vtilibus. vbi alia translatio magis q̄ volet res preclaras z inutiles q̄ fructuosas et viles. probatur scdo auctoritate. Licerōis p̄mo de officijs. Omnino inquit fortis animus z magnus duabus rebus maxime cernitur: quare vna in rerum externarum despicientia ponitur: cum per suam sit nichil hominem nisi q̄ honestum decorūq̄ sit aat adiuuari/ aut optare/ aut expetere oportere: nulliq̄ neq̄ homini neq̄ p̄urbationi animi neq̄ fortune succūbere. altera est res vt cū ita sis affect⁹ a lovi supra tiri res geras magnas: illas q̄ et maxime viles sed vt vehemēter arduas plenas q̄ laborū

et periculorum. tum vite vsu. tum multari in rerum causa que ad vitam pertinent patz per illud quod paulo post subiungitur. nam ea que exia plii sed et pre clara videntur parua ducere ea que ratione stabili firmas contēnere fortis animus dicitur. Et ea que videntur acerba que multa et varia in hominum vita fortunata versantur. Ita ferre vt nihil a statu nature discedas: nihil a dignitate sapientis. Robusti animi est magnas constantie. Idem habet capitulo. xiiij. vbi reprobat vitam ociosoium concludens ita fructuosior autem hominum generi et animi claritatem amplitudinemque aptior eorum qui se ad temp. et ad magnas res gerendas accommo dauerunt. Ad idem possent adduci omnia que idem cetero dicit de fortitudine et magnanimitate et quibus legentibus constat quod ipse posuit magnanimitatem circa rerum arduarum et difficilium admistrationem. De contemptu autem rerum externa rum habet in eodem. xiiij. capitulo. Capescētibz autem tempu. nihil minus quam phis hic haud scio an magis etiam magnificētia et despicientia adhibenda sit rerum humanarum. Secundo pbatur. Tam p ma quam secunda cōclusio. Admistratio rerum pu. potest bene et male suscipi et bene. et male recusari. Recusari male si homo recuset ea que pōt ad utilitatem publicam administrare. Nam si quis cum bene possit administrare idē refugiat quia forni dat labores et molestias vel ignominiam et infamiam ex offensionibus et periculis consurgētē. Aut ppter nimis magnū contēptum honoris: male recusat. quod si recuset quia cum sit vir excellentis ingenij qui se doctrine dedit aut quod est valitudinariū aut in becillis nec se dignum vere existimat qui possit ad utilitatem publicam administrare tunc recte et bene recusat. Quod si talis suscipiat graues et difficiles admistraciones rerum publici. et reputet dignum his admistracionibus cum tamen non sit dignus tunc male suscepit. Si vero sit dignus et suscipiat eas quibus se dignum vere putat quomodo et gratia huius oportet: tunc bene et virtuose suscipit. Hec omnia probantur auctoritate Licetionis eodē. xiiij. capitulo. Quapropter. et his inquit fortitan concedendum sit reip. non capecentibus qui excellētī ingenio doctrine sese dederunt: et his qui aut valitudinis imbecillitate/ aut aliqua grauiori causa impediti a republica recesserunt: cum eius administrande potestatem alijs laudemque cōcederent. Et sequitur. quibus autē talis nulla sit causa si despiciere se dicant ea que plerique admirantur imperia et magistratus hunc non modo non laudi verum etiam victo bandum puto. Et paulo post Sed videntur inquit labores et molestias/ tum offensionum tum repulsarum quasi quandam ignominiam timere et infamiam. Sunt enim qui in rebus contra rixis parum sibi constant voluptatē seuerissime contēmant: in dolore sint molliores/ gloriā negligant/ frangantur infamia. atque ea quidē non satis constanter agant. pbatur etiam per illud quod statim sequitur. ad rempublicam generandam autē qui accedit caueat ne id modo consideret/ quod illa res honesta sit sed etiam vt habeat efficiendi facultatem. in que ipso considerandum est ne autē temere desperet ppter ignauiam. aut nimis cōfidat ppter cupiditatem. Et his clarissime patet quod in susceptione arduarum admistracionum. pot aliquis deficere

superhabundare et medio modo se haberi: ergo circa huiusmodi susceptionem pot esse aliqua virtus moralis inclinans nos ad suscipiendum eas: quas possumus bene et laudabiliter gerere/ eo modo quo oportet et gratia cuius oportet/ et ad recusandum etiam eas quibus non sumus digni. sed illa virtus nec est iusticia nec temperantia nec prudentia. ergo est magnanimitas siue fortitudo cōmuniter dicta. Tertia conclusio magnanimitas est circa magnos honores. probatur quia contingit honores magnos bene et male appetere et recedere et etiam mediocriter. ergo circa magnos honores pot esse aliqua virtus nos inclinans ad appetendum et recedendum conformiter ad iudicium recte rationis. sed illa virtus non est aliud quam magnanimitas que ex suo nomine importat magnitudinem animi igitur. Secundo reperiunt aliqui qui dignificant se magnis quibus digni sunt: et reperiuntur aliqui qui dignificant se paruis quibus etiam digni sunt/ secundo dicit temperatus vel modestus vt habet alia translatio. Pri. p mus autē dicit magnanimus sunt etiam aliqui qui dignificant se magnis quibus non indigni sunt. et isti dicuntur cum sui siue inflati alij vero non dignificant se tam magnis quam magnis digni sunt et isti vocantur pusillanimes. Secundo magnanimitas se habet. ad honores sicut pulchritudo ad corpus. sed pulchritudo non est nisi in magno corpore. Parui enim inquit. Ari. formosi et cōmensurati/ pulchri vero non. ergo magnanimitas non est nisi circa honores magnos. Hec est sententia Ar. in. iij. caplo de magnanimitate vbi pbat hanc cōclusionē. Pro cuius expositione. aduerte quod dignificare se honore pringit duplici modo quod quis se existimat dignū honore illo et se iam ipsum pmeruisse sicut dux qui victoriā reulit de hostibus sicut leges triumphorum existimat se dignū triumpho: et qui magnā utilitatem artulit reip. existimat se dignum statua: et constat quod hoc modo in appetitu honoris potest contingere excessus defectus et mediocritas: sed modo aliquis existimat se dignum honore aliquo quod existimat se dignū dignitate aliqua habente admistracionem aliqui cui admistracioni ipse cōfidit se posse sufficere et eam non esse sibi secundum quocumque circumstantiam inconuenientem. Contra quod erraret quis si per hoc precise quod putat se posse sufficere admistracioni alicui ex hoc putaret se dignum illa dignitate puta si per hoc quod quis posset bene administrare regiam dignitatem ipse existimaret se dignum honore regio et principatu illo et defacto appeteret: hoc non pueniret ex magnanimitate sed ex cupiditate et stulta ambitione/ quia sibi deficeret circumstantia generis sine qua non debet se existimare dignum. Erraret etiam ille cui conueniret circumstantia generis et multe alie etiam sibi tamen deficeret facultas admistrandi/ quia secundum quod nuper ante allegatum est ex Licerone ei qui accedit ad rempublicam non solum considerandum est quod illa res sit honesta: sed etiam an habeat efficiendi siue gerendi et admistrandi eam facultatem. Ex his duobus modis intelligit Ar. quod magnanimus se dignificat magnis dignis existens: vbi non addidit honoribus ne erraret aliquis credens quod magnanimitas esset tantum circa preminentias et honores appetēdos. Et ideo expōne qui se digni etiam magnis vel admistracionibus/ vel honoribus/ vel

Correla.

Exposito
tri capite
de magna
nimitate
quarriethi
corum.

Im
D
D
D

Nota.

veritas se illis dignificat. i. dignum putat et existimat subeundo scz que subeunda. vtrum autem pcurando videbitur posse. Et ad hunc sensum exponendus est totus tractatus de magnanimitate. **Quarta conclusio.** Maxime magnanimus tanq̄ circa premium sibi a creatura rationali tribuibile est circa maximos honores. Probatur hec conclusio ratione Ar. Magnanimus se dignificat tanq̄ premio bonis exterioribus magnis: sed maximus bonum inter exteriora est honor. Quod probatur Tum quia honores maxime dijs attribuimus. Tu secundo quia qui in dignitate sunt / nisi sit in eis rectitudo nature corrupta / maxime honorem desiderant. Tum quia honor est premium et merces clarissimarum rerum: ergo honor est inter bona exteriora maximum ergo maxime magnanimus se maximis bonis exterioribus dignificat. antecedes probatur: q̄ enim magnis probatur est q̄ exterioribus probatur quia dignitas vt dicit Ar. est ad ea que sunt exteriora bona. Tum ergo maximum bonum inter exteriora sit honor: sequit̄ q̄ se dignificat maximis honoribus. Dixi autem de premio sibi a creatura rationali tribuibili: qz vere magnanimus appetit bona eterna scz beatitudinem eternam. nec nisi forte fuit necessitas addere illud: qz licz magnanimus appetat beatitudinem eternam p premio. non tamen se putat dignum ea: imo cum sperat ea esse sibi conferendam: non estimat eam esse sibi conferendam precise ex dignitate meritorij: sz ex gratia et liberalitate pmiantis / a qua et merita et merces manauerunt. neqz putat se ex viribus suis habere facultatem consequendi eam. Ideo si magnanimus feratur in beatitudinem tanq̄ in premium: aliter calificandus est appetitusz similiter estimatio virium et facultatis sue q̄ circa honorem et alia bona temporalia. Advidendum autem qui sunt parui et magni honores. Aduertendum est q̄ honor fortius maliter est signum appetitus a magnanimo secundum q̄ signum et ideo ex eo q̄ honor est melius signum vel minus bonum signum: ex eo est maior vel minor q̄ autem aliquid sit melius signum pot̄ contingere tripliciter. Quo modo quia: est signum melioris opinionis et estimationis: sicut honor tribuitus a viris prudentibus et virtuosis et veridicis et hoc ipsum insinuans / est signum melioris estimationis q̄ honor tribuitus a viciosis. Et hoc habet expresse. Ar. pmo rethorice. Et honor (inquit) et complacentia delectabilissimo: um propterea q̄ fit fantasia vnicuiqz q̄ talis est studiosus et magis cum insinuet quos putat veraces esse. talis autem eui prope magis q̄ qui longe: et simul conuersati et noti: et ciues q̄ qui aliunde: et existentes q̄ futuri et pndentes q̄ infensari. et nulli q̄ pauci. magis enim verissime veridicos esse dictos contrarijs. Et sequitur: quoniam quos quis multum parupedit sicut pueros aut bestias nihil curat de horum honore aut opinione ipsius opiniois gratia: sed si quidem propter aliquid aliud. Secundo modo signum dicitur melius quia indicat q̄ estimatio cuius est signum sint de meliori et prestantiori bono: vt honor tribuitus alicui indicans q̄ fuit iust? vel fortis est melior et melius signum q̄ honor indicans q̄ fuit affabilis vel magnificus. quia secundum Ar. in eodem primo rethorice. Necesse autem maximas virtutes eas esse qua alijs honoratissime / si q̄

dem est virtus potentia benefactus. propter hoc fortes et iustos maxime honorant: hic quidem est in bello: hic autem et in pace utilis est. Tertio modo signum dicitur melius quia diuturnius est et incorruptius. et hoc modo inclinationes capitis genuflexiones et similia que transeunt et nihil relinquunt signum sunt et minora bona. Illa vero que per vitam durant vt alimenta publica sunt adhuc maiora. Illa vero que ad posteritatem transeunt vt imagines monumenta et alia huiusmodi / si sint signa boni eque magni adhuc sunt maiora. Dixi autem si sint signa et cetera. quia forte alimenta publica et triumphus tribuebantur tantum pro maximis beneficijs in rempublicam et pro minoribus tribuebantur imagines et monumenta sz de his postea. Aliter tamen honor dicitur magni ratione administrationis vel anere vel antecedentis. Antecedentis si capiatur precise honor pro signo. Anere si accipiatur pro dignitate habente administrationem grauem et difficilem. vt iudicatura prefectura consularis ducatus cardinalatus episcopatus et omnis cura publici regiminis magistrum doctoratum regentia que omnia dicuntur maiora qua cura vel administratio eis annexa dicuntur esse difficiliora et maiora. Quod contingit dupliciter aut secundum naturam negotiorum vt cura pastoralis q̄ prefectura: aut secundum conditionem circumstantiarum vt cura pastoralis vno tempore q̄ alio et in vno loco q̄ in alio.

Quinta conclusio magnanimitas est circa id quod est in vna quaqz virtute magnum. probatur primo auctoritate Ari. in quarto. Quidetur autem (inquit) esse magnanimi quod in vna quaqz virtute magnum. Secundo magnanimitas (vt dictum est) est circa arguas et difficiles administrationes sz huiusmodi ardue et difficillime administrationes non possunt geri nisi mediantibus magnis operibus omnium virtutum et etiam difficillimis igitur. Confirmatur qz magnanimus est circa omne illud quod non posito per eum necesse est a magnanimitate sua cadere. sed si magnanimus non operetur magna opera aliarum virtutum: necesse est eum frequenter cadere a magnanimitate igitur.

Pro declaratione huius conclusionis aduerte q̄ magnanimitas no dicitur esse circa omne quod est in vna quaqz virtute magnum eo q̄ omnis magnanimus iam habeat excellentissimos habitus aliarum virtutum. Quod patet sic Magnanimitas facit alias virtutes maiores ergo no inuenit eas iam perfectissimas. ans probatur p illud Ari. videbitur quidem igitur magnanimitas vt ornatus quod esse virtutum: maiores enim ipsas facit et no fit sine illis. Necesse est enim vt magnanimitas iam habeat multas alias virtutes / et eas maxime que ad gerendas publicas administrationes magis necessarie sunt vel utiles. Dico ergo q̄ magnanimitas est circa id quod est in vna quaqz virtute magnum qz inclinat ad operandum finem vnuquaqz virtutem magna et maxima. Quod contingit dupliciter. Vno modo qz ab ea immediate elicitur volitio magnorum et maximorum operum aliarum virtutum: et hoc modo verum est magnanimitate esse circa id quod est in vna quaqz virtute magnum: volitio enim qua quis vult esse excellenter iustus vel excellenter temperatus et sic de alijs a magnanimitate elicitur. Secundo modo qz ab

Quid honor sit exprimitur.

Signum multum dicitur melius

eo non elicitur talis volitio immediate sed mediā te actu ipsius magnanimitatis: verbi gratia magnanimus suscepit magna negocia tractanda: rā intelligit q̄ non pōt tractare laudabiliter illud negocium nisi per excellens opus magnificentie aut iusticie: tunc magnanimus firmat primo in se animum magnanimitate operandi / z elicit mediāte habitu magnanimitatis volitionē qua vult efficaciter facere magnanimitate: z mediante isto actu elicitur qui nō pōt esse efficaciter neq̄ imperatius executionis nisi vel excellenter iuste vel excellenter magnifice faciat / elicit volitionem quā vult excellenter vel iuste vel magnifice vel forte utroq̄ modo facere. Et tra si sint duo iusti habentes iusticiā secundum equalem gradum quoz vnus sit magnanimus z alius non: z incumbat vtrius aliquod magnū opus iusticie faciendum sic tñ q̄ illud opus incumbat magnanimo ppter administrationē aliquā susceptam expledam: tunc qui est iustus et non magnanimus non inclinatur in illud opus iusticie nisi per habitum iusticie. z forte inclinatione satis remissa si habitus suus non sit multum intensus. Ille vero qui est magnanimus inclinabit tripliciter. Uno modo ab habitu iusticie. Secundo inō ab habitu magnanimitatis inq̄tum est volitius magnorum operum in vna quoz virtute. Tertio modo ab eodem habitu magnanimitatis inq̄tum est primo z immediate volitius sui pprii actus et mediante eo est volitius vniuersalius actus sine quo non potest actus suus expleri. ¶ Sexta conclusio magnanimitas est circa diuitias potentatū z omnem bonā fortunam. pbatur magnanimitas est moderatiua delectationis puenientis et victis bonis cum assunt aut cum sperantur inesse / et tristicie puenientis ex carentia predictozum bonorum cum nō assunt aut cum desperantur adesse ergo magnanimitas est circa hec omnia. antecedes est Ari. in quarto cū ait sed adhuc z circa diuitias z potentatum z oem bonā fortunā z infortunū moderate habebit quomodocumq̄ fiant: z neq̄ benefortunatus vtrius gaudiosus erit neq̄ infortunatus tristis. Secundo quia magnanimitas est circa illud quod est causa honoris in magnanimo. sed bene fortune sunt causa honoris in magnanimo cum propter bonas fortunas homines estimantur digni honore igitur. Et hanc rationem tangit Ari. cuius ait videntur autem et bone fortune cōferre ad magnanimitatez nobiles enim dignificantur honore z potentes et diuites / in super excellentia enim bono autem super excellēti omne honorabilis. Tertio circa omne illud est magnanimitas per quod tanq̄ per instrumentum quoddam opera magnanimitatis geruntur et ardua et difficilia negocia tractantur et administrantur: sed per hec bona fortune administrantur tanq̄ per instrumenta quedam ardua z difficilia negocia et exequimur opera magnanimitatis igitur. maior videtur nota qz omnis virtus inclinans ad aliquod opus inclinatur ad omnia sine quibus nō potest geri opus illud aut etiam non tam cōmode nec tam laudabiliter. minor probatur per Ari. in primo ita dicentē. Videatur autem et eorum qui exterius sunt bonorum in dignis quemadmodum diximus. Impossibile enim vel non facile bona operari impotentem tribuere existentem, multa quidem enim operata sunt que-

admodum per organa per amicos per diuitias per ciuilem potentiam. quibusdam aut denudari conquinat beatitudinem vt puta nobilitate bona ple pulchritudine. Non omnino enim felix est qui specie turpissimus vel ignobilis vel solitarius et sine prole hec Ari. vbi ponit ea que exiguntur ad felicitatem. que nō omnia sunt necessaria ad magnanimitatem. Constat tamen q̄ inter omnia opera virtutum magnanimitas et fortitudo et magnificentia maxime egēt bonis exterius. Et hanc rationem tangit Ari. in quarto propter quod z talia magnanimitates faciunt.

¶ Sextima conclusio magnanimitas non est circa pecunias tanq̄ circa id quod intendit per graues et arduas administrationes consequi. probatur quia magnanimus non est cōtempitiuus bonorum que per opera magnanimitatis intendit consequi: sed magnanimus est contemptiuius pecuniarum et bonorum fortitudine vt in secunda conclusione diffuse allegatum est ex Tullio igitur. Secundo qui cupiditate lucri res arduas aggreditur non est promptior ad benefaciendum q̄ ad beneficiari: neq̄ verē cōdatur cum beneficium suscipit: sed magnanimus promptus est ad benefaciendum alijs et beneficiatus verecundatur. igitur. vt habet Ari. in quarto cum ait: Et potens benefacere beneficiatus autem verecundatur: hoc quidem enim super excellentis: hoc autem super excessi probat etiā per illud qd iam allegatum est. z potēs possidisse magis bona et infructuosa / fructuosius z vtilib⁹.

¶ Octaua conclusio magnanimitas magis est circa honores q̄ circa bona fortune. Probatur quia magnanimus magis dolet propter carentiam honoris q̄ propter carentiam bonorum fortune. qd patet per Ari. in quarto qui postq̄ pbauit q̄ moderate se habet circa hec bona et mala fortune / z q̄ non multum gaudet si habeat: neq̄ multum tristatur ppter infortunia subiungit. Neq̄ enim circa honorem ita habet vt maximum eius. Secundo magnanimus non cupit bona fortune nisi inq̄tus valent ad honorem consequendum. igitur magis est circa honorem q̄ circa bona fortune. Antecedens pbatur per Ari: ibidem potentatus enim inquit et diuitie ppter honorem sunt desiderabilia: habentes igitur ipsa / per ipsa honorari volunt.

¶ Tertio si vir magnanimus in administratione rerum grauium in hac conditione positus sit vt sit si bi patiendum detrimentum in bonis fortune aut in honore ipse ex magnanimitate sua inclinabit magis ad ferendum detrimentum diuitiarum cum integritate honoris q̄ detrimentum honoris cum integritate bonorum fortune: vt satis cōstat ex multis que dicta sunt. ergo magis est circa honorem q̄ circa bona fortune. ¶ Nonā conclusio magnanimitas magis est circa arduas et difficiles administrationes q̄ circa honores. pbatur qz si sit ea cōditio rerum z circumstantiaz vt vel male viciose gerende sint vel periculis sit honore q̄ perri solet tales administrationes recte gerentibus: vir magnanimus magis eligit recte z virtuose administrare cū puatione honoris q̄ administrare viciose cū afflictione honoris. ergo magnanimitas magis est circa rectam administrationē arduorum negotiorum q̄ circa honores q̄ p̄ditio posita in antecedente sit possibilis. pbatur volo q̄ alicui bono et perito

viro sit aliqua administratio commissa et sit alius in ciuitate potens admodum qui instet vehemēter apud eum de modo gerēdi illam administratiōē qui modus secundū rei veritatez nō sit virtuosus sed viciosus / et sciat q̄ si sequatur illum modū ipse viciose administrabit: si autē non sequatur per potentiam illius impediatur ab honore quē solēt cōsequi hi qui similes administraciones gerunt: tūc talis si sit vere magnanimus magis eliget administrare virtuose et priuari honore q̄ administrare viciose et honorem assequi. ¶ Decima cōclusio magnanim⁹ sic ē circa magnos honores q̄ magis cupit se his dignū facere q̄ eos cōsequi. p̄batur esse dignū magnis honoribus est simpliciter melius q̄ habere magnos honores: ergo magis cupit esse dignus magnis honorib⁹ q̄ magnos honores assequi p̄batur cōsequētia quia omnis virtus q̄ per se est circa aliqua duo magis est circa id quod est melius. Tum secundo quia si magnanimus esset in ea necessitate vt altero duorum priuandus esset minus fugeret priuari magnis honoribus q̄ hoc quod est esse dignum magnis honoribus. ¶ Tum tertio quia sit dignus magnis honoribus per excellentia opera virtutū. Sed magnanim⁹ magis cupit excellentia opera virtutum q̄ honores ipm̄ igitur. ¶ Undecima conclusio vere magnanim⁹: cum suscipit dignitatem aliquam q̄ et administrationem arduorum negotiorum et honorem magnū et etiam vtilitatem magnam annexas habet. magis cupit dignitatem p̄pter rectam administrationem q̄ p̄pter amplitudinem honoris vel copiam vtilitatis. p̄batur ex dictis quia magnanimitas magis est circa rectam administrationem arduorū negotiorum q̄ circa vtilitates aut honores. Et quo se quitur q̄ si illa dignitate vnū ab alijs separetur et non possit retinere nisi vnū ipse magis retineret administrationem ipsam q̄ honorem vel vtilitatem. Sequitur secūdo q̄ his diebus pauci sunt magnanimi. nam pauci reperiuntur qui nisi p̄pter vtile aut honorem annexum administrationes cupiant imo communiter retinemus nobis honorem et vtilitatem: administrationem alijs committim⁹ vt prelati vicarij batiū locum tenentibus et ita de multis alijs. ¶ Duodecima conclusio vere magnanimus magis cupit opinione virtutis bene factiue q̄ honorem. p̄robatur quicunq̄ diligit aliquid vt signum magis diligit signatum s; magnanimus diligit honorem tanq̄ signum opinionis bene factiue. ergo diligit magis opinionem benefacti uam. ¶ Decimatertia conclusio magnanimus magis cupit esse virtuosus siue habere opera excellentia virtutis benefactiue q̄ cupiat opinionē de huiusmodi excellentibus operibus. p̄batur quia secū dum Aristotelem magnanimus magis curat veritatem q̄ opinionem et magis appetit esse bonus q̄ videri bonus. ¶ Contra primam conclusionem arguitur sic Magnanimitas est circa magnos honores: ergo nō est circa arduas administraciones. consequentia tenet quia vnus virtutis oportet eē vnū obiectum: sed nihil cōmune honoribus magnis et arduis administracionibus est obiectū magnanimitatis et magn⁹ honor est obiectum eius. ergo non. Et antecedens probatur per Aristotelem in quarto capitulo de magnanimitate. Maxime q̄ dem igit̄ circa honores et inhonoraciones magna

nimus est. Et paulo ante eadem sententiam posuit. et in eodem dicit q̄ non se habet magnanimus circa honorem sicut circa alia vt allegatum est in secūda et quarta conclusionibus. Secundo omnis virtus est circa aliquas passiones aut operationes. sed ardua difficilia negotia nec sunt passiones nec operationes. ergo circa ea non consistit magnanimitas et per consequens nec circa administraciones eorum. ¶ Tertio negocia ardua geruntur per actus et opera omnium virtutū / cū necesse sit multas virtutes cōcurrere ad gestionem vnus ardui negotij. ergo circa horum administraciones non est plus magnanimitas q̄ alia virtus. ¶ Ad probationem nego assumptum et dico q̄ arduum et difficile est cōmune administracionibus et honoribus magnis et potest hoc assignari esse obiectum magnanimitatis. Et si dicas q̄ alie virtutes sunt circa ardua et difficilia vt magnificentia et mansuetudo et iusticia. ¶ Item etiam quilibet virtus saltem secundum gradum perseuerantie et heroicum est circa ardua. Respondeo q̄ magnificentia bene est circa magnos quia circa magnos sumptus: sed non est circa ardua cum tales sumptus non sint pleni laboris et periculorū. alie etiam virtutes licet sint circa difficilia non tamen sunt circa ardua secundum se et tāq̄ circa obiectum cōmune quia sic est circa ardua tanq̄ circa obiectum commune tunc quilibet actus earum esset circa aliquod arduum quod patet esse falsum. alie etiam virtutes secundum gradus dictos habent esse circa arduum ex circumstantia: vt opus iusticie quod sit non obstantē cōminatione mortis est arduum non secundum substantiā illius operis sed ex circumstantia cōminationis. Aliter respondeo q̄ aliqua virtus dicit esse circa aliqua plura dupliciter: vnō modo ex equo: et secūdo eandē ratione et sic concedo q̄ oportet talem virtutem esse circa aliquid cōmune ad ea ad bonū intellectū scilicet eo mō quo virtutes dicunt esse circa cōmunia. Alio mō aliqua virtus dicitur esse circa aliqua inqualiter: aut qz prius est circa vnū q̄ circa aliud: aut qz est circa vnū tanq̄ circa materiā: et circa aliam tanq̄ circa actū aut tanq̄ p̄mū / aut tanq̄ circa instrumentū illius act⁹ et tūc nō oportet virtutē illam esse circa aliquid cōmune ad hec oīa. quomō autez magnanimitas sit diuersimode circa diuersa dictum est prius in conclusio nibus. ¶ Ad secundā cōcedo maiorem sed dico q̄ multa sunt circa que est illa virtus que nec passiones sunt nec operationes vt puta materia illarū passionum et operationum vt patet de liberalitate et magnificentia que sunt circa pecunias: quelicz non sunt passiones aut operationes sunt tñ operationum vel passionum materia. et ad minōrē dico p̄ mo q̄ licet negocia magna et ardua nō sint operationes vel passiones: administraciones eorū tamē sunt operationes. et circa huiusmodi administracionem cadunt multe et varie passiones et operationes et etiā circa honores circa quas passiones et operationes versat magnanimitas / desperatio / spes amor / et odiū / delectatio / et tristitia: nōnulli etiam sūt qui hmoi arduas administraciones amant et sperant et in eis delectant. Alij vero sunt qui desperant se posse gerere odiunt eas et in eis tristantur. quazōim passionū magnanimitas est moderatiua et directiua operationum circa eadem negotia.

Magnanimus magis cupit opinionem q̄ honorem.

Ardua administratio.

¶ Ad tertiam concedo antecedens et nego consequentiam quia licet ardua negocia agantur per actum aliarum virtutum: nulla tamen earum inclinatur ad subeundum huiusmodi administrationes ubi et quando et gratia cuius oportet: aut ad fugiendum et recusandum ubi quando et gratia cuius oportet et ideo necessaria est magnanimitas circa huiusmodi administrationes sed de hoc diffusius postea dicetur.

¶ Contra tertiam conclusionem arguitur primo. Magnanimitas est in vi irascibili: sed honor non pertinet ad vim irascibilem sed ad vim concupiscibilem cum honor sit concupiscibile quoddam. ¶ Secundo magnanimitas magnis videtur pertinere ad persequendum quod ad figuram: cum ille dicatur magnanimus qui ad magna tendit: sed illi magis laudatur qui fugiunt honorem quam qui persequuntur igitur.

¶ Tertio magnum et paruum non variant speciem virtutis: sed magnanimitas non est circa paruos honores. ergo neque circa magnos. ¶ Quarto si cum magnanimitas est circa honores ita et mansuetudo circa iras sed non est de ratione mansuetudinis quod sit circa magnas iras ergo nec de ratione magnanimitatis est quod sit circa magnos honores.

¶ Quinto paruum honor minus distat a magno honore quam inhonoratio: sed magnanimitas est circa inhonoraciones: ergo etiam est circa paruos honores.

¶ Ad primam respondeo quod si primum irascibilem intelligatur aliqua vis anime sensitiva et non rationalis sic nego maiorem: et dico quod omnes virtutes morales sunt in voluntate. Si autem intelligatur vis aliqua appetitiva que tendit in arduum concedo eam. Et ad minorem dico quod concupiscibilia ardua pertinent ad vim irascibilem: ideo non sequitur hoc est concupiscibile ergo non pertinet ad vim irascibilem.

¶ Ad secundam concedo primam partem antecedentis quibus tamen sit circa utrumque magnanimitas. Et ad secundam dico quod continetur fugere honorem dupliciter. uno modo antecedenter quia scilicet fugimus arduas et difficiles administrationes et tunc dico quod hoc interdum est laudabile: cum scilicet diffidimus ea posse bene agere: aut cum sint alij multi qui eas bene et laudabiliter gerere possunt et nos vacare volumus: alij que vel quotorum vitam nostram reddunt et nos contemplantioni celestium melius accommodant: interdum vero illud est viciosum: sicut cum speramus nos bene posse gerere huiusmodi administrationem et eam non fugimus causa alicuius maioris boni.

¶ Secundo fugitur honor in seipso scilicet signum illius opinionis benefactivae: et hoc bene fieri potest et male. nam sit per fugam illam diminueretur estimatio et diminutio estimacionis esset in detrimento eorum que gerenda sunt per ipsum ita quod non tanta fides vel auctoritas dicitis aut factis eius tribueretur: tunc fuga illa honoris non videretur conformis recte rationi. si vero non esset detrimentum nec sui nec aliorum sed ita esset divinis operationibus affectus ut externa omnia contemneret tunc posset bene fieri. Tertio modo fugitur honor in consequente et effectu suo scilicet in bona opinione et estimacione laudabili que generatur in hominibus per hoc quod iste honor sibi tributus est. nam honor est signum opinionis benefactivae in his qui honorem tribuunt et est causa saltem mediata estimacionis bone: in his qui cognoscunt hunc honorem esse sibi a viris probis et sapientibus tributum et hoc modo fugere honorem non est virtuosum sed viciosum

sem illud curam habere de bono nomine. cum illis etiam qui famam negligit crudelis est. Quarto modo fugitur honor quo ad dignitatem: quando scilicet quis non vult se facere dignum magnis honoribus et hoc est viciosum maxime in eo qui potest hoc facere et iste modus non multum differt a primo et hoc est quod maxime intendit magnanimus sed de hoc honoris contemptu agetur postea. ¶ Ad tertiam respondet beatus Thomas quod in virtutibus que sunt circa passiones que habent principaliter inquantum passiones magnam vim resistendi repugnandi rationi non reperiuntur virtutes differentes in magnam paruum qui virtutes tales non ponitur nisi circa aliquid quod est magnum eo quod appetitus sensitivus in quo sunt naturaliter subditur rationi. sicut fortitudo est circa maximas timores et audacias. Temperantia est circa maximam delectationem concupiscentias. Et mansuetudo circa maximas iras. In virtutibus vero que sunt circa passiones que magnam vim habent repugnandi rationi ex ipsis rebus que sunt obiecta passionum sicut sunt amor vel cupiditas pecunie seu honoris oportet differentiam esse inter magnum et paruum ita quod sit una virtus circa parva et alia circa magna ut circa pecunias liberalitas et magnificentia circa honores modestia et magnanimitas. Ista opinio videtur michi debere in aliquibus primo in hoc quod dicitur quod quidam passiones inquantum passiones nate sunt facere magnam resistantiam rationi. Alie vero passiones nate sunt facere magnam repugnantiam rationi: ratio de ipsorum obiectorum: quia si hoc valeat constat quod unum membrum intelligitur cum passione alterius quia si unum includeretur in alio: nulla esset differentia inter membra. ¶ Tunc arguo sic quod unum repugnantiam rationi nata est facere cupiditas pecunie ex parte obiecti tantam nata est facere timor ex parte obiecti scilicet ex parte periculum mortis in bello: igitur distinctio Thomae nulla: et antecedens probatur quia quod unum repugnantiam rationi nata est facere magna est amabilis. tantum terribile siue parvum siue magnum est fugibile imo multo plus. Ista etiam argueret de ira quia sicut pecunia siue parva siue magna est desiderabilis: ita et parumpensio que est obiectum ire siue parva est siue magna est fugibilis. et vindicta que est obiectum ire siue parva siue magna est multum desiderabilis. Secundo omnes passiones in hoc conveniunt quod posite in appetitu resistunt rationi: siue obiecta sint siue non sint et non posite in appetitu siue obiecta sint siue non resistunt. Obiecta etiam omnia in hoc conveniunt quod nullomodo resistunt rationi nisi apprehensio eorum passiones causaverit in appetitu et omnia etiam resistunt quorum cognitio passionem causavit in appetitu. ergo si alie que passiones resistunt ut passiones. et omnes et si alie que resistunt ratione obiectorum circa que sunt et omnes etiam eodem modo resistunt. ¶ Tertio timor inquantum timor non plus resistit rationi quam cupiditas inquantum cupiditas. et tristitia ex parumpensione inquantum tristitia non plus resistit rationi quam tristitia difficultatis rerum difficultium gerendarum. Quarto nulla obiecta resistunt rationi nisi ratione passionum ab eis causatarum et omnia que causant huiusmodi passiones resistunt rationi. igitur nulla est differentia. Secundo deficit in hoc quod dicitur quod circa passiones primi generis non est aliqua virtus

Opinio
Thome.

Contra tho
mavbi sup.

nisi circa id quod est magnū. Quod probatur sic
circa paruas concupiscentias / paruas iras / et
paruos timores potest aliquis deficere / et super
abundare et mediocriter se habere ergo circa hec
omnia est aliqua virtus / et per consequens circa
paruas concupiscentias est ita bene temperantia si
cut circa magnas et circa paruas iras mansuetudo
circa paruum timorem diuersa virtutes asis p
batur parue ire possunt mouere ad vindictam cō
tra iudiciū rationis. et parue concupiscentie possūt
mouere ad desiderium rei concupite cōtra iudiciū
rationis / vt si quis p parua concupiscentia cibi mo
ueatur comedere cū ecclesia iubet abstinere. aut
ppter parua concupiscentia moueatur fornicari
adulterari aut aliquid huiusmodi imo videt q cō
cupiscentia qua eua et adā mori sunt ad edendū
de fructu phibito fuerit multū parua. Tertio seq
retur q peccata cōmissa p iram et intemperantia
a toto genere essent multo excusabiliora q̄ facta
per appetitū pecuniarū vel honoz. Et patet con
sequentia quia non cōmittuntur talia peccata ni
si ppter vehementē temptationē. quia nō nisi pro
pter vehementē concupiscentia. Sed cōstat q q̄
to temptatio et insultus est maior tanto magis ex
cusatur qui vincitur igitur. Quarto sit vna concu
piscencia circa adulteriū satis intensa. Arguitur
consensus in hanc totā concupiscentia et immedie
tatem eius et in medietatē illius medietatis est vo
lucto adulterij. cū omnes he partes sint eiusdē ra
tionis sed harū medietatū multe sunt parue cōcu
piscencie igit. Quinto circa paruas concupiscen
cias aut est tantū viciū aut tantū virtus aut inter
dum virtus et interdū viciū aut nec virtus nec vi
ciū. Non vltimū quia contingit circa tales par
uas concupiscentias esse actū voluntatis siue vo
lendo siue nolendo. Si terciū habetur intentum.
Si secundū aut est virtus volendo aut nolendo.
Si volendo: ergo nolendo erit viciū. Si nolēdo:
ergo volendo erit vitium. Si primū eodemmodo
arguitur quia si circa eas sit virtū volendo: nolen
do erit virtus: et si sit vitiū nolendo: volendo erit
virtus. Sexto vbi totū genus aliqd est phibitū ibi
tam magnū q̄ parū cadit sub phibitione: sed to
tum genus adulterij est phibitum ergo tā magnū
q̄ paruum cadit sub phibitione. Septimo tales
passiones siue causentur a magnis siue a paruis:
rebus nate sunt resistere rationi. ergo circa obie
cta taliū passionum siue sint magna siue parua / ē
aliqua virtus. Et antecedens pbatur. quia tales
passiones sū q̄ passiones repugnant rationi: sed
a quibuscūq̄ causentur. siue a magnis siue a paruis
semp sunt passiones. ergo semper nate sunt resiste
re rationi. ¶ Non videtur itaq̄ michi q̄ beat⁹ tho
mas assignet rationabilem causam ppter quā cir
ca vnam materiā sunt due virtutes. et circa aliaz
non sit nisi vna. Et ideo al ter respondeo ad rōnē
Lū dicitur magnū et parū non variant speciem
virtutis. distingo. aut si intelligatur de magno et
paruo in eadē specie et sic concedo vel de magno
et paruo in diuersis speciebus et sic negatur. Di
co aut q̄ magne administrationes. et parue differūt
specie. vt esse dignū magnis honoribus eē dignū
paruis honoribus differunt specie. Similiter par
ui honores et magni vt alimenta publica a genu
flexionibus / et prima sedes ab inclinatioe capitis

Et licet pecunia magna et parua nō differant spe
cie sicut et aliquis honor magnus et aliquis parus
vt prima sedes / et secunda vel tertia. dico tamen
q̄ magnificus sumptus magne pecunie differt spe
cie a sumptu non magnifico parue pecunie et ma
xime volitiones hoz sumptū et dictamina directi
ua. Non em̄ omnis sumptus magne pecunie ē ma
gnificencia aut vitiū magnificencie oppositū: sed
aliquando est pdigalitas magnificus tamen sum
ptus habet circumstantias multas que sunt obie
cta volitionū et nolitionū elicitarum a virtute ma
gnificencie et etiā dictaminum directiuoz hozum
actiuū ratione quoz obiectoz differunt specie a
sumptibusq̄ p̄tinent ad liberalitatē. ¶ Hāc isti ma
gnifici sumptus sunt ppter causas raro emergen
tes sumptus liberalitatis ppter causas frequēter
emergentes. Dico igitur q̄ obiecta virtutis sunt
duplicia / quedā sunt que sub se cōtinent multa spe
cie differentia circa quoz aliqua vt plurimū homi
nes facultatē habent bene se habendi tam volēdo
q̄ nolendo: circa alia vero pauci homines etiā be
ne instituti facultatē habent bene se habendi tam
volendo q̄ nolendo ita q̄ talia excedunt cōmunē
facultatem hominū ¶ Vbi gratia hoc cōmune ad
ministratio continet sub se aliquas administratio
nes circa quas vt plurimū homines recte possūt
se habere et hōmī administrationes dicuntur par
ue: continet etiā administrationes specie differen
tes circa quas pauci homines possunt recte se ha
bere ita q̄ gestio earū excedit cōmunem facultatē
hominum. Ita etiā hoc commune honoz continet
sub se aliquos honores quibus vt plurimū homines
se dignificare possunt et continet etiā aliosq̄ exce
dunt cōmunem hoz facultatē. Ita etiā de sumpti
bus magnis et paruis / sumptus parui dicunt quo
rum recte faciendoz facultas vt plurimū homini
bus conuenit. magni vero quoz recte faciendoz
facultas excedit cōmunem hominum facultatem
¶ Philosophi ergo inquirentes moribus hominū
talia obiecta in magnū et parū distinguerūt / et cir
ca parū posuerunt vnā virtutem / circa magnū
aliā. alia vero sunt obiecta in quibus non reperit
hec distinctio vt in ira vel delectabili et tristabili
subdit causam quia per hoc fit fantasia quod ille est
studiosus. Aliter dicitur quod honorari inter bona exte-

Ronesbur-
ridani. vbi
su. q. 110. 9.

Solutio
Buridani.

riora est delectabilissimorum sed non simpliciter quia opera virtutum sunt delectabiliora sed hoc non sufficit quia non comparo honorem ad honorare sed honorari virtuosum ad honorare virtuosum. ¶ Ad tertiam dico quod magnanimus catholicus non magis desiderat honorari quam honorare loquendo semper de honorari et honorare ad sensum tertie conclusionis et de honorari ab hijs a quibus debet et honorare eos quos debet sed dico quod magis desiderat beneficiare quam beneficiari et hoc concludunt probationes et nichil aliud ut patet inventi nec verendum sunt beneficiari quia recusat honorare sed quod magis appetit beneficiare quam beneficiari ideo magis appetit honorari quam honorare. ¶ Ad quartam respondeo catholicus quod honor non est proprium virtutis sed beatitudo eterna aut aliud bonum honorem magis putat gratia quam dicitur proprium saltem de congruo et si honor non sit proprium virtutis non est nisi proprium accidentale et non essentialis non oportet autem tale proprium esse melius virtute non catholicus autem diceret quod maiore veritate habet de proprio condigno et sufficiente sed non de insufficiente. Et ad maiorem diceret quod honor non est proprium virtute condignum sicut expressum habet. ¶ Tri. et frequenter superius est allegatum. Virtuti profecte inquit non fiet condignum honor. ¶ Ad quintam conceditur maior ceteris partibus et negatur minor de honorare et honorari virtuosus et laudabilibus nullum enim opus virtuosum est servile sed bene verum est quod honorari debet alicui ex nobilitate et libertate conditione quod honorare. Et propter hoc recte honorari dicitur libertus et honorare servilius quod vni oritur ex beneficiare quod est nobilitas et aliud ex beneficiari quod est servilitas. ¶ Ad sextam nego maiorem vniuersaliter sed bene est verum de illo quod ponit nobilitatem et excellentiorem conditionem ideo cui convenit quod aliud. Et iste omnes rationes sunt pro prima conclusione pro maiori parte. ¶ Ad ultimam dico quod duplex potest esse in rege actus honorandi. vnus conveniens maiestati regni. alius disconueniens de secundo dico quod illud non est virtuosum ideo de illo non est conclusio de primo dico quod actus honorandi conveniens regi potest esse laudabilior quam ipsa honoris susceptio. et hoc si comparantur actio et passio precise inter se sicut intellectus virtutis conclusionis propter talem autem honorationem non pertinetur ordo reipublice sed magis stabilis et augetur. Et hec de questione

De hec inquirendum

Est de nonnullis virtutibus que ad aliquibus dicitur pertinere ad magnanimitatem vel fortitudinem tanquam partes. vtrum hoc verum sit de omnibus aut de nullis aut de quibusdam quidem sic aut de quibusdam non. Et propter quod de fiducia vtrum sit species magnanimitatis. ¶ Arguit quod non. Quia magnanimitas est magnos operatus sed fiducia sicut est distincta ab alijs partibus fortitudinis non est magnos operatus cum hoc pertineat ad magnificentiam ergo fiducia non est species magnanimitatis. ¶ In oppositum sunt Tullius et Macrobius et andronicus ut supra patuit. ¶ Notandum est quod ut supra patuit fiducia non est aliud quam spes bene se habendi circa arduas difficultates huiusmodi autem spes imponit duos actus. vnum voluntatis qui est velle sue desiderare operationem arduam et difficultem. Alium rationis qui est estimatio firma et certa quod talia ar-

dua et difficulta sufficiemus agere primus actus est principaliter significat usque fiducia. ideo fiducia sicut et spes est voluntatis habitus et non rationis. secundus est et notatus per fiduciam et ideo secundus actus non est fiducia sed est actus sine quo actus voluntatis non est fiducia ita quod si quis desideraret magna administrare et non estimaret certitudinaliter se posse bene et commode ea administrare tunc talis non haberet fiduciam. Dixi autem quod talis estimatio debet esse firma quia si esset tenuis et infirma non sufficeret ad fiduciam. Dixi autem certa quia si esset firma et incerta potius causeret temeritatem quam fiduciam. ille enim est temerarius potius quam fides quia false estimat posse sufficere magnis rebus tractandis eas administrare desiderat. Et quibus patet quod fiducia est per quem quis operatur magna et difficulta gerere que se bene et landabiliter gesturum firmiter et certe existimat: et non puto quod Tullius aliud voluerit intelligere cum diffiniens fiduciam ait. Fiducia est per quam magnis et multis honestis rebus multum ipse animus in se fiducia certa cum spe collocavit in impopitatis quedam diffinienti in hoc quod fiducia per fiduciam diffinitur: et etiam per spem certam que eadem fiducie est. ¶ Itaque sicut thomas fiducia est quoddam robur spei pueniens ex aliqua consideratione que facit vehementer opinionem de bono assequendo. Et quibus verbis patet quod fiducia includit illa duo que diximus patet etiam quod fiducia non est aliud quam certa spes cui sit robur spei. Sed parcendum est Ciceroni. Nam quia magis in diffinitionibus vandis ornatu oratorum quam ritorem artis diffinitive observare voluit. Tu quia tu fecit libros illos rethoricoz erat iuuenis ut testatur in libro de orato re vbi non multum probat huiusmodi rethoricoz libros et hoc idem de eo testatur Quintilianus. ¶ Notandum secundo quod fiducia accipitur dupliciter. Vno modo pro omni spe certa bene se habendi circa difficulta. et hoc modo fiducia in omni virtute reperiri potest. Alio modo accipitur fiducia pro spe certa bene se habendi circa difficulta et arduarum rerum administrationes: et ista videtur esse contenta sub prioris fiducia inferius sub superiore. ¶ Prima conclusio fiducia primo modo dicta non est species magnanimitatis. patet quia reperitur in omni virtute potest esse aliquo certo sperare et fidere se bene gesturum ea que pertinent ad iusticiam aut se continenter victurum aut se evasurum in doctum theologum aut sevora alicuius religionis observaturum. ¶ Secunda conclusio fiducia secundum dicta est species magnanimitatis. patet. fiducia huiusmodi per se ad aliquam virtutem sub qua essentialiter et tanquam inferius sub superiore continetur: sed nulla est ad quam hoc modo pertineat nisi magnanimitas. igitur minor est certa quia restricta est significatio eius ad materiam magnanimitatis ut patet inveniendi et maior probatur quia actus fiducie est actus per se virtuosus ergo habitus est per se virtuosus. Aut ergo fiducia significat habitus plurimarum virtutum sicut fiducia primo modo dicta et hoc non cum restricta sit ad materiam magnanimitatis: aut significat habitus tantum ad unam virtutem scilicet ad magnanimitatem pertinentes et tunc habetur intentum. ¶ Tertia conclusio actus fiducie primo modo dicte possunt haberi ad habitum magnanimitatis mediate: vel immediate. patet per illud quod supra declaratum est quod ad magnanimitatem pertinet quicquid in vnaque

Fiducia
quid sit.

virtute magnus / r ibi require declarationē huius:
 ¶ Quarta conclusio p̄ter fiducia nō est ponēda se-
 curitas tāq̄ aliquid ad magnanimitatē pertinēs,
 p̄bat securitas nō est aliud s̄m Thomā cōtra quē
 ponit ista cōclusio quā p̄fecta quies animi a timo-
 re sed habita fiducia habet perfecta quies a timo-
 re q̄ p̄ter fiducia nō exigit securitas minor: p̄bat
 q̄ si nō habet perfecta quies a timore habet ad-
 huc timorē perturbās. si habet timorē perturbās siue
 inquietans nō habet certa spes q̄ certa spes au-
 fert timorē inquietatē r perturbatē. si nō habet cer-
 ta spes nō habet fiducia vt ex diffinitione fiducie
 r ex supradictis p̄t̄z q̄ si nō habet p̄fecta quies a
 timore nō habet fiducia r p̄ p̄ns ex oppositō p̄nt̄z
 si habet fiducia habet perfecta quies a timore et
 per p̄ns habetur securitas. Secundo s̄m eundem
 Thomam qui habet fiducia h̄z quoddā robur sp̄ci
 cū vehemēti opinione de bono p̄sequendo hec est
 verba eius sunt. r ideo inquit q̄ fiducia importat
 quoddā robur sp̄ci pueniēs ex aliqua cōsideratio-
 ne q̄ facit vehemētē opinionē de bono assequēdo
 inde est q̄ fiducia ad magnanimitatē p̄tinet. Sed
 q̄ h̄z robur sp̄ci cū vehemēti opinione de bono asse-
 quendo h̄z securitatē de affectione illius boni q̄
 tunc cessat timorē igit. Tertio om̄e virtuosū in p̄ se
 expulsiuū desperationis est securitas: sed fiducia
 vel certitudo sp̄ci est aliqd̄ virtuosum p̄ se expulsi-
 uū desperationis q̄ implicat q̄ quis simul speret
 vel fidat r desperet igit dixi autē in maiore virtuo-
 sum q̄ audacia r temeritas expellūt desperationē
 sed ipsa nō sunt virtuosa. Eadē autē maior p̄batur
 per Thomā dicentē q̄ securitas ex p̄nt̄z pertinet
 ad magnanimitatē inq̄t̄z expellit desperationem
 securitas expellit desperationē q̄ quod h̄z virtuo-
 sum qd̄ expellit eā est securitas sed instabis q̄ opi-
 nio p̄babilis expellit desperationē r tñ p̄tat q̄ ipsa
 nō est securitas. R̄sum q̄re. Quarto ois pars ma-
 gnanimittatis ē fiducia / magnificētia / paciētia / vel
 p̄seuerātia: sed securitas nec ē p̄seuerantia nec pa-
 ciētia nec magnificētia q̄ securitas est fiducia ma-
 ior est nota ex diuisione Tullij quā etiā recipit bea-
 tus Thomās r s̄m quā p̄sequitur de partibus ma-
 gnanimittatis. fin securitas nec magnificētia est
 nec paciētia nec p̄seuerantia q̄ securitas est eadē
 fiducie. Quinto nā idem doctor vbi agit de parti-
 bus fortitudinis dicit q̄ securitatē quā ponit A-
 crobius cōprehendit Tullius sub fiducia: sed A-
 crobius per magis specialia distinguit ergo fiducia
 est superius ad securitatē ergo nō fuit distinquen-
 da securitas cōtra fiduciam. Sexto securitas aut
 dicit actū intellectus aut voluntatis: si voluntatis
 tūc vel est volitio simplex rex arduarū administrā-
 darū / aut est volitio imperatiua executionis: si h̄z
 ipsa nō est distincta a magnificētia / si p̄m̄ tunc cū
 cōnotet ex parte intellectus certitudinē quandā
 de administratione bene gerenda tūc est eadē sp̄ci
 si autē sit actus intellectus tunc nō videt esse nisi
 certitudo de hmōi administratione gerenda r hoc
 est quod dicebamus esse cōnotatū per fiducias.
 Si autē dicas q̄ dicit excellentiōē gradū certitu-
 dinis aut igitur importat gradus certitudinis s̄m
 sp̄m differentes aut non nō p̄m̄ q̄ nō videtur
 ratione cuius posset assignari hmōi differentia spe-
 cifica certitudinū. si s̄m ergo nō differunt sp̄e.
 ¶ Quinta conclusio sufficientia quā importat fi-

ducta nec diuinum nec humanum secludit auxiliū
 probatur p̄m̄ q̄ actus secluderetur diuinum
 auxiliū non esset fiducia sed temeritas. tum quia
 nullus pōt esse actus magnanimitas meritorius
 sine gratia tum q̄ secundū Aug. nullus pōt esse a-
 ctus bonus moraliter sine spiritali adiutorio dei
 vt loco suo ostendit. Secdo p̄batur per illud scdo
 ad corin. iij. Fiducia autē habemus per iesum x̄p̄s
 ad deum nō q̄ simus sufficientes cogitare aliquid
 a nobis quasi ex nobis: sed omnis sufficientia no-
 stra ex deo est. Ad cuius p̄bationē adducende es-
 sent oēs auctoritates Augustini. Ambrosii. Cassia-
 ni et aliorū sacrorū auctorū quibus dicunt nos nec
 tentationes superare posse nec bonis actibus in-
 cumbere nisi deo specialiter adiuuāte. sed quia ē
 alius locus ideo nunc taceo. secūda pars p̄batur
 sufficientia audacie r sp̄ci non excludit humanū
 auxiliū ergo nec sufficientia fiducie. cōsequētia
 videtur manifesta r maxime de audacia honesta et
 laudabili de qua Ari. agit secundo rethorice: r an-
 tecedens p̄batur per eundem ibidem dicentē q̄
 quis ad audaciam mouet p̄pter multitudinē ami-
 corū potentū et pecuniarum / r si inquit existere
 ipsi vt puta plura r maiora quib̄ excedēs timē
 di sunt. hec autē sunt multitudine pecuniarū r robur
 corporis r amicorū. ¶ Sexta cōclusio fiducia siue
 fidentia nō sic specialiter respicit finem intantū q̄
 p̄pter bonum finis det fortē vel magnanimo se-
 curitatem audendi in aggrediendo difficilia que
 conclusio posita est p̄tra Albertum qui per hoc di-
 stinguat fidentia a magnanimitate / fidentia enim
 est q̄ dicta est / magnificētia respicit magnitudinē
 difficultis r ardui dicit autem q̄ fiducia r securitas
 sunt partes fidentie cōfidentia autē eadē fidentie
 est nisi q̄ nominat eam vt dicit aggregatū ex fidu-
 cia r securitate r addit q̄ fiducia dicit p̄sumptio-
 nem pueniēdi ad finē / r securitas addit certitudi-
 nem sp̄ci ex p̄ficientia habitus boni in aia / fidentia
 vero siue p̄fidentia dicit vt rōq̄. hec opinio multa
 dicit quaz quedā sunt volūtaria qdā dubia r qdā
 falsa. volūtaria sunt q̄ ponit circa distinctionē isto-
 rum terminorū / fiducia r fidentia maxime cū apud
 nullū auctorem videant̄ distinctus habere signifi-
 cationes: r p̄terea videt ponere idē p̄t̄itē signi-
 ficationis inter fidentia r p̄fidentia r tñ aliquam
 differentiā expunit nisi q̄ cōfidentia nominat eā
 vt dicit aggregatū ex vtroq̄ qd̄ nō minus tñ facit
 fidentia q̄ p̄fidentia / nec hoc tñ cōuenit cū his q̄
 dicunt q̄ p̄fidentia in malū sonat: fiduciam vero sem-
 per in bonū q̄ tñ credimus s̄m auctores antiquos
 non esse inter fiduciam r fidentia distinquendū ideo
 diximus fiduciam et actū voluntatis r actū ratiōis
 includere. Dubia sunt q̄ dicit q̄ certitudo sp̄ci ex
 p̄ficientia boni habitus in oīa generat / dubiū est ei
 de quo bono habitu intelligat et an de vno aut de
 multis siue vno solo habitu intelligat puta de habi-
 tu magnanimitatis falsum est. non em̄ aliquis per
 solum habitum magnanimitatis redditur potens
 administrare res arduas ergo nec ex illius solus
 habitus conscientia generatur fiducia. Secundo
 q̄ magnanimitas generat ex actibus magnanimi-
 tatis r fortitudo ex actibus fortitudinis: illi autē p̄-
 mi actus nō habent sine actibus fidentie q̄ si for-
 titudo habitus nō est sine fidentia habitu ita nec
 actus fortitudinis sine actu fidentie. s̄z p̄tat q̄ ta-

Contra al-
bertum.

Differen-
tia alberti
inter fidē-
tiam r fidu-
ciam.

les actus fidentie precedentes generatione fortitudinis habitus non habebant certitudinem causata ex scientia boni habitus fortitudinis in anima quia talis habitus nondum erat genitus igitur. Si autem per habitum bonum intelligat multitudinem bonorum habituum hoc adhuc non videtur verum. nam aliquis ex libertate voluntatis et viribus naturalibus et studiose diligentibus gerere potest et administrare omnia que potest mediantibus habitibus naturalibus alias necesse est quod habitus prederet actum quod finis est. Tunc scilicet quod si finis Aristoteli magnanimitas non sit sine aliis virtutibus non oportet tamen habitus certitudinis virtutum esse genitos ante quod habeat actus magnanimitatis: sed ideo magnanimitas coarctat necessario alios habitus quia magnanimitas gratia cum habeat actum circa materias aliarum virtutum. Preterea quod vel ly dicit causam propriam et adequatam vel inadequatam. Si dicat causam inadequatam adhuc currit precedens ratio. Si dicat causam adequatam tunc finis est: ex conscientia enim omnium eorum certitudinis fidentie ex quibus causatur facultas administrandi recte res arduas non oritur sed homini: facultas non solum causatur ex habitibus animi sed etiam ex habitibus corporis ex divitiis et amicis et aliis auxiliis. Et ideo verus causam huius certitudinis beatus Thomas expressit cum sit robustus spiritus puenire ex aliqua consideratione que facit vehementem opinionem de bono assequendo. Alud finis ostenditur in probatione conclusionis. et ideo probatur conclusio potest esse aliqui duo magnanimi vel fortes disparibus habitibus animi et corporis et facultatibus agendo ardua quia dubitatur utrum debeant suscipere aliquam arduam administrationem quorum vnus ratiocinando et discurrendo concludit quod bene potest et sufficit eam administrare: et alius concludit quod ipse non sufficit et tamen constat quod finis in ipsis est vnus et idem ergo certitudo aggrediendi ardua non puenit ex bono finis. Et hec ratio sine difficultate videtur concludere quod non puenit ex eo tanquam est causa adequata ita scilicet quod non omnis magnanimus ideo securus est bene fructus aliquam arduam administrationem quia ea intendit administrare propter bonum finem. Secundo quod hoc videtur contradicere alteri dicto eiusdem quo dicitur quod homini certitudo puenit ex conscientia boni habitus in anima. Tertio bonus finis est communis omnibus partibus magnanimitatis et fortitudinis: sed fidentia non specialius respicit bonum finem quam magnificencia vel alia species eius. Contra secundam conclusionem arguit sic fidentia dicitur a fide sed fides est virtus theologica et non species magnanimitatis: sed nec fidentia. Secundo fidentia est eadem spei sed spes est virtus theologica igitur et fidentia. Tertio carere timore magis pertinet ad fortitudinem quam ad magnanimitatem sed fiducia videtur esse timori opposita sicut illud Ieremias xii. fiducialiter agam et non timebo. Quarto finis non debetur nisi virtuti sed fiducie debet finem finis illud ad Ieremias tertio nos sumus christi si fiduciam et gloriam spei vestros in finem firmam retineamus ergo fiducia est virtus distincta a magnanimitate. Et confirmatur auctoritate Macrobij qui fiduciam magnanimitati coniuudat. Quinto fiducia connotat certitudinem. sed magnanimitas non connotat homini certitudinem ergo fiducia non est species magnanimitatis. Sexto omnis magnanimitas est volitio magnorum imperatiua executionis: sed fiducia non est volitio magnorum imperatiua executio

nis ergo fiducia non est magnanimitas. Septimo actus simplex et actus imperatiuus executionis ad eandem virtutem pertinent ergo fiducia et magnificencia non differunt specie et per hoc non sunt diuerse species magnanimitatis. Ad primam negatur minor si vnuerfaliter intelligatur: fides enim accepta ut dicitur vehementer opinionis quomodo accipiunt eam naturaliter loquentes non est virtus theologica et preterea negatur prima. nam quibus si fiducia de qua Hieronymus loquitur ad Ieremias iij. includat fidem theologiam: est tamen distincta virtus a fide theologica ita et fiducia moralis a fide naturali quibus tamen hec connotantur per nomen fiducie. Ad secundam dico quod spes accipitur tripliciter vno modo pro firma expectatione beatitudinis ex gratia et meritis. et sic nego maiorem et concedo minorem. alio modo pro volitione operandi difficultia cum certitudine bene se habendi in homini operatione et sic nego tam maiorem quam minorem accepto nomine fiducie secundum tertium tertio modo pro homini desiderio administrandi et gerendi ardua cum certitudine bene se habendi in homini administratione et sic concedo maiorem et nego minorem. Ad tertiam nego maiorem fortitudo enim proprie dicitur esse ablatiuum timoris bellici: magna nimitas autem timoris que puenit ex arduitate grauium administrationum. et ad maiorem conceditur quod fiducia est opposita timori perturbati et distrahenti. sed non est opposita timori excitati et sollicitati nec tale timore auferit spes: imo nec securitas. Ad quartam concedo maiorem et minorem sed ex hoc non potest concludi nisi quod fiducia est virtus et non quod sit magnanimitate distincta auctoritas tamen Hieronymus potius videtur intelligenda de fiducia que est spes theologica et quod ly et tenet expositiue. nec valet quod dicitur Thomas quod fiducia importat quendam modum spei quia fiducia est spes roborata ex aliquis firma opinione que possit queri quid per modum spei intelligatur. aut enim intelligit ipsam spem. aut aliud a spe: et si aliud aut intrinsecum aut extrinsecum et facilliter deducerentur membra ego autem ut prius dico quod fiducia non est aliud quam spes sed non identificate cuiuslibet spei sed illi tamen que habet certitudinem firmam iudicem et si hoc intelligatur per modum spei non contradicere. Ad quintam dico quod argumentum petit difficultatem illam logicam. si oporteat quod genus sit cōfusus connotatiuum omnium eorum que connotat per quibus spem eius. quod si dicatur quod non constat quod prima argumenti non valet. Si dicatur quod sic dicatur contra quod homini certitudo connotatur per magnanimitatem confuse sicut res connotat per spes confuse connotat per genera. Ad sextam nego maiorem vno modo ad vnā spem magnanimitatis pertinet volitio simplex ad aliam pertinet volitio imperatiua executionis et quod finis has volitiones possunt sicut diuerse spes magnanimitatis. Ad septimam vel intelligitur quod pertinent ad eandem virtutem finem spem et sic ego nego et dico quod illi actus sunt spei differetes et quod aliquid est obiectum vnus. sed actus imperatus quod non est obiectum alterius vel intelligitur ad eandem virtutem secundum genus et sic concedo. sed cum hoc stat quod ibi sunt diuerse spes. Contra quartam conclusionem asseritur securitas pertinet ad fortitudinem ergo securitas est aliquid preter fiduciam antecedens probatur quia securitas importat quietem quam a perturbatione timoris sed quiete a perturbatione timoris maxime facit fortitudo igitur.

Thomas
vbi supra
articulo 6.

Argumenta
ta ordine
vbi supra.
art. sexto et
septimo.

Secundo securitas contraria est magnanimitati ergo securitas est aliquid pter fiduciam. ans pbaf qz magnanimitas facit curā de rebus magis z honestis/ sed securitas hmoi curaz aufert cū securus scdm p̄si. dicat̄ quasi sine cura. assumptū pbatur p̄ illud Apo. ij. ad thi. ij. Sollicite cura teipm pba bilē exhibere deo. Tertio securitas est virtus pre mium ergo securitas nō est virtus p̄na t̄z qz nō est idē virtus et virtutis p̄miū. ans pbaf p̄ illud Job si iuquitatem abstuleris de fossa securus dormies.

¶ Quarto securitas in hoc cōsistit q̄ nulli aīmi p̄ turbationi neqz homini neqz fortune succūbat: sed fiducia nō p̄sistit in hmoi rebus q̄ securitas nō est eadē fiducie. ¶ Quinto fiducie pprie opponit̄ desperatio z nō timor: sed securitas pprie opponit̄ timor z nō desperatio. q̄ securitas nō ē eadē fiducie ¶ Sexto de rōne securitatis est certitudo s̄ de rōne fiducie nō est certitudo q̄ securitas nō est eadē fiducie. maior pbaf qz qui nō est certus nō est securus neqz ab omni cura explicitus. z minor pbatur qz circa cōtingētia z voluntaria nō est certitudo. ¶ Ad primā negaf̄ ans accepto noie fortitudinis cōiter z noie securitatis stricte eo nō quod incertum est de fiducia z ad pbationē supra r̄sum est z dictū q̄ timor bellicus bñ pertinet ad fortitudinē s̄ ad magnanimitatē p̄tinet timor: q̄ incidit circa arduarum rez administratiōne z nō solum timor: admini strationis imo timor mortis est incommodozum.

¶ Ad scdm nego ans de illa securitate quā eadē fiducie diximus. z ad pbationē distingo vel quod facit curā perturbantē z deiciētē vel q̄ facit curā excitantē si p̄mū nego maiorē z ccedo minorē. si s̄m cōcedo maiorē z nego minorē. auctoritas autē Apof. intelligit̄ de cura excitante z non deiciente. Ad tertiā respondet q̄ securitas pōt accipi dupli ceter vnōmō p̄ securitate patrie z p̄mū p̄ premio essentiali aut conditionibus eius sic concedo ans z p̄ns s̄ forte p̄na nō valeat. z ad pbationē negaf̄ res assumptū z forte ab aliquibus diceret q̄ opera tiones beatifice sunt eq̄ virtuose aut plus q̄ nō s̄z nō sint eq̄ meritoze. si autē acciperet securitas p̄ carētia timoriz qui frequēter puenit ex hoc q̄ minus ē sibi male cōsciū: sicut videt̄ accipere Job cōsciū em quā replet iniquitas multis rez diffi cultatibus z p̄turbationibus angitur ccedo ans de p̄mo accidentali nego p̄nam z ad pbationē dico q̄ assumptū est s̄m. nā sicut vna iniquitas est de trimētū respectu alteri: ita z vna virtus respectu alterius sed quicquid sit in illa auctoritate nō acci pit securitas p̄cise eomō q̄ hic accipit s̄z videt̄ ha bere significationē magis p̄mū. nā q̄ abstulerit oēm iniquitatē securus dormiet/ nō solum illa securi tate q̄ dicta est sed etiā securitate q̄ haberi pōt cir ca rez arduaz administratiōne: per hoc q̄ talis si dētius diuinū auxiliū sperat q̄ est ad res diuinas agēdas sufficientissimū. ¶ Ad quartā nego mino rē s̄z em in alijs cōsistat z fiducia z securitas. nā si quis in administratione grauiū rez vel p̄turbatio nis vel homini vel fortune succūbere formidaret ille nec securit atē nec fiduciam bene gerēdi habēt. ¶ Ad quintā dico q̄ tā fiducie q̄ securitati oppo nit̄ z desperatio z timor perturbāt ac deiciēs: neu tri autē opponit̄ timor excitans. nā si pensat̄ despe ratio aut timor deiciens nec habet fiduciam nec se curitas. ¶ Ad sextam dico q̄ duplex est certitudo

scilicet naturalis z de illa negatur maior. alia est moralis z ista est duplex. quedam circa agibilia in vniuersali z de ista iterum negaf̄ maior. alia est cir ca agibilia in particulari z de ista concedit̄ maior z negatur minor: securitas em z fiducia dicunt cir ca particulare agibile illam moralem certitudinē q̄ de particulari agibilibz in plurimum haberi pōt qualis certitudo habet̄ in p̄missis et obligationi bus ex soluendis q̄bus t̄si in his multo maior pōt esse certitudo q̄ in administratiōne rerum arduaz qz hmoi administratiōnes ex pluribus causis impediiri possunt q̄ p̄missoz solutiones. Ad rōnē aut̄ oppm negatur maior: z dico q̄ aliqua magnanimitas est magnoz speratiua z aliqua magnoz opera tiua z de hoc satis habitum est in prioribus.



Magnitudo Vtrū magni

centia sit species magnanimitatis. et videt̄ q̄ nō qz magnificentia est virtus a magnanimitate distincta. ergo nō est spēs magnanimitatis. ans pbatur per Ari. quar ethicoz. In oppositum est Cullius qui dicitur magnificentiā inter partes magnanimitatis/ hoc idem etiam facit Macrobius z Andronicus. Notandum est q̄ magnificentiam accipit̄ dupliciter. vnōmō p̄ habitu quonōs bene habem⁹ in magnis sumptibus gratis faciendis. z hocmō magnificen tia est virtus circa pecunias exiēs distincta a li beralitate et magnanimitate et alijs virtutibus. Secundo mō accipitur magnificentia pro virtute operatiua excellentium z arduoz factorū vilitatem aliquā publicam concernentiū. de magnificen tiā primo dicta non est questio sed de magnificen tia secundomō. dicta. ¶ Prima conclusio magni ficentia est specialis virtus. q̄ sit virtus pbatur ra tionibus quibus supra de magnanimitate pbatur est. q̄ sit virtus specialis pbatur nā ratione mate rie magnanimitatis ab omnibus virtutibus alijs a magnanimitate distinguit̄. distinguit̄ p̄terea ab alijs spēbus magnanimitates. magnificentia em̄ fin q̄ est per se virtus est volitio arduarum admi nistratiōum imperatiua. executionis: fiducia aut̄ non est imperatiua executionis z ita magnificen tia habet actum exteriorē p̄ obiecto z non fiducia aut si habeat nou t̄m eodem mō habet qz nō habet eum tanq̄ actum imperatū sed tanq̄ actum spe ratum. patientia autē z perseverantia q̄ p̄sit impe dire hmoi administratiōnem pro obiecto. q̄ autē magnificentia sit imperatiua executionis pbatur per diffinitionem quam de ea assignat Cullius ma gnificentiā inquit est rerum magnarū et excellarū cum animi ampia ac splendida p̄positione agita tio ac administratiō/ constat enim q̄ nullus agit atqz administrat ardua nisi imperet administratiō nem arduoz. Et hoc intelligit Cullius persplendidem p̄positionē id est per splendidū p̄positum. Propositum enim rerum arduarum ac difficultiz dicitur splēdidum cum est executionis imperatū. ¶ Secda cōclusio. nō omnis magnificentia est circa magnos sumptus. pbaf in xp̄o fuit excellētissima magnificentia z illa nō fuit circa magnos sumptus igit̄/ mior est certa qz nō legim⁹ xp̄m magis aliq̄s sumpt⁹ feciss̄: z maior pbaf p̄ illud psal. Eleuata ē magnificentia tua sup celos de⁹ vbi magnificentia

Duplex
certitudo

B

pro natura excellentissime magnificat ponit/ neq̄
 puto ibi magnificentiam naturalem dignitate ipsius
 nature significare, sed sicut ipsam excellentissimam
 virtutem magnificentiam in anima christi exitem quae etiam
 habuit excellentissimas operationes. nam si aliq̄d
 opus dicat arduum ex fine quod. scilicet finis eius est bonum
 excellens et multum commune nullum inter omnia humana
 opera fuit magis arduum cum per opus magnificum
 christi totum humanum genus ereptum sit de potestate ru-
 gientis leonis collata sint eidem omnia sacramenta salutis
 et preparata sit ei sufficienter eterna beatitudo. si
 ex difficultate operis constat quod nullum unquam fuit opus
 difficilius nec esse potest de communi lege quod se tot la-
 boribus tot sudoribus tot contumeliis tot cruciatibus
 in tanta libertate ac innocentia pro alienis com-
 moditatibus pro nullomodo pro sua se subdere. ideo be-
 ne et rationabiliter vocavit haec opera ac etiam ha-
 bitus ex quibus manaverunt/ aut qui per haec genera-
 ti sunt magnificentiam/ et dicendo ipsam magnificen-
 tiam eleuatam esse significavit simul naturam quae ele-
 uata est super celos et eam potissimum huius eleua-
 tionis scilicet ipsam magnificentiam. et hoc contra inten-
 dunt auctores sacri aut aliquid simile cum pro concre-
 to ponunt abstractum ac si diceret quod eleuatio super
 celos non convenit nature sicut quod natura est: sed sicut
 quod est magnificentissimis operibus adornata. Se-
 cundo probatur conclusio per illud quod habet in psal-
 sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius/
 et exo. xv. magnificus in sanctitate/ constat autem quod
 haec magnificentia non consistit in magnis sumpti-
 bus: sed in gestione operis sancti difficilissimi et ar-
 duissimi et utilissimi. Et ideo nos in eodem psalmo
 ad laudem huius magnificentie paulo post idem pro-
 pheta unitat et exponit opus ipsum illustrissimum et
 magnificentissimum dicens dicite in nationibus quod
 dominus regnavit a ligno. Et per quo patet quod opus illud
 quod habuit in cruce fuit illud opus excellentissime
 magnificentie de quo loquitur: et ideo hanc magni-
 ficentiam esse dicit in sanctificatione eius non qui-
 dem ea qua sanctificatus est sed qua nos sanctifi-
 cavit. Et propter istas causas magnificentia fuit in
 eo excellentissimo gradu scilicet in gradu heroico quod
 opus illud magnificentie suae excelebat non solum
 commune facultate hominum sed etiam facultate eorum
 hominum qui maxime inter ceteros profuerunt res arduas
 et illustres administrare. Tertia conclusio magni-
 ficentia de qua hic loquimur est species magnanimitatis
 probatur quia magnanimitas significat omnia quae
 significant per magnificentiam et eodem modo ita quod que in
 recto significant per magnificentiam etiam in recto
 significant per magnanimitatem et que in obliquo etiam
 in obliquo et non contra quod multa significant magna-
 nimitas que non significant per magnificentiam quod
 magnanimitas significat ea que significant per si-
 duciam et alias species etiam scilicet desiderium arduorum
 operum que tamen non significant per magnificentiam.
 Secundo omnis virtus per se operativa magis ope-
 rum est magnanimitas. sed magnificentia isto modo
 accepta est virtus operativa magis ergo magni-
 ficentia est pro se magnanimitas. maior probatur per
 distinctionem magnanimitatis quam ponit Bernardus in
 primo rethorice. Quarta conclusio magnificentia
 quam ponit Cicero parte fortitudinis vel magnani-
 mitatis non se habet ad magnanimitatem sicut secun-
 darii virtus ad principalem. probatur quod ipsa est et

dictum est species magnanimitatis igitur. Secundo
 magnificentia convenit in materia cum magnanimitate
 et non excellitur ab ea ergo ipsa non se habet ad
 magnanimitatem sicut secundaria virtus ad principalem
 partem tenet quod sicut hominem contra quem ponitur
 ista conclusio ideo magnificentia est species magna-
 nimitatis vel fortitudinis quod non convenit cum ea in
 materia et ipsa dicitur secundaria virtus et fortitudo di-
 citur principalis quia exceditur a fortitudine eorum
 fortitudo habet difficultatem propter dispendium
 quod imminet persone et magnificentia propter di-
 spendium rerum. Et in hoc iudicio meo decipitur
 beatus Thomas putans quod Tullius et Aristoteles
 et Andronicus cum dicunt magnificentia esse partem for-
 titudinis accipiant eam pro virtute directiva circa
 magnos sumptus quod non est verum. Sed accipiunt
 eum modo supra dicto in qua significatione constat quod
 ipsa est circa materiam magnanimitatis et nullomodo
 exceditur a magnanimitate/ imo quod ita per se ipsa
 est magnanimitas sicut homo est animal. Quarta
 conclusio non quolibet difficultum ac magni-
 rum volitio vel operatio est magnificentia. probatur vir-
 tuosus pusillanimis interdum facit difficulta opera
 iusticie/ et ea non facit per magnificentiam sed per
 habitum iusticie igitur. Secundo stat aliquem ca-
 rentem magnanimitatem habere multas alias vir-
 tutes secundum gradum excellentem inclinantes
 ipsum ad magna opera magna et difficilia/ ergo non
 omnis magnorum volitio et operatio ad magni-
 ficentiam partium animi probatur cum queretur de
 connectione virtutum. Secunda conclusio ope-
 ra magna et difficilia quae pertinent ad aliquam admi-
 nistratiouem grauem publicam et honorabilem per-
 tinent ad magnificentiam. publicas administrati-
 ones appello pontificatum/ cardinalatum epi-
 scopatum/ imperium/ regnum/ ducatum/ comitatum
 prefecturam/ legationem et omnia huiusmodi. Et de be-
 ratione huius conclusionis. Est advertendum quod
 apud morales philosophos frequenter dubitatur vir-
 tus aliquos exteriores sibi proprios magnanimi-
 tas sine magnificentia haberet. Opinio Thomae est
 quod in vnaqueque virtute magnum opus secundum quod
 huiusmodi pertinet ad magnanimitatem vel faciendum
 vel qualitercumque operando ipsum ita tamen quod cir-
 ca hoc opus magnanimitatis respicit solam ratio-
 nem magnitudinis. Sed alie virtutes si sint perfe-
 cte magnum operantur non tamen principiter ti-
 rigunt intentionem suam ad magnitudinem/ sed ad id quod
 est proprium vnicuique virtuti magnitudo autem con-
 sequitur ex quantitate virtutis. Et ita secundum
 hanc opinionem opus magnum iusticie aut manue-
 tucinis habet duo habet enim quod sit opus magnum
 et secundum hoc sit a magnanimitate/ habet secundum
 quod sit opus iusticie. et hoc modo fit ab habitu ius-
 ticie. ista opinio non videtur mihi vera. tum primo
 quod si sic sequeretur quod omne opus magnum secundum
 quod magnum fieret a magnanimitate aut saltem
 est generatum proxime et immediate magnanimi-
 tatis consequens est falsum et contra quartam con-
 clusionem. Tum secundo quia magnanimus fac-
 iendo opus iusticie per magnanimitatem suam/
 non solum considerat magnitudinem operis sed etiam
 considerat quod est opus bonum et virtuosum ad ius-
 ticiam pertinens aut ad mansuetudinem aut aliquam ali-
 ma virtutem necessariam vel notabiliter utile ad ge-

Opera christi
 fuerunt ma-
 gnifica.

Quarta
 conclusio
 magis

Ad
 admittit
 rationes

Ad
 in
 ratione
 operantur

Quarta
 conclusio

Ad
 contra
 Thomam

rendam administrationē susceptum ergo magnanimitas non precise facit illud opus secundum quod magnū nec dirigit magnanimus precise intentionē suam ad magnitudinē operis. Antecedēs probatur quod si magnanimus ratio consideraret rationem magni in opere suo tunc ratio boni esset ei impertinens et per se pro eodē haberet facere opus prauū et bonum dum tñ esset magnum. Et patet quia si ratio boni sit magnanimo. sicut quod huiusmodi pertinet magnanimus eam in opere suo considerat. Tertio aut intelligitur quod magnanimus producit magnitudinē operis iusti et iustus producit ipsam substantiam operis sicut quod est debitum circumstantiis vestita. Et hoc non quod magnitudo operis non est virtutis superaddita rei magnae sed est ipsa operatio magna sicut arduitas operis non est nisi opus arduum et difficultas non est opus difficile. ergo est intelligibile quod ab una producat unum et ab alia producat reliquum. aut intelligitur quod magnanimus producit virtutes et iustus producit virtutes sed magnanimus non fert sicut quod huiusmodi intentionem suam nisi ad magnitudinē et iustus non fert sicut quod huiusmodi intentionē suam nisi ad id quod est propriū illi virtuti scilicet ad hoc quod faciat opus consonanter ad rectā rationē. Contra quē modū dicēdi currit ratio precedēs quod ex hoc indissolubili sequitur quod magnanimus non plus sicut quod huiusmodi bene operat quod male sicut ratio magni quā tñ intendit magnanimus saluet tam in malis quod in bonis operationibus. Secundo magnanimus sicut quod magnanimus scit opus suū esse pro forma rationi sicut magnanimus non tñ fert intentionē suā ad magnitudinē operis sed etiam ad bonitatem. Et ante probatur per Aristoteli in ethicis dicentē quod ad hoc quod quis virtuose operetur requiritur quod operetur sciens et eligens. Tertio magnanimus operas magnū opus iusticie attingit de facto substantiā operationis iuste sicut circumstantiarum: aut ergo attingit eam propter intentionem: aut ex intentione: aut contra intentionē. Ad tertium ut constat quod alias omnis magnanimus operas iuste esset malus quod intēderet operari non iuste. nec primum quod quicquid fit ab aliquo scienter et ex electione fit ex intentione sed magnanimus scienter et ex electione attingit substantiā operis iusti ergo attingit eam ex intentione. maior est manifesta et minus probatur quod magnanimus sicut quod huiusmodi attingit substantiam operis iusti ex deliberatione ergo scienter et ex electione quod aut attingit opus illud casualiter aut naturaliter aut ex electione. non primum nec sicut quod magnanimus non agit sicut quod magnanimus casualiter nec naturaliter ergo ex electione. Proterea magnanimus interdū iudicat quod ad bene gerendā administrationē susceptā necesse est sibi aliqua certa materia facere opus arduū iusticie ergo magnanimus cū ponit se proformare iudicio prudentie directiue operū magnanimorum potest velle facere opus arduum iusticie. sed omnes volēs facere opus arduū iusticie non tñ dirigit intentionē suam ad opus sicut quod magnū sed etiam dirigit eam ad opus sicut quod iustum igitur magnanimitas non solum dirigit intentionem ad opus sicut quod rationē magni. Et tñ aduertendū quod dupliciter potest intelligi quod magnanimus dirigit intentionem suam in opus iustum vel mansuetū et. vno modo secundū cōmunem rationem iusti et mansueti et sic de alijs et sic est verum. Alio modo quod magnanimus per habitum magnanimitatis et prudentie ad eam pertinentis ponat mediū in opere

iusto et vestiat opus illud circumstantiis sibi debitis et sic est sicut quod hoc non pertinet ad magnanimitatem sed ad iusticiā et alias virtutes alias / pro omnibus virtutibus sufficienter vna. Et hac puto esse sententiā Thomae et cum nihil aliud voluisset dicere quod vera sit tñ deficit in hoc quod sicut eam omne opus magnum sicut quod magnum est opus magnanimitatis. et contra hoc posita est hec septima conclusio. Pro qua est aduertendū quod magnanimitas sicut omnes philosophos morales et theologos est virtus circa honores etiales. Possunt autē multipliciter deficere in appetendo honores. vno modo cū incubimus alicui graui administrationi propter quā deberetur nobis honor alicuius dignitatis nos tñ vel maiorem petimus vel dignā negligimus et sicut aliquos iste actus magis partium ad iusticiam distributiua iusticiam opposita quod ad magnanimitatem secundum alios vero pertinet ad magnanimitatem. Alio modo cum appetimus honorem annexū gerēde non sufficienter aut cū sufficienter administrationi alicui administrationi cultū administrationi gerēde et nihilominus honore ipsi propter laborē aut pericula aut propter diffidentiam quēdam recusamus. Tertio modo cum iam suscepimus honore et dignitatem cui annexa est administratio et tñ negligenter huiusmodi administrationē gerimus neque quantum utiliter possumus huiusmodi administrationē peticimus sed per negligentiam nostram aut per torpore nostrum res pluribus communis multa tetrumeta suscipit. Contra hec vicia magnanimitas animū nostrum firmat et stabiliter et ita erigit mentē nostrā ut non sinat nos neque torpore neque imprudentia neque paruitate deficere administrationi quā suscepimus. dico ergo quod opera magna non pertinent ad magnanimitatē precise secundū quod magna aut difficulta sed secundū quod sunt opera valentia ad aliquē grauem administrationem quam suscepimus gerendam et efficiendā ita quod si causa episcopatus vel legationis susceptę incumbat opus magnum iusticie faciendum tunc magnanimitas legati elicit primo actum quo vult legationē bene administrare et gerere et nullomodo a bona administratione deuiare et quod recta ratio dicit quod sine opere magno iusticie et arduo non potest bene geri legatio imperat voluntas mediante habitu magnanimitatis opus excelsum iusticie tunc voluntas si habeat habitum iusticie inclinatur mediante illo habitu iusticie partialiter ad inquirendum mediū iusticie in illo opere et debitas circumstantias illius operis et ratio mediante habitu prudentie hanc inuestigationē facit. Si autē hos habitus nec voluntas nec ratio habeat tunc ratio mediante acumine suo inquit et cōsiliatur ac cōcludit circumstantias et mediū operis iusti et voluntas obtemperat et ita hoc opus iusticie magnum est precise a magnanimitate secundum se quod arduum est et valet ad administrationē grauem gerendam. Et autē regulariter elicitue ab habitu iusticie et ab alijs viribus executius quia magnanimitas sicut Aristoteli non fit sine alijs virtutibus possibile est tñ in causa quod sit a voluntate et dictamine prudentiali actuali. Tunc probatur conclusio illa sola opera pertinent ad magnanimitatē quibus homo dignificat se honoribus quibus est dignus: sed per sola opera magna quod ad aliquas publicas administrationem pertinent homo dignificat se honoribus quibus

Septima conclusio. Triple defectus in appetitu honoris.

Resolutio autoris.

Probatio. 7. conclusio.

dignus est/ergo illa sola opera p̄tinent ad magna
 nimitatis: maior probatur per diffinitionem ma-
 gnanimittatis: et minor pbatur opera magna que
 non p̄tinent ad aliquam administrationē non de-
 pendent ex aliqua honorifica dignitate nec in ope-
 rando ea operans habet respectū ad quēcūq; ho-
 nozem vel susceptum vel suscipiendum neq; attem-
 ptando eam dicitur caymus neq; non attemptando
 dicitur pusillanimitas quēadmodum de operib; ali-
 cui administrationi honorabili cōiunctis cōtingit
 manifestū est em̄ q; ille qui assumit honorem cuius
 administrationi sufficere nō pōt manifeste est cay-
 mus et ambitiosus ille autē qui retinet honore cuius
 administrationi negligit satisficere licet etiā
 sufficere possit est etiam caymus et ambitiosus/ nō
 dicimur autem magnanimi ab hoc precise q; faci-
 mus opus magnū alicuius virtutis puta iusticie
 vel mansuetudinis vel liberalitatis q̄ tuncq; etiā
 intentionē nostram ad difficultatem et magnitudi-
 nem operis feram; .oportet ergo q; dicamur ma-
 gnanimi faciendo aliquod magnum opus ad ali-
 quam grauem administrationem publicā p̄tines.
 ¶ Octaua conclusio magnificētie virtuti non re-
 spondent alique operationes exteriores pp̄ie di-
 stincte ab operationibus iusticie et prudentie et mā-
 suetudinis et aliarum virtutum. probatur ista con-
 clusio q; quecūq; operatio magnificētie detur ma-
 nifeste ostendetur q; illa p̄tinet ad aliquam aliā
 virtutem et q; ad eam causandā potest concurrere
 aliquis aliorum habituum moralium vel intellectu-
 alium. Confirmatur quia a philosophis moralib;
 nulla assignatur operatio exterior magnificētie
 p̄ter operationes aliarum virtutū. posset etiā in-
 duci per singulas species nam administratio ep̄a-
 tus non exigit aliquā operationem exteriorē que
 non p̄tinet ad aliquam aliam virtutem nec ad
 ministratio legationis nec dignitas regie maiesta-
 tis. Et ad hunc sensum puto intellexisse. Ari. cū ait
 q; magnanimitati pp̄rium est quod est in vnaquaq;
 virtute magnū. Dixi autē operationes exteriores
 q; magnificētia habet pp̄rios actus interiores nō
 solū sp̄e sed etiā genere distinctos ab actibus inte-
 riorib; aliarum virtutum qui hnt obiecta distincta ab
 obiectis aliarum virtutū. nam si sit p̄nda aliqua
 dignitas consequimur eam consiliando nobis be-
 niuolos faciēdo eos ad quos p̄tinet collatio hu-
 iusmodi dignitatis: h̄mōi autē cōsiliatio ac cōpa-
 ratio beniuolentie prudentia sit ac suadendi scien-
 tia si quis legationē graue suscepit eam pficiet
 operationibus q; vel ad iusticiā vel ad prudentiam
 vel ad peritiā litterarum p̄tinent aut his om-
 nibus simul. Et quibus omnibus p̄ q; volitio ma-
 gni operis iusti ad magnanimitatē pp̄ie p̄tinet
 et volitio eiusdē operis p̄tinet ad iusticiā licet dif-
 ferant specie vel genere: tñ eis eadē operatio exte-
 rior non solū specie sed etiā numero respondet p̄z
 ex dictis. Dixi autē in p̄ma parte pp̄ie p̄tinentis
 ad magnanimitatem. est em̄ duplex volitio iusticie
 ad magnanimitatē p̄tines vna q; habet oēs cir-
 cūstantias pro obiectis puta volitio q; volo hoc
 opus iusticie difficile et arduum tanq; multū vtile
 aut necessariū ad legationē susceptā honorifice p̄-
 ficiendā hoc loco hoc tēpore hoc mō rē. et ista vol-
 itio pp̄ie p̄tinet ad magnanimitatē q; licet sint ali-
 qua obiecta cōmunia magnanimitati et iusticie sc̄z

locus t̄ps p̄sona et multa alia: tñ sunt etiā aliqua
 pp̄ia magnanimitati puta finis p̄rim; sc̄z legatio
 honorifice perficiēda et vtilitas vel necessitas ad
 hanc. Alia est volitio q; non habet istam circūstā-
 tiam pp̄iam p̄ obiecto/ sed habet alias cōmunes
 non tñ habet circūstantiā pp̄iā iusticie p̄ obie-
 cto et ista volitio p̄tinet cōmuniter ad magnani-
 mitatē et iusticiā et ab vtraq; pōt elici et seorsum cō-
 iunctim. Alia est volitio q; habet istas circūstā-
 tias cōmunes p̄ obiectis cū hoc habet circūstantias
 pp̄iā ipsi iusticie et ista p̄tinet ad iusticiā nō ad
 magnanimitatē. Et si dicas ponat q; habeat illa
 volitio circūstantias cōmunes p̄ obiectis et circū-
 stantiā pp̄iam magnanimitati et circūstantiā pp̄-
 iam iusticie tunc querit ad quā virtutē p̄tine-
 bit puta ista volitio/ volo hoc opus iustū hoc loco
 et hoc tēpore vt reddatur isti persone quod suū ē
 et vt legationē susceptā honorifice perficiā. Respō-
 deo p̄mo q; hec volitio differt specie aut genere a
 qualibet p̄cedētium. Dico secundo q; si casus sit
 possibilis et cum hoc sit possibile q; circūstantie
 pp̄ie finim omnino ex equo se habeant quod est
 mihi dubium. Tunc dicerem q; illa volitio simul p̄-
 tineret ad magnanimitatem et iusticiam et q; nō de-
 tali imo nec forte de qua talis predicatur iusticia es-
 sentialiter et per se nec etiam magnanimitas acci-
 piendo essentialiter et per se logicaliter/ licet bene
 predicat de ea per se accipiendo per se vt venit in
 vsum moralium philosophoz. Dico tertio q; si cir-
 cūstantie pp̄ie finim nō se ex eque habeant sed
 vna sit principalior et altera minus principalis tūc
 dico q; volitio illa p̄tinet ad virtutē illam cuius
 pp̄ius finis est finis p̄ncipalior illius volitionis.
 ¶ Contra p̄mā p̄tē p̄me cōclusionis ar̄ sic magni-
 ficentia nō p̄sistit in medio ergo magnificētia nō
 est virtus. an̄s pbatur. Tum q; magnificētia in ex-
 tremo cōsistit. Tum q; magnificētia cōtrariāf na-
 turali inclinationi eo q; homo magis naturaliter
 inclināf ad opera difficilia p̄pter seipsum quā pro
 p̄ter alterū ad cui; p̄trariū inclinā magnificētia.
 Sc̄do magnificētia est recta ratio rez factibilis
 ergo potius est ars q; virtus. an̄s pbaf q; per ma-
 gnificētiā dirigimur ita bene in factibilibus sicut
 in agibilibus. ¶ Tertio magnificētia est dignitas
 quedā nature ergo magnificētia nō est virt; an̄s
 pbatur per illud: cleuata est magnificētia tua su-
 per celos. ¶ Ad primā respōdet q; magnificētia
 p̄sistit in medio rōnis licet nō in medio materie. Et
 ad primā pbationē concedo q; cōsistit in extremo
 materie. Ad sc̄dam pbationē negatur antecēdēs
 et ad pbationem negatur assumptū vniuersaliter
 intellectū/ contingit em̄ aliqñ q; illa difficilia ope-
 ra non essent sibi vtilia vbi tamē essent vtilia alteri
 ideo in tali casu faceret p̄pter alterē q; non facit
 p̄pter seipsum cōtingit etiā q; illud alterū est com-
 munitas aliqua p̄pter quā etiā facere multa incli-
 natur que nō faceret p̄pter se. Tum tertio inclina-
 tur homo facere multa propter deum et illa p̄pter
 alterum que non faceret propter. Tum quarto q;
 ex eo quod facit p̄pter alterū bene et laudabiliter
 maius bonum sibi prouenit quia bonum virtutis
 q; illi propter quem illud facit neq; tamen v; p̄na
 arguenti q; et fortitudo et fere omnis alia virtus
 interdum inclināf contra naturalem inclinationē
 q; vna aliqua inclinatio dicatur naturalis multipl

Duplex vo-
 litio iusti-
 cie.

Ro.

5

Argumen-
 ta thomae
 2. q. 11.
 articulus

tho. 2.
 q. 11.
 art. 1.

tho. 2.
 q. 11.
 art. 1.

citer sed de hoc alias. ¶ Ad secundam negatur antecedens quia licet per magnificentiam inclinatur etiam interdum ad ardua factibilia eo modo quo recta ratio dicitur ea esse facienda non tamen magnificentia est recta ratio rerum factibilium sed habitus ille est recta ratio factibilium quo ratio iudicatur qualiter et quomodo sint facienda sicut nec iusticia nec mansuetudo est recta ratio agibilium sed prudentia huiusmodi operum directiva. ¶ Ad tertiam partem solutio ex dictis. Contra secundam conclusionem arguitur sic per Ari. ethicorum quarto qui magnificentiam circa magnos sumptus ponit. ¶ Secundo sic potest contingere quod aliqua administratio non potest bene geri sine magnis sumptibus sicut etiam contingit quod non potest geri sine aliquo arduo opere iusticie et sicut posita est magnificentia circa opera et materiam iusticie ita poni debet circa magnos sumptus.

¶ Ad primam patet solutio ex distinctione in principio questionis posita nomine enim magnificentie a diversis auctoribus diversimode acceptum est. hic autem agitur de eorum est species magnanimitatis vel fortitudinis de ea autem alias agitur ut est virtus circa magnos sumptus immediate consistens.

¶ Ad secundam conceditur antecedens et consequens nec tamen ex hoc sequitur quod omnis magnificentia sit circa magnos sumptus quod est oppositum conclusionis. Dico tamen quod sicut nulla magnificentia est immediate circa opera iusticie tanquam circa actum elicivum imperativum formaliter executionis ita nec circa magnos sumptus hoc modo est magnificentia illa que continetur sub magnanimitate sed sicut magnificentia virtus est immediate circa actum proprium puta circa gestionem magne administrationis et mediante isto actu elicivum circa aliquod opus arduum iusticie ita hoc modo etiam est circa magnos sumptus. Et ideo conceditur quod eodem modo est circa magnos sumptus sicut circa opera iusticie.

queretur de perseverantia illius alterius perseverantiae et sic erit processus in infinitum vel stabitur tandem id aliqua sed ratione statum in vna stari poterat in prima igitur. Tertio posito recte dictamine et electione recta et opere imperato iusticie continuo per aliquod certum tempus quibuscumque aliis virtutibus remotis ponitur perseverantia iusticie ergo perseverantia iusticie non dicitur quancumque aliam virtutem moralem in iusticia ergo nec perseverantia aliarum virtutum dicitur aliam virtutem ab eis. Quarto iusticia inclinatur ad eligendum conformiter recte rationi et exequendum continuandum conformiter tam diu quam diu recta ratio dicitur esse continuandum et similiter quilibet alia virtus ergo unaqueque virtus sufficit ad hoc quod in opere eius perseveret ergo non est necessaria praeter virtutes ceteras ponenda perseverantia asis probatur per Ari. in secundo ubi ponit conditiones operis virtuosum ex parte ipsius operantis oportet enim quod operetur sciens et eligens propter hoc firmiter et immobiliter sed constat quod si eligit et operetur firmiter et immobiliter vult operari quam diu recta non dicitur esse operandum igitur. ¶ Tertia conclusio perseverantia non est virtus adiuncta fortitudini plusquam alie virtutes morales probatur quod vel dicitur perseverantia non est virtus specialis ab aliis distincta igitur. ¶ Quarta conclusio accipiendo perseverantiam quarto modo non quilibet virtus est perseverantia, probatur quod iusticia secundum gradum temperantiae non est perseverantia quarto modo nec iusticia secundum gradum continentie stricte accepte est perseverantia nec iusticia secundum gradum heroicum est perseverantia ergo non omnis virtus est perseverantia hoc modo accepta. Antecedens satis patet ex his que dicta sunt iusticia enim secundum gradum temperantiae non habet pugnam ex vehementibus passionibus iusticia secundum gradum continentie non habet pugnam ex tristitiis sed ex delectationibus iusticia secundum gradum heroicum habet pugnam ex tristitiis excedentibus communem facultatem hominum sed perseverantiam habet pugnam ex tristitiis vehementibus infra hanc communem facultatem hominum positis igitur. ¶ Quinta conclusio, perseverantia quarto modo accepta est magis propria fortitudini et magnanimitati quam cuiusquam alteri virtuti, probatur quia in omni opere fortitudinis et magnanimitatis est difficultas ex parte tristitiarum retrahentium ab opere non solum propter diurnitatem sed etiam propter gravitatem laborum et periculorum ita quam difficultum est in actibus fortitudinis et magnanimitatis que est circa administrationes graves tantum exerceri quod quis perveniat ad gradum temperantiae et hanc puto esse causam propter quam ponit Cicero perseverantiam pro fortitudinis quod est maxime propria fortitudini et sibi maxime necessaria. ¶ Sexta conclusio, perseverantia fortitudinis est pars fortitudinis probatur omnis gradus fortitudinis est pars fortitudinis sed perseverantia fortitudinis est gradus fortitudinis sicut perseverantia iusticie est gradus iusticie igitur. maloz et minor probantur quia fortitudo sicut alie virtutes habet tres gradus speciei distinctos scilicet continentiam/temperantiam/herocam fortitudinem, et continentiam gradus dividi in duos scilicet in continentiam proprie dictam qua inclinatur ad vincendum delectationes retrahentes nos ab opere fortitudinis que sunt infra communem fa-

cultatem hominum/ vt si quis temptaretur non pu-
 gnare pro patria propter delectationem ciborum z
 potuum aut veneratorum quibus allicitur incumbere
 re tempore pugnant: que sperantur cessando a pu-
 gna sicut legi fecisse achilles z in perseverantiam
 qua inclinamur immanere rationi z electioni recte
 contra tristitias vehementes nos retrahentes. Et
 his constet qd aliqua fortitudo est perseverantia for-
 titudinis z non omnis fortitudo est perseverantia for-
 titudinis ergo perseverantia fortitudinis est pars for-
 titudinis. ¶ Contra primam conclusionē arguitur
 sic quicquid firmitatem servat contra difficultatem
 diuturnitatis pertinet ad fortitudinē/ sed perseve-
 rantia servat firmitatem contra difficultatē diutur-
 nitatis ergo pertinet ad fortitudinē. ¶ Secūdo
 quicquid moderatur timorē fatigationis aut defe-
 ctus ppter diuturnitatis operis pertinet ad forti-
 tudinē qz fortitudo est moderativa timoris et au-
 dacie/ sed perseverantia moderatur timorē fatiga-
 tionis ppter diuturnitatem operis igitur partū
 ad fortitudinē. ¶ Tertio omnis virtus adiuncta
 fortitudini sicut secundaria principali partium ad
 fortitudinē/ z perseverantia eū adiuncta fortitu-
 dini sicut scđaria principali ergo perseverantia par-
 tium ad fortitudinē. minor pbatur ois virtus cuius
 laus consistit in sustinendo aliquid difficile est adū-
 cta fortitudini sicut scđaria principali qz fortitudo
 firmat animū vt sustineat pericula mortis in quib⁹
 vt constat difficilimum est persistere et ideo ipsa est
 principalis cum exerceat illud quod est in materia
 sua difficilimum. Alie autē que exercent ea que sunt
 minus difficilia scz tolerantiam aliorum difficilium
 sunt minus principales z annee/ sed perseverantia
 facit sustinere difficultatem qd proveni ex diuturni-
 tate operis igit. ¶ Quarto arguitur auctoritate
 Liceronis in rethorica sua qui ponit perseveran-
 tiam partem fortitudinis. ¶ Ad primam nego ma-
 iorem nam iusticia firmitatem servat cōtra difficul-
 tatem diuturnitatis z temperantia vt puta in iei-
 unio z quilibet virtus moralis saltem fm aliquē gra-
 dum eius. aliqua enim recta ratio iusticie directiva
 dicitur operandū esse iuste et neqz p labore neqz
 pro diuturnitate cessandum esse ab opere iusticie/
 imo aliqui dicit qd nec p quocunqz detrimento vel
 periculo cessandū est. Cōstat autem qd sicut ratio
 prudentialis potest ita dicere ita z habitus iusticie
 potest conformiter inclinare ergo iusticia saltē
 in aliquo gradu suo inclinabit ad servandum firmi-
 tatem contra difficultatem diuturnitatis.
 ¶ Ad scđam z nego maiorem z minorem. z ad pbatio-
 nem dico qd fortitudo non cuiuscunqz timoris mode-
 rativa nec omnis virt⁹ moderativa timoris est for-
 titudo/ sed tantum illa que moderatur timorem pe-
 riculorum mortis in bello aut timorem deficiēdi in
 arduis et gravibus administrationibus nā illa vir-
 tus que moderatur timorem inopie non est fortitu-
 do aut que moderatur timorem offendendi in legē
 sicut contingit in epheca est fortitudo. Et similiter
 nego minorem/ z ad probationem nego qd perseve-
 rantia moderetur timorem fatigationis ppter diu-
 rnitatem sed moderatur tristitiam fatigationis
 vel tristitiam ex diuturnitate operis pvenientem.
 Tum secundo qd vt dictū est perseverantia non ne-
 cessario dicit cōtinuationem operis sed dicit imma-
 nentiam vel rationi vel electioni recte sicut supra

declaratum est. ¶ Ad tertiam nego minorem/ et ad
 pbationē nego primā partē astis/ alias em ois vir-
 tus esset adiuncta fortitudini sicut scđaria principa-
 li. cū ois virtus sit circa difficile z animū firmū cō-
 tra aliquid difficile. Et ad pbationē dico qd assum-
 ptum non hz apparentiā nisi de virtutibus circa eā-
 dem materiā existentibus. Et adhuc vtrū hoc suffi-
 ciat questio est. Et cum dicat qd perseverantia fecit
 sustinere zē. Dico qd perseverantia iusticie facit sus-
 tinere difficultatē qd pvenit ex diuturnitate operis
 iustitiz z fortitudinis operis fortis/ z temperantie ope-
 ris temperati. sed nulla vna perseverantia etiā gñe
 facit sustinere omnē difficultatē qd pvenit ex cuiuslibet
 operis virtuosi diuturnitate. ¶ Ad quartā re-
 sponsum est in quinta cōclusionē. ¶ Contra scđam
 conclusionē arguit sic. primo vbiqz occurrit spe-
 cialis ratio difficultatis vel boni ubi est ponēda spe-
 cialis virtus sed in omni opere virtutis pōt occur-
 rere specialis ratio difficultatis z boni ex ipsa diu-
 rnitatem/ ergo vincere hōmō difficultatē partium
 ad aliquā speciale virtutē et nō est alia virtus ad
 quā pertinet qd perseverantia qd perseverantia est
 virtus specialis maior pbatur qz fm Arist. ij. ethi.
 virtus est circa difficile z bonū. et minor pbatur qz
 opus virtutis potest habere bonitatē z difficultatē
 ex duobus. vno modo ex specie ipsius actus que ac-
 cipitur secundum rationem ppriis obiecti. Alio modo
 ex diuturnitate ipsius temporis nā hic ipsum quod
 est tam diu insistere alicui difficulti specialē difficul-
 tatem habet. ¶ Secundo omnis virtus moralis qd
 amitti non pōt alia est a virtutibus moralibus que
 pōt cōsueverūt qz quilibet talis amitti pōt/ sed perse-
 verantia amitti nō pōt igitur. minor pbatur et si
 militer maior auctoritate Aug. libro de perseveran-
 tia dicentis qd perseverantiaz nullus pōt amittere
 alias autem virtutes homo potest amittere. ¶ Ter-
 tio nullū imperfectū in genere virtutis est perfectus
 virtus sed perseverantia est imperfectū in genere vir-
 tutis ergo nō est virtus perfecta z per hīs nō est vir-
 tus perseverans. maior videt manifesta z minor pbatur
 per Ari. in vij. qui dicit qd cōtinentia est perfectior
 qd perseverantia sed cōtinentia nō est virt⁹
 ergo nec perseverantia. Tum scđo qz mala tactus z
 gustus sunt tñ illi mala z difficilia qui nō habet perfectam
 virtutē qz temperato nō sunt multū difficilia eo qd
 nec multū tristatur ppter pñtiam hōmō maloz nec multū
 delectatur ppter pñtiam bonozum oppositoz scz cibozum z
 potuum z alioz tā gibilium z gustabilium. ¶ Quarto
 persistere diu in opere virtutis est opus alicuius z nō est
 commune omni virtuti ergo est opus alicuius virtutis specia-
 lis et non videtur cuius nisi perseverantie igitur se-
 cunda pars antecedentis pbatur qz nō cuiuslibet vir-
 tuti convenit diu persistere in opere. Tum secundo
 quia si hoc esset omni virtuti commune tunc nullus
 actus esset virtuosus nisi in quo diu persisteret hīs
 est falsum. Quare enim hīs parum daret pōt esse
 actus virtutis/ flectere genu/ discopire caput z multa
 si milia possunt esse actus virtutis hīs parum darent.
 ¶ Quinto sic omnis habitus ordinās nos ad bene faciendum
 aliquid vel obmittendum est virtus specialis sed perseve-
 rantia est huiusmodi igit. minor pbatur auctoritate
 Andronici dicentis qd perseverantia est habitus eozum
 quibus immanendum et non immanendum et neutrozum.

Ratio thome
 scđe qstioe
 137. articulo
 10. 4.

Argumen-
 tum thome
 vbi supra. 1

Non omnis
 virtus mo-
 derativa ti-
 moris est
 fortitudo.

Argumen-
 tum thome
 vbi supra
 argumto
 primo.

Argumen-
 tum thome
 vbi supra.

Argumen-
 tum thome.
 191. articulo.

Thoma.

Argumen-
 tum thome
 articulo.

Sexto quicquid specialiter percipitur est fortis sed de perseverantia est speciale preceptum igitur minor probatur. Tum primo quia in leuitico precipitur ut caput et caudam offeramus ubi per caput initium operis significatur et per caudam perseverantia. Tum secundo per illud euangelij. Non qui incipit sed qui perseverauerit hic saluus erit. Tum tertio quicquid necessarium est ad salutem preceptum est per christum vel eius apostolos sed perseverantia necessaria est ad salutem cum sine ea non sit salus.

Septimo longanimitas est virtus specialis ergo perseverantia omnia tenet quae idem sunt et a se probatur per apostolum qui inter fructus spiritus enumerat longanimitatem. Ambrosius autem dicit quod ea quae enumerat ibi apostolus virtutes sunt.

Octavo qui quid retribuitur pro meritis in hoc seculo est virtus specialis sed deus perseverantiam nobis tribuit pro meritis in hoc seculo. Nam glossa super illud psal. Retribuet michi deus secundum iudicium autem pro meritis bona spiritualia tribuit hic in presenti scilicet per perseverantiam. Non si conclusio esset vera sequeretur quod quis haberet tot perseverantias quot haberet virtutes se consequens est falsum igitur minor patet quia sicut in eodem corpore secundum eandem partem non possunt esse due albedines ita nec in eadem anima due perseverantiae.

Decimo Sophisticus arguit quidem doctores antiquos: si quis perseverat in omni bono suo perseverantia est omnia bona sua aut ergo est aliquid de istis aut nullum. si nullum ergo nihil est si aliquid ergo cum ipsa sit omnia bona illa simul est unum et plura.

Undecimo arguit alius doctor antiquus nomine Martinus. desitio est quedam proprietates in actu qui est ex eo quod aliquid est et non erit: ergo etiam perseverantia est quedam proprietates in actu que est ex eo quod aliquid est et erit. consequentiam probat quod si affirmatio presentis et negatio futuri sufficiant causare aliquid proprietates in actu scilicet de desitionem multo magis due affirmationes una presentis et alia futuri proprietatem in eodem actu causare sufficient.

Confermat proprietates iusticie non inest iusto eo quod est et erit iustus sed ex eo quod est iustus ergo proprietates que inest iusto et eo quod est et erit iustus est alia a iusticia sed huiusmodi proprietates est perseverantia ergo perseverantia in opere iusticie est alia proprietates a iusticia. **Duodecimo** perseverantia non est virtus ergo perseverantia non est virtus perseverans. antecedens probatur quicquid habet caritatem habet omnem virtutem sed multi habent caritatem qui non habent perseverantiam igitur perseverantia non est virtus. maior probatur quod quicquid habet unam virtutem habet omnes. Tum secundo quod perseverantia finalis non est necessaria ad salutem ergo non est virtus. Si necedens probatur quicquid habet caritatem habet omne necessarium ad salutem. **Ad primam** que videtur esse positissima ratio qua coactus est Festus hoc ponere perseverantiam virtutem ab alijs distinctam. Respondetur multipliciter. Primo quod ista ratio si aliquid concludat non solum concludit quod perseverantia est virtus distincta ab alijs sed quod secundum quodlibet circumstantiam que potest afferre difficultatem in opere ponenda est virtus distincta non solum specie sed etiam genere scilicet capiendo maiorem Thomae pro maiore et sub ea aliam minorem subsumen-

do. verbi gratia ubi quicquid accidit specialis ratio difficultatis et boni ibi est ponenda specialis virtus sed ex circumstantia loci et circumstantia modi agendi ex circumstantia sive ex circumstantia persone in omni virtute accidit specialis ratio difficultati boni nam multo difficilius est continere iram cum preiudicatus es in publico quam in privato cum a seruo quam cum a domino vel socio. Similiter difficilius est exercere iusticiam contra potentem quam contra pauperem et pro tempore pro quo eges auxilio eius contra quem laturus est sententiam quam pro tempore pro quo non eges eius auxilio. Secundo sicut specialis accidit difficultas ex diuturnitate temporis ita etiam specialis accidit difficultas ex frequenti repetitione operis ut patet in ieiunio. scilicet quod specialem difficultatem habet ex eo quod frequenter repetendum est huiusmodi in ieiunio et tamen beatus Thomas non ponit aliquam virtutem specialem propter difficultatem provenientem ex frequenti repetitione operis igitur.

Respondet tamen secundum veritatem ad maiorem quod si per specialem virtutem ipse intelligat virtutem tam specie quam genere distinctam a virtute illa que est circa obiectum quod vocat proprium obiectum actus sic ego nego maiorem. Si autem per specialem virtutem ipse intelligat virtutem non genere sed specie distinctam ab illa virtute que est ex difficultate ipsius actus in se et non ex difficultate ipsius diuturnitatis vel alterius circumstantie et sic concedo maiorem et quicquid inde inferitur per bonam consequentiam dico enim quod est una virtus iusticie qua ego volo iuste facere et non iniuste quod recta ratio dicitur aut propter deum et habitus inclinans in tale actum non in aliam circumstantiam est bonus et laudabilis ego volo etiam iuste facere quia recta ratio dicitur cum intentione non deferendi opus pro difficultate aut tristitia proveniente ex diuturnitate operis et habitus inclinans in hunc actum est bonus et laudabilis et melior precedere et distinctus specie a primo quod habet aliquid pro obiecto scilicet circumstantiam tristitie et diuturnitatis quod non habet prior. Ego etiam volo facere iuste quia recta ratio dicitur cum intentione non deferendi opus pro quocumque utili vel delectabili propter quod recta ratio dicitur non esse deferendum et habitus inclinans in iustum actum et similes est bonus et laudabilis et specie distinctus a prioribus quia habet delectationes pro obiectis quas non habet alius actus. **Et** possum etiam velle facere iusticiam cum intentione non deferendi eam pro quocumque quod est contra rectam rationem hoc est pro quocumque siue tristabili siue delectabili pro quo recta ratio dicitur ipsum opus iusticie non esse deferendum et habitus inclinans ad istum actum et consimiles adhuc est excellentior tribus prioribus et cum una recta ratione inclinante in media te actu suo elicit: ad actum secundi habitus et cum alia recta ratione ad actum tertii habitus. Ego possum propterea habere actum quo ego volo facere iusticiam cum intentione non deferendi eam pro quocumque quod est contra rectam rationem etiam in eo pro morte qui actus sit formaliter et non tamen equaliter imperatiuus executionis respectu mortis sustinende ne deferatur tale opus et iste actus et habitus inclinans in ipsum dicitur heroicus et est excellentissimus a specie distinctus ab omnibus alijs precedentibus actibus.

bus. Dico tamen q̄ omnes isti habitus continentur sub habitu iusticie q̄ omnes isti actus habenti vnū obiectum cōmune sc̄z facere iusticiā a quo obiecto cōmuni reponitur actus sub genere iusticie. Dico preterea q̄ omnes isti actus sunt distincti specie. Probatur quia aliquid est obiectum in posterioribus / quod non est obiectū in primo / et secundus tertius quartus et quintus habet diuersa obiecta. Et preterea nūq̄ vnus istorum habituum tantum possit intendi q̄ immediate inclinaret in actum alterius et quilibet eorum immediate tñ inclināt in p̄p̄uz actum, primus habitus est iusticia sed nō constituta in gradu ⁊ potest vocari simplex, secundus est iusticia in gradu cōtinentie distincte accepto cōtra gradum perseverantie. Tertius est iusticia constituta in gradu perseverantie. Quartus est iusticia cōstituta in gradu cōtinentie cōmuniter accepte ad continentia proprie dictam ⁊ perseverantia. Quintus habitus est iusticia in gradu heroico cōstituta. Ad id autē quod arguendo cōtra Thomam dicebamus q̄ sequeretur q̄ s̄m quālibet circumstantia que possit afferre difficultatē in opere ponēda eēt specialis virtus. ¶ Ad hoc respondeo q̄ secundus quālibet circumstantiam facientem difficultatem ponēda est virtus spem distincta a virtute simplici ita q̄ per illam circumstantiam difficultatē opus virtutis constituitur in aliquo gradu. Et si queras in quo? Dico q̄ vel illa circumstantia difficultatē actum per modum oblectantis ⁊ tunc continet sub continentia gradu aut per modum contristantis ⁊ tunc cōtinetur sub perseverantia gradu ⁊ maxime si pugna ⁊ temptatio non superet cōmunem facultatem hominum verbi gratia locus vel persona est talis vt per eam aut in eo habeat copiosum vsum voluptatum suarum que retrahunt a labore p̄re requisite ad cognoscendum in causa aut que alliciūt eum vt in causa cognita contra iusticiam sentētie et tunc est continentia, aut locus est talis aut persona vt ab eis patiat multa aduersa si insistat operi iusticie ⁊ tunc erit iusticia s̄m perseverantia. Eodem modo dicendum est de difficultate que provenit ex frequenti repetitione operis, talis em̄ facit actum sub perseverantia. ¶ Ad secundam cōcedo maiorem, et nego minorem accipiēdo perseverantiam eo modo quo supra dictum est eam accipi. Et ad probationem respondet beatus Tho. q̄ Augu. non accipit ibi perseverantiam p̄o habitu sed p̄o actu p̄riuatione vsq̄ in finem s̄m illud Bathēi xxiii. Qui perseverauerit vsq̄ in fidem hic saluus erit. Contra autem rationem perseverantie sic accepte esset vt amitteretur in qua solutioe Tho. dicit tria bene notanda. Primum est q̄ Augu. nō accipit ibi perseverantiam p̄o habitu. Nam dato quocunq̄ habitu qui esset perseverantia talis possit amitti per cessationem ab actibus, nam posito q̄ aliquis frequenter cliciando actum voluntati perseverare in fide vsq̄ in finem aggeneret habitus qui dicatur perseverantia constat q̄ ille habitus potest deperdi per cessationem ab actibus. Dicit secundo q̄ accipit perseverantiam p̄o actu continuato / q̄ si acciperet terminos proprie beatus Thomas non secundum sentirem quia pauci sunt qui habeāt actū aliquem vel fidei vel spei vel alterius virtutis vsq̄ in finem continuatum, cum necesse sit p̄pter naturē multiplices necessitates hmōi actus interrumpi

pi sed credo q̄ intelligit p̄ actum continuatū actus sibi necem vsq̄ in finem succedentes aut actum vere continuatum vsq̄ in finem sicut est ille quem paulo ante finem incipimus ⁊ credo q̄ alterum sufficit ad perseverantiam. Dicit preterea q̄ perseverantia non potest amitti. Probatur q̄ ponatur q̄ actus ille qui fuisset perseverantia si fuisset continuatus amittatur vel desinat esse. Arguo sic ille actus nec est vnq̄ fuit perseverantia / ergo nō q̄ ille actus desinit esse perseverantia amittitur / ita q̄ sic arguitur aut actus ille non desinit et per p̄ns non amittit perseverantia aut desinet per p̄sequēs nūq̄ fuit perseverantia. Et si dicas ante finem verum est dicere q̄ iste perseverat in fide ergo aliq̄s actus eius multo tempore precedens finem vite est perseverantia sed ille actus aliquādo nō solum desinit / sed etiam amittit ita q̄ nullum sibi debetur premiū vt si ille q̄ habuit decedat in peccato mortali / ergo ista est possibilis perseverantia amittitur. Primum autē s̄ns probatur post finem vite verum est dicere de eo qui decessit in gratia iste perseveravit ergo aliquando fuit verum dicere iste perseverat, cōsequētia tenet quia omnis propositio de preterito vera infert aliquam de presenti fuisse vera. ¶ Ad hoc argumētū iudicio meo non potest responderi nisi altero duorum modorum, primo negando istam consequētiā hec ē vera iste perseveravit ergo hec aliquādo fuit vera iste perseverat et secundum rei veritatē quicquid sit de ista aliqua tamen multi ei similes non valet verbi gratia ista non valet ista est vera iste perseveravit a. xx. anno vsq̄ ad. lx. in fide ergo aliquādo hec fuit vera iste perseverat a vice simo anno vsq̄ ad sexagesimū in fide / q̄ nullus actus eius duravit a vice simo vsq̄ ad. lx. et dato q̄ durasset tantum tamen nec in principio temporis hec fuit vera iste perseverat vsq̄ ad. lx. nec in medio temporis / quia tunc cum nec sit in. xx. nec in. lx. anno non perseverat a. xx. vsq̄ ad. lx. nec in fine quia tunc licet sit in. lx. non est tamen in. xx. sequitur autem iste perseverat a. xx. ergo est in. xx. hec tamen posset saluari q̄ ampliatiōnem factam ratione huius verbi perseverat. Si enim diceremus q̄ ista propositio ipse perseverat a. xx. vsq̄ ad. lx. annum in fide equivalet isti orationi / iste accepit fidem in. xx. anno que et vsq̄ nunc in eo duravit et durabit vsq̄ ad. lx. tunc perseverare ampliabit ad preteritum et futurum sed qui tenerent huiusmodi ampliatiōnem non negarent istam consequētiā ista est vera iste perseveravit vsq̄ in finem ergo ista aliquando fuit vera iste perseverat et ideo negando ampliatiōnem negatur ista consequētia et dicitur q̄ ista de preterito iste perseveravit est vera et tamen nūq̄ habuit aliquam de presenti ex eisdem terminis veram / sicut ista est vera albu fuit nigrum / meretrix fuit virgo / currēs fuit quiescens / et iste de presenti nunc quam fuerūt vere album / meretrix est virgo / currens est quiescens. Secundo potest responderi concedēdo consequētiā et consequens scilicet q̄ aliquādo ista fuit vera iste perseverat in fide / aut in opere iusticie et equivalet vni copulatiue ex vna de p̄senti ⁊ altera de futuro compositē isti sc̄z iste habet opus iusticie ⁊ toties est ipsum habitus quoties cūq̄ recta ratio dicit aut esse habendū ⁊ cū isers q̄ aliquis actus eius est perseverantia etiā ante finem vite concedo, et cum dicis q̄ ille actus aliquā amittit

Ubi sup.
articul. 4.
in solutio-
ne ad p̄mū

Non temp
pp̄t̄it
sentit vere
correspondet
det se
esse vera.

perferi
multiplic

titur. et nego istam de inesse et dico quod non est com-
possibilis precedenti: sed bene cum precedenti concedo
rem istam/iste actus potest amitti. Et si dicas ponatur
in esse. Dico quod si ego ponam inesse istam de possibili
ego destrua precedentem que est ista inpossibilis.
Et si dicas precedentens non potest destrui cum sit de
presenti/ista scilicet actus est perseverantia: ergo alia de
possibili nunquam potest poni inesse et per consequens illa
de possibili non fuit vera. Respondeo negando anis
scilicet quod illa de presenti non possit destrui. Dico enim quod
sunt alique de presenti mere simpliciter que non de-
pendent a futuro/sunt alique que non sunt mere simpli-
ter de presenti. Et istarum alique sunt que dependent a pre-
terito et presenti tantum ut ista iste cessat loqui dependet
ab istis duabus iste locutus est. et nunc non loquitur.
Alique sunt que dependent a presenti et futuro tantum:
ut iste incipit moveri dependet ab istis duabus iste
non movetur: statim post movebitur. Alique sunt que
dependent a preterito et futuro ut iste movetur depen-
det ab istis duabus iste immediate ante hoc instans
movebatur et immediate post hoc instans movebitur
nec requiritur quod in hoc instanti moveatur: quod in
instanti non est motus. Alique sunt que dependent tam a
presenti quam a preterito quam a futuro/ ut in isto continua-
tur palloz dependet ab istis tribus in isto immedia-
te ante hoc instans fuit palloz et nunc in eo est palloz
et immediate post hoc instans in eo erit palloz.
Nunc dico quod proponens que sunt mere simpliciter
de presenti sic scilicet quod dependent tantum a presenti aut que
dependent tantum a presenti et preterito necessario sunt
vel fuerunt vere sed quecumque dependent a futuro con-
tingenti siue cum hoc dependant a presenti tantum siue
a preterito tantum siue a presenti et preterito sunt
mere contingenter vere sicut per oppositum illa de futuro
a qua dependent/ nam ex talibus adynam de futuro
est bona consequentia sed nullus bone consequentie
cuius consequens est contingens anis est necessarius
igitur. Dico ergo quod iste oes sunt vere/ iste perseve-
rat/iste actus est perseverantia: sed tamen iste contin-
genter perseverat: et iste actus contingenter est vel
fuit perseverantia. Idem enim est iudicium/ et ideo possi-
bile est quod iste nec perseveret nec nunquam perseveraverit/
et quod iste actus nec fuit nec nunquam fuerit perseverantia.
Et quo patet quod beatus Thomas habet alterum
duorum concedere/ aut quod non sequitur ista est vera post
finem vite iste perseveraverit ergo hec aliquando fuit
vera iste perseverat et hoc si non ponatur nomen vel ver-
bum perseverantie esse ampliativum/ aut quod ista iste perse-
verat sic est nunc vera et quod potest nunquam fuisse ve-
ra. utrum autem eodem modo dicendum esset de habitu perse-
verandi et de actu interiori eius inquire.

Ad tertiam dico quod in genere virtutis alicuius aliquid
dicitur imperfectum dupliciter. Uno modo ob
defectum graduum eiusdem rationis propter quem defectum
mundum habet firmitatem et immobilitatem requisitam
ad habitum virtutis et sic concedo quod tale imperfe-
ctum non est qualitas de difficultate mobilis a subie-
cto sed est dispositio quedam ad huiusmodi qualitatem.
Et in hoc sensu ego nego perseverantiam esse imperfe-
ctum in genere virtutis. Alio modo aliquid dicitur
imperfectum in genere virtutis quod ad gradum perfe-
ctionis alicuius alterius speciei eiusdem generis non
attingit: sicut equus quod quid imperfectum in genere
animalium quod non attingit ad perfectionem hominis
et in hoc sensu nego maiorem licet enim equus sit quid

imperfectum in genere animalis ad illum sensum/
equus tamen est perfectum animal nec sibi quicquam
deest ad quod sit animal ita etiam licet perseverantia sit
quid imperfectum in genere virtutis: quod non attingit
ad perfectionem temperantie licet ad eam disponat ut
est tam perfecta sicut continentia ut vult Aristoteles in vii.
ethicorum. est tamen perfecta virtus nec sibi quicquam deest
quod pertineat ad rationem perfecte virtutis immo
est perfectior quam virtus simplex quoniam intensiva.
Et ad maiorem nego eam in primo sensu concedo in
secundo. Et ad probationem minoris dico ad secun-
dam partem quod cum Aristoteles dicit continentiam non esse vir-
tutem ipse nomine virtutis intelligit temperantiam sicut
frequenter nomine malicie intelligit intemperantiam
ut patet in principio septimi et frequenter alibi ac-
cipiendo ergo virtutem generaliter per omnem habitum
electivum immediate consistentem. et continentia est
virtus. Accipiendo vero virtutem per habitum qui tam
tam firmus est assiduis operationibus/ et victoria
passionum tam stabilitus ut passiones non plus nota-
biliter contra rationem insurgant: sic continentia non
est virtus nec etiam perseverantia: de qua hic loqui-
mur/ licet perseverantia aliqua de qua dicit Christus.
Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit: be-
ne sit virtus. Ad quartam dico quod persistere diu in
opere iusticie est opus iusticie: persistere diu in ope-
re mansuetudinis est opus mansuetudinis nullum tamen
virtutis opus est quodlibet persistere in opere virtu-
so. Et ideo ad rationem concedit consequens in ri-
gore sermonis: ad maiorem tamen dico quod licet nullum
persistere commune sit omni virtuti: cuilibet tamen virtuti
suum genus convenit diu persistere in opere illius vir-
tutis/ hoc est quodlibet genus virtutis continet sub
se aliquos habitus inclinantes ad diu persistendum
in opere talis virtutis. ut genus iusticie continet
sub se aliquos tales habitus et genus fortitudinis
et genus mansuetudinis et sic de aliis. non tamen
dico quod sit commune omni virtuti firmi speciei et individua
quod non est univocaliter verum quod omnis habitus in-
clinet cum illa circumstantia. Ad quintam dico quod ista
propositio perseverantia est virtus specialis huius dupli-
citer sensum/ unum de rigore sermonis et in illo sensu
ipsa est vera. nam perseverantia iusticie est virtus spe-
cialis. id est una species virtutis specie distincta a
qualibet alia que non est perseverantia iusticie/ et perse-
verantia mansuetudinis est una virtus specialis.
et sic de aliis. Alium habet sensum secundum intentionem
ponentium eam/ qui ponentes eam volunt dicere quod
perseverantia est unum genus virtutis commune multis
speciebus et sub nullo genere virtutis contentum et
in hoc sensu negamus eam. et ideo ad rationem concedo
maioris accipiendo virtutem conformiter ad primum
sensum et concedo etiam conclusionem eodem sensu.
Si accipiendo conformiter ad secundum sensum nego
maioris. Aliter enim ex ea posset concludi de qua-
cumque specie virtutis quod ipsa esset virtus specialis
id est esset unum genus virtutis sub nullo genere vir-
tutis contenta quod falsum est. unde alii sumant ge-
nera virtutis et unde species non est hic dicendum.
Ad sextam dico quod argumentum procedit contra eos
qui negant perseverantiam esse virtutem contra quos
infertur quod perseverantia est virtus/ et quod precepta est
perseverantia. id est quod preceptum est nobis operibus per-
severemus. id est quod ea faciamus quod diu et quoties recta
ratio dicat ea esse facienda: et similiter concedo illis

Persevera-
tia est virtus
specialis
dupliciter ha-
bens sensum

multipliciter
dicitur de
presenti.

temp
ni de p
ver
sp
r
et

imperfectum
multipliciter

perseuerantia necessaria est ad salutē. i. ad salutē
 necessariū est vt in bonis operibus perseueremus
 ¶ Ad septimam dico q̄ longanimitas non est sic:
 virtus specialis q̄ sit vnū genus virtutis sub nul-
 lo alio cōtentū sed dico q̄ est aliqua lōganimitas
 sub genere iusticie contenta: et aliqua sub genere
 fortitudinis. et sic de aliis: et eodē modo de pseuerā-
 tia quomodo tamen se habeat pseuerantia erga lō-
 ganimitatē postea videbitur. ¶ Ad octauā negat
 maior accipiēdo virtutē specialē primo modo.
 ¶ Ad nonā si inferatur conclusio de inesse negat
 cōsequētia: si inferatur de possibili: et q̄ ly quot nō
 numeret nisi genera virtutū concedo: et cōsequen-
 tiam: et cōsequēs: licet in quolibet genere virtutis
 possit reperiri species et gradus pseuerantie non
 tñ quilibet species virtutis est pseuerantia: vt pa-
 tet de simplici virtute et continētia: et de virtute he-
 roica. et ad pbationē negatur cōsequētia q̄ due
 albedines sunt qualitates corporales eiusdē sp̄i.
 sed pseuerantia nō est qualitas corporalis nec q̄t
 bet due perseuerantie sunt eiusdē speciei. ¶ Ad de
 cimā dico q̄ casu posito q̄ quis habeat plura bo-
 na opera et in oibus pseueret nulla perseuerantia
 eius est oīa bona sua: sed vna eius pseuerantia est
 vnū bonū opus et alia aliud: et sic de singulis: et cū
 dicit ergo est aliquod de istis aut nullum. Dico q̄
 aliquis est aliqd̄ et alia aliqd̄: sed nulla est quod
 libet nec omnia. ideo inferēdo falsum supponit cū
 dicit ergo cū ipsa sit oīa. zc. q̄ nulla est omnia bo-
 na. ¶ Ad vndecimā dico q̄ proprietates accipit du-
 pliciter. vno modo p̄ qualitate reali que inest ali-
 cui: et sic negat antecedens sc̄z q̄ desitio sit aliqua
 talis proprietates. si em̄ esset aliqua talis pprietas
 tunc q̄reretur in qua re esset illa desitio non in re q̄
 desinit: q̄ illa non est cū desinit nec in alia re: quia
 tunc illa desineret esse. Sed alio modo accipitur
 proprietates p̄ termino ordinatē et non essentialiter
 predicabili s̄m se vel s̄m suum concretū de alio. et
 hoc modo cōcedo. hec em̄ est vera hec res desinit
 et in hoc sensu cōcedo q̄ pseuerantia est quedam
 pprietas. Nā de opere dicitur/hoc opus est pseue-
 rans: et de homine iste homo pseuerat in opere iusti-
 cie et non solum concedo q̄ pseuerantia hoc modo
 est proprietates sed etiā primo modo: q̄ in reuerita-
 te pseuerantia est qualitas menti inexistentes. Et ad
 pbationes dico q̄ affirmatiōes et negatiōes nec
 desitiōē causant nec pseuerantiā licet ad taliter
 esse et non esse sicut significat per affirmatiōē et
 negatiōē sequatur a priori rem aliquam desinere
 esse et ad taliter esse sicut significatur per aliquas
 affirmatiōes sequatur a priori perseuerantiā esse
 Sequitur em̄ iste operatur et opabitur iuste: ergo
 pseuerabit in iusticia. Iste tamē affirmatiōes nō
 faciunt perseuerantiā sed voluntas pseuerantis et
 habitus ad perseuerandū inclinans et potētia exe-
 quens. ¶ Ad confirmatiōē dico q̄ si accipiat pse-
 uerantia p̄ se continuatione boni operis cōcedo
 antecedens p̄ vtraq̄ parte et nego cōsequētia
 eadem em̄ ratione pbarem q̄ homo nō est alial sic
 animal non dicitur de forte ex eo q̄ habet animam
 sensitiuā et rationalē sed ex eo quod habet animā
 sensitiuā ergo quicqd̄ dicit de forte ex eo q̄ habet
 animā sensitiuā et rationalē est aliud ab aliali: sed
 homo vel animal rationale dicitur de forte ex eo q̄
 habet animā sensitiuā et rationalē: ergo homo vel

animal rationale est aliud ab homine nego conse-
 quētia et dico q̄ sicut habere animā sensitiuā est
 superius ad habere animā sensitiuā et rationalem
 ita animal est superius ad hominem. Et hoc argu-
 mentū bene concludit sicut em̄ omne habens ani-
 mam sensitiuā et rationalē habet animā sensitiuā
 et non econtra ita etiā homo est animal et nō ec-
 tra ita etiā dico q̄ sicut esse iustus est superius ad
 esse et fore iustū. nā omne quod est et erit iustum et
 non econtra ita iusticia est superius ad pseueran-
 tiam iusticie. et mansuetudo ad pseuerantiā man-
 suetudinis et ideo si in p̄dicto argumento proprie-
 tates iusticie et pprietas pseuerantie capiātur secū-
 de intentionaliter argumentū bene p̄cludit q̄ vna
 non est alia sicut nec iste terminus homo est iste ter-
 minus animal. Si aut accipiarur prime intētiona-
 liter nichil cōcludit vt clare patuit instantia
 ¶ Ad vltimā negatur ans et ad pbationē nego
 maiorē. nego etiā q̄ quicūq̄ habet vnā virtutē ha-
 bet omnes. Et si dicas q̄ quicūq̄ habet caritatē
 habet omnē virtutē necessariā ad salutē sed alius
 habet caritatē qui non habet pseuerantiam: ergo
 pseuerantia nō est virtus necessaria ad salutem.
 Dico q̄ sim illos qui ponunt cū caritate oēs virtu-
 tes infandi duplex est pseuerantia. vna est infusa.
 alia acquisita. hic aut agimus de acquisitis virtuti-
 bus. Sed aliqua virtus t̄ haberi tripliciter vno
 modo in habitu. Secūdo modo in p̄romptitudine
 animi. Tertio modo in vsu. Tūc dico q̄ pseueran-
 tia acquisita non est simpliciter ad salutē necessa-
 ria q̄tum ad habitū nec q̄tum ad vsū: nec q̄tum
 ad p̄romptitudinē animi. ¶ At et de pueris nouiter
 baptisatis et statim decedentibus. Dico secūdo
 q̄ pseuerantia non est necessaria q̄tum ad vsū nec
 q̄tum ad habitū in habente annexi discretionis. pro-
 batur: q̄ possibile est q̄ aliquis post tēp̄ discretio-
 nis inchoat aliquid bonū opus et cōtinuet p̄ ali-
 quod parū tēpus ita q̄ nulla i eo oritur difficul-
 tas ex diuturnitate operis et sic continuando vel
 moras vel incipiat dormire et dormiēdo moriatur.
 constat q̄ talis non habet pseuerantiā nec in habi-
 tu nec in vsu. Dico tertio q̄ in diuturno tēpore vi-
 uente post annos discretionis non est necessarium
 ad salutē habere pseuerantiā in vsu et opere. p̄ mē-
 sura quo quis decedit. patet q̄ possibile est q̄ quis
 habens caritatē dormiendo decedat. Secūdo q̄
 possibile est q̄ aliquis in extremis consistat et con-
 teratur et p̄ parū tempus post decedat seu dormi-
 endo seu vigilando/ talis aut non habet pseueran-
 tiam in vsu: vt constat accipiēdo perseuerantiā
 eo modo quo accipit beatus Thomas Dico quer-
 to q̄ in tali necessaria est perseuerantia in p̄opti-
 tudine animi actualiter vel habitualiter. patet q̄
 talis debet esse p̄romptus et paratus: q̄ si recta ra-
 tio dicit sibi esse perseuerandū et non sit impedi-
 mentum q̄ ipse pseueret. Dico quinto q̄ pseueran-
 tia est necessaria ad salutē per remotionē vitiorū
 oppositorū. i. ad salutē necessariū est ne quis desit-
 rat opus propter tristitiā laboris aut diuturnita-
 tis pro tempore: p̄ quo recta ratio dicit non esse
 dimittendū et ad hunc sensum puto intelligendū
 esse illud illud p̄. qui pseuerauerit vsq̄ in finē hīc
 saluus erit non q̄ p̄cipiat vnū q̄q̄ debere habere
 actum virtutis immediate ante instans desitiōē
 sue quin tunc nullus qui est et decessum suū care

Ad argu.
 sophisti,

Acceptio-
 nes ppeta-
 tis.

Virtutes
 nō sunt cō-
 nepe

perseueran-
 tiā est ne-
 cessaria ad
 actum vel
 habitum.

ret vsu rationis salua retur: sed potius prohibetur mollicies que est carentia pfeuerantie p tempore p quo recta ratio dicat de necessitate salutis esse pfeuerandū. Rationes ad q̄stionem solute dictas,

Veritur scdo. Arrum

Pfeuerantia importet tantū difficultatem puenientem ex diurnitate operis. Arguitur q̄ sic aliquis ideo dicit tantū pfeuerare q̄ diu pfeuerat opus suū. ergo cum pfeuerare importet difficultatem aliquā seq̄ q̄ importat tantū difficultatē puenientē ex diurnitate opis. In oppositū arguitur fm Ari. pfeuerare est cōtratenere. ergo in omni opere est pfeuerantia in quo contra tristitias z molestias tenemus et cōtinuam. Notandū est q̄ fm beatū thō. pfeuerantia et cōstātia pueniūt differēt. cōueniūt in hoc q̄ ad vtrūq̄ pertinet p̄sistere firmiter in aliquo bono. sed differunt fm eā que difficultatē afferunt ad p̄sistendū in bono. nam virtus pfeuerantie p̄prie facit p̄sistere hominē in bono cōtra difficultatē q̄ p̄uenit ex diurnitate operationis. cōstātia vero facit firmiter p̄sistere in bono contra difficultatē que puenit ex quibuscūq̄ aliis impedimentis exterioribus est difficile improbare hāc sententiā q̄ dependet ex impositione terminorum quā difficile est pbare. constat tamē q̄ hoc non est dictū conformiter ad intentionē Ari. arguit tamē contra opinionē sic inchoet aliq̄ opus fortitudis et cum diu p̄tinuat propter molestiā diurnitatis et non ob aliā causam deserat: tūc sic cōstat q̄ talis nec pfeuerans est nec cōstans et tamen non retrahitur ab opere nisi p̄pter molestiā diurnitatis. igitur. ¶ Secundo arguit auctoritate Arist. vii. ethi. exp̄sse diffinitis q̄ pfeuerantia est cū quis contra vehementes tristitias tactus z gust⁹ quas multi vincunt p̄manent: aut in ratione et electiōe recta constat autē q̄ p̄ter tristitias diurnitatis sunt multe alie vehementiores. q̄ si quis dicas q̄ Thō. dicit exp̄sse se aliter accipere pfeuerantiam q̄ Ari. acceperit: hoc non sufficit q̄ in vsu terminorum nos debemus maxime p̄formate doctorib⁹ antiq̄uis nisi constat de abusu q̄ si p̄prietatem et ortū termini cōsideremus nō habebitur ex hoc q̄ pfeuerantia dicat tantum hōi diurnitatis difficultatē pfeuerans a seueris maxime videt dicitur flecti/et ideo sicut seuerus est q̄ non mouet acerbitate molestie ne verū rigorē legis in alterum exerceat et inde seuerus fm hugo. quasi satis verus z pfeuerans est qui nulla molestia pene aut tristitia a veritate rationis z rectitudine electionis retrahitur. q̄ si dicas q̄ pfeuerare ex per z seuerare cōponitur hoc nō adiuuat q̄ seuerare quod nō ē in vsu. non aliud significat q̄ cōpositū eius quo loco ipsius. scz vtimur asseuerare. asseuerare autē diurnitatem nec continuationē operationis sed magis idē quod asserere et affirmare significat licet forte aliud cōnotet. asseuerare em̄ est inter ipsa argumenta p̄bationesq̄ admiscerem animi ac motum factus indignū. dico ergo pbabiliter q̄ ista quatuor stabilitas/longanimitas/pfeuerantia/et constantia hoc modo differunt. nā stabilis d̄ ille q̄ persistit in opere bono inchoato nec ab eo retrahitur p̄pter aliud opus bonū propter quod recta ratio dicat p̄mū non esse deserendū: ideo voca-

mus eos instabiles q̄ vsu vno inchoato aliē inchoant primo derelicto contra iudiciū rationis longanimitas est qua pars p̄sistit in opere bono contra molestias ex diurnitate opis puenientes. et iudicio meo. longanimitas p̄prie significat id quod beatus Thō. dicit significari p̄ pfeuerantiā: pfeuerantia est qua q̄s persistit in opere bono contra tristitias vehementes infra facultatem hōis possitas ab opere retrahentes siue ille ex natura opis siue ex diurnitate siue ex loco: siue ex modo: siue ex alia quauis circūstantia siue ab intrinseco: siue ab extrinseco. pueniant et hoc siue in p̄sistendo firmus sit siue mutet ac vacillet constanti videtur michi addere tria super pfeuerantiā: p̄mū est firmitas in p̄sistendo ita q̄ qui vere constans p̄sistit nec tamen in persistendo mutat aut vacillat alterum est q̄ p̄ pfeuerantiā solū persistimus in opere contra tristitias p̄ constantiā vero iā contra tristitias q̄ contra delectationes tā etiā cōtra persuasiones retrahentes ab opere p̄sistimus ita q̄ martires non solū dicebant constantes q̄ non flectebantur terroribus sed etiā q̄ non dimouebantur p̄mitis et muneribus/tertiū q̄ pfeuerantia non certat nisi contra tristitias q̄ sunt infra cōmunem hominū facultatē et quas multi vincunt. sed constantia certat contra tristitias z delectationes siue sint supra cōmunē facultatē hominū siue infra et ideo de gloriosis martiribus canit ecclesia.

¶ cōstātia martirū laudabilis. ¶ Prima cōclusio: omnis longanimitas est pfeuerantia z nō econtra. pbatur sicut se habet obiectū ad obiectū: ita et habitus ad habitū et ipsa habitū nomina: siue signa: sed tristitia ex diurnitate infra cōmunem hominū facultatē posita que est obiectū longanimitatis est inferius ad tristitiā infra cōmunem facultatē hominū posita: ergo et longanimitas est inferius ad pfeuerantiā z ita omnis longanimitas est pfeuerantia: et non econtra. Aduerte tamen q̄ si diceretur q̄ longanimitas cōnotaret tristitiā ex diurnitate siue illa tristitia esset infra cōmunem hominū facultatē siue non tunc consequēter loquendo aliter dicendū esset tunc em̄ longanimitas et pfeuerantia non se haberēt sicut superior z inferius nec obiecta eorū et p̄dicarentur de seimūcem particulariter et indefinite z neutrū de altero vniuersaliter. ¶ Secūda cōclusio licet aliquis pfeuerantia constantia sit non tamen omnis pfeuerantia est cōstantia nec omnis cōstantia pfeuerantia est. prima pars pbatur. pfeuerantia qua quis firmiter et sine vacillatione insistit operi contra tristitiā retrahentē est constantia. igit. secūda pars patet q̄ pfeuerantia qua quis insistit operi eidem cōtra similes tristitiā: sed cū vacillatione multa p̄cedente non est cōstantia. tertia pars probatur. q̄ constantia q̄ est circa tristitiā excedentē cōmunē facultatē hominū non est pfeuerantia nec illa etiā constantia q̄ est circa delectationē retrahentem ab opere bono est pfeuerantia sed magis continentia. ¶ Tertia cōclusio pfeuerantia nō dicitur de ratione sua cōtinuationē actus boni vsq̄ in finem vite. pbatur cōclusio. q̄ vt dictū est de ratione pfeuerantie non sunt nisi quatuor. p̄mū scz persistentia in actu virtuoso fm q̄ sit pugna ex tristitia. tertiū q̄ ille sint vehementes. quartū q̄ ille sint infra cōmunem hominū facultatē. Sed hec

Lōditōes pfeuerantie

quatuor nec diuisum nec coniunctum inferunt q̄ ad
 perseverantiam exigat continuatio actus boni vsq̄
 in finem. Secundo aliquis frequenter h̄z actum in-
 terruptum qui perseverare dicitur vt patet de ieiunante
 in quadragesima qui interrumpit ieiunium et quiescit
 a ieiunio diebus dñicis. patet etiam de perseverante in
 fide qui aliquis tamen interrumpit actum fidei puta
 dormiendo vel alia negociando q̄ tñ non interrū-
 pit p̄ actum contrarium sed per cessationē ab actu
 ideo dicitur perseverare in fide. ¶ Advertendum est
 tamen q̄ s̄m beatū Thomā questione de perseveran-
 tia articulo primo in r̄sione ad s̄m eodem noie
 aliquando notatur virtus et actus virtutis vt cū
 ait Augu. super iohā. fides est credere quod non
 vides / potest tñ contingere q̄ aliquis h̄z habitum
 virtutis q̄ non exercet actū sicut aliquis paup̄ ha-
 bet habitū magnificientie: et tñ non habet actum
 quandoq̄ vero aliquis habēs habitum incipit qui
 dem exercere actū sed nō perficitur puta si edifica-
 tor: incipiat edificare et nō cōpleat / addit sic ergo
 dicendum est q̄ nomen perseverantie quandoq̄ sumit
 pro habitu quo q̄s eligit perseverare / quandoq̄ pro
 actu quo q̄s perseverat et q̄s habens habitū perse-
 verantie eligit perseverare et incipit exequi aliqua
 diu persistendo non tñ complet actū q̄ nō persistit vsq̄
 in finem. est aut duplex finis: vnus q̄ est finis opis /
 alius aut qui est finis humane vite. Per se aut ad
 perseverantiam pertinet vt aliquis perseveret vsq̄ ad
 terminū virtuosi operis / sicut q̄ miles perseveret
 vsq̄ in finē certaminis et magnificus vsq̄ ad con-
 summationē operis / sunt aut quedā virtutes qua-
 rum actus p̄ totā vitam durare debent sunt spei / si-
 dei / et caritatis q̄ respiciunt vltimū finem totius
 humane vite. et ideo respectu harū virtutū q̄ sunt
 principales nō consummatur actus perseverantie nisi
 vsq̄ ad finē vite. et s̄m hoc dicit Aug. libro de perse-
 verantia q̄ nullus potest dici perseverantia habere
 q̄dā viuit. ex istis verbis apparet q̄ in aliquibus
 actibus bonis nō est de ratione perseverantie q̄ con-
 tinuetur actus vsq̄ in finē vite: sed sufficit q̄ con-
 tinuetur vsq̄ in finē operis hoc est vsq̄ in finē quē
 s̄m rectā rationē debet habere opus q̄ cū oē op̄
 continuatū continet quousq̄ desinat nisi ita expo-
 neretur sequeretur q̄ in omni opere virtuoso saltem
 continuato perseveraret vsq̄ ad finem operis / siue
 hęc opinio vera sit siue falsa non volo multū insta-
 re contra eā q̄ onerosus est disputare de significa-
 tione terminorū. sequentes tamen p̄dictā opinionē
 iudicio meo habent cōcedere q̄ sequuntur. primū
 est q̄ de aliquo actu vere dicitur aliquando q̄ fuit perse-
 verantia de quo tamen nunq̄ fuit verū dicere p̄
 q̄ est perseverantia et de aliqua creatura rationali
 verū est aliquando dicere perseveravit in operibus
 caritatis de qua nunq̄ prius fuit verū dicere hęc
 creatura perseverat in opere caritatis. Secundo se-
 quitur q̄ per aliquod mere naturē qd̄ nullomodo
 est in potestate operationis aliq̄s actus qui nūq̄
 fuit perseverantia incipit fuisse perseverantia: patz q̄
 mors qui est terminus vite est aliqd̄ mere naturale
 quē nō est in potestate operantis ante aut instans
 mortis actus ille amandū deū caritate nunq̄ fuit
 perseverantia et tamen instant mortis incipit fuisse
 perseverantia. Tertio sequitur q̄ aliquis actus bonus
 et laudabilis imperatus ab aliqua virtute mediā
 te actu eius elicitō p̄ tempore p̄ quo s̄m omnē cir-

cunstantiam bene fit non fortietur denominationē
 illius virtutis a qua imperatur vel cuius electioni
 est conformis patet q̄ talis actus persistendi in ope
 caritativo imperatur a perseverantia et tñ non deo-
 minatur esse perseverantia nisi in fine vite.
 ¶ Quarto sequitur q̄ perseverantia est virtus et tam-
 en eius operatio virtuosa et laudabilis nō potest
 esse operatio perseverantie. patet q̄ vel esset opera-
 tio perseverantie ante q̄ esset et hoc nō vt constat
 vel quando est hoc nō q̄ tunc nō haberetur adhuc
 finis operationis vel post q̄ fuit et hoc non q̄ ipsa
 non est. tñ etiam q̄ cū operatio non est nullus perse-
 verat ergo nulla operatio tñc est perseverantia.
 Quinto sequitur duorū hominū oīno vniformitū tam
 in ratione q̄ in electione voluntatis q̄ in opere ex-
 teriori vsq̄ ad aliquod instans de vnovere dicitur
 q̄ perseveraverit et de alio vere dicitur q̄ non
 perseveravit patet moria vnus in illo instanti et
 non alius. Ista sunt q̄ michi videntur sequi ex pre-
 dicta opinione / ad quā tamen ponendā nec ratio
 nec auctoritas cogere videtur. ¶ Quarta conclu-
 sio perseverantie non dicit de per se et de ratione sua
 continuationē actus vsq̄ in finē nec vite nec operis.
 primū patet ex p̄cedenti conclusione / secundū
 patet q̄ aliquando aliquis vere perseveravisse dicitur
 qui nō complevit opus sed impeditus fuit p̄ inter-
 ventionem mortis: vt patet de multis q̄ tēpla mag-
 nifica in ceperunt ante quorū cōplementū ex hoc
 seculo transierunt. secūdo patet de his qui p̄violē-
 tiam impediuntur ne expleant quod inceperunt.
 ¶ Quinta conclusio: perseverantia nō dicit de rati-
 one sua q̄ opus tandiu continuatur q̄ diu recta
 ratio dicat esse continuandū. p̄batur si recta ra-
xpo passionē sustineretis / hec Thomas ex quibus
verbis patet q̄ licet nō neget aperte fuisse in inno
centibus martiriū tñ non concepit expresse eis nisi
gloriā martiris ⁊ ideo p̄bo primo correlariū. par
uuli baptisati hnt verū baptismū ergo ⁊ paruuli oc
cisi pro xpo hnt verū martiriū. Sc̄do susceptio ba
ptismi cum fide ⁊ volitione ecclesie est meritoria vi
te eterne ergo effusio sanguinis pro christo in paru
lo cum fide ⁊ volitione ecclesie est meritoria coronē
et palme martiris. ¶ Pro declaratione tamē secū
de partis est aduertendum q̄ non intendo negare
gloriā martirium dari nō solum paruulis sed etiā
adultis ex mera gratia christi quia non sunt condi
gne passionēs huius seculi ad futuram gloriā que
reuelabit in nobis imo ipsa lex de coronatione mar
tiriū est ex mera gratia christi / sed hīc egovoco gra
tiam q̄ secludat rigor legis illam gratiā qua si ali
quod premium vel donum tribuit alicui q̄ si p̄cipie
ageretur s̄m legem iam posita illud nō sibi tribue
retur. Dico ergo q̄ sicut lex est posita de baptismo
paruulorum ita ⁊ de effusione sanguinis eorundē ⁊
sicut baptismus paruulorū est meritorius vite eter
ne ita ⁊ eorum sanguinis effusio cum fide ⁊ volitione
ecclesie. Secūdo omnis actio vel passio accepta
a deo ad vitam eternā est meritoria vite eterne / sed
effusionem sanguinis paruulorū acceptat deus ad
vitam eternam ergo meritoria vite eterne ⁊ per cō
sequens p̄ter gloriā vite eterne habuerūt innocē
tes ⁊ martiriū ⁊ martiris meritum. Aut aliter for
matur ratio ista omnis actio vel passio que in aliq
bus est accepta a deo ad vitam eternam et in qui
buscunq̄ etiam similibus acceptaretur de facto ad
vitam eternam est meritoria vite eterne de rigore le

gis posite sed passio innocētum est accepta a deo
vitam eternam / et in quiquiscunq̄ similibus etiam
acceptatur similis passio ad vitam eternā ergo hu
iusmodi passio et effusio sanguinis pro christo est
de rigore legis meritoria vite eterne. Tertio secun
dum Thomam effusio sanguinis pro christo vicem
gerit baptismi ergo ipsa est meritoria omnium quo
rum est meritorius baptismus / sed baptismus est me
ritorius vite eterne igitur. ¶ Contra primam con
clusionem. Arguitur sic nullum illicitum est actus
virtutis / sed martirium est illicitum ergo martiriū
non est actus virtutis minor probatur quia occide
re seipsum est illicitum sed aliqua martiria celebra
tur in ecclesia quibus martires seipos interimerūt
recitat enim Augustinus primo de ciuitate dei q̄ q̄
dam sancte femine tempore persecutionis vt in se
ctatores sue pudicie deuitarent se in fluuium dei
cerunt eorumq̄ modo defuncte sunt: earum tamen
materia celebrantur in ecclesia. ¶ Confirmatur nō
licet occidere se pro quocunq̄ malo fugiendo ergo
nec licet se alteri ad occisionem exhibere pro quocū
q̄ malo fugiendo / sed martires se tyrannis exhibent
occidendos ergo martirium est illicitum. ¶ Secun
do laudabile est q̄ aliquid offerat se ad equequēdū
actū virtutis: sed non est laudabile q̄ alijs q̄ se mar
tiro vngerat / sed magis videtur presumptuosum ⁊
periculosum ergo martirium nō est actus virtutis.
¶ Tertio pono casum q̄ tyrannus cogens maritē
ad idolatriam det ei hanc conditionē q̄ si steterit
ante ydolum reputat eum coluisse ydolum quicquid
verbo dicat in contrarium neq̄ pro cultura peti
aliud ab eo nisi q̄ stet ante ydolum. in circuitu autē
eius faciat profundissimā foueam in qua non sit pos
sibile cadere sine morte. tunc sic iste aut stabit an
te ydolum et tunc ipse adimplebit omnia que peti
net ad ydolum ⁊ doli et sic erit ydolatria aut non ⁊
tunc mittet se in precipitium et ita se occidet.
¶ Ad primam respōdet beatus Thomas q̄ vt ibi
dem dicit Augusti. non est impossibile q̄ aliquibus
fide dignis reificationibus diuini auctoritas per
suasit ecclesie vt dictarum sanctarum memoriam
honorēt. sed cum hac solutione adhuc stat vsus ratio
nis quia si occiderunt se actum illicitum et nō mar
tirium habuerunt. Respondeo ergo aliter negando
minorem et ad probationem dico q̄ ista est distin
guenda / occidere se est illicitum vel occidere se in
tentione quod est facere actum aliquam ad quem
sequitur mors et faciēdo eum intendere q̄ mors cō
sequatur ⁊ sic concedo q̄ occidere se est illicitū vel
occidere se p̄ter aut contra intentionem cū scilicet
nos facimus actum aliquem ad quem sequit mors /
nos tamen faciēdo actum illum vitam nostram sal
uere intendimus aut saltē non intendimus q̄ mors
consequatur vt patet de eo qui fugiens hostes mit
tit se fluuium. ⁊ vltra dico q̄ femine ille mittētes se
in fluuium nō intendebant q̄ mors inde sequeretur
sed tantum intendebant pudiciciam suam cōserua
re. Potest etiam aliter responderi q̄ licet occidere se
omnino sit illicitum tamen aliquādo fit per igno
rantiam huius iuris et legis ne illa occisio impute
tur adde meritum ideo licet mulieres ille intendis
sent se mittendo est fluuium occidere vt pudicitias
propter deum cōseruarent et in hoc rem illicitam
facerent / tamen ignorantia huius iuris de quo
apud multos sapientes aliquando dubitatū est vs

fructus
non mult
vbi dicitur
102211

Argum.
Tho. ibi
supra. 2. 2.
12. 4. quib.
articulo. 11

Solutio
autem.

2116

rum licitū esset vel non fecit ut nō imputaret ad de-
meritū quod alias fuisset ad demeritū imputatū z
ad hanc ignorantia faciebat circūstantia feru-
ris et vehemencie q̄ erat in custodia pudicitie per
quā etiā ibi alias congruisset q̄ illud esset illicitū
tunc tñ nō considerabāt immo nec forte cōsidera-
bant q̄ essent se mittende in aquā mortis

¶ Ad confirmationē dico q̄ dupliciter pōt intelli-
gi se alteri exhiberi ad occasiones. Uno modo vt
idem sit q̄ exhibere se alteri principaliter vt occi-
datur et hoc modo cōcedo cōsequens Alio modo
vt idē sit q̄ exhibere se alteri vt in defensione ope-
ris honesti mors inferatur equanimitē tolleretur
et hoc modo non est illicitū martires aut nō se ex-
hibent tyranni occidendo primo modo/ sed se ex-
hibent veritatis z iusticie defensores paratos mor-
tem tollerare equanimitē si inferat. ¶ Ad secun-
dam dico q̄ ad aliquos actus virtutū laudabile ē
se offerre/ ad aliquos aut non est laudabile vt ad
gerendū principatū vel pontificatū: z maxime vbi
sunt multū alii qui vel comodius vel eq̄ comode
id gerere et administrare possunt Ad minore dico
q̄ aliquē se ingerere martiro potest intelligi dupli-
citer. Uno modo vt idē sit q̄ ingerere se supplicis
q̄ cruciatibus z petere z sibi inferant hmoi suppli-
cia z cruciatus z sic hoc non est regulariter lauda-
bile. Alio modo vt idē sit q̄ ingerere se actu ppter
quē solent inferri supplicia et cruciatus cū volun-
tate tollerandi eos si inferat. et hoc modo dico q̄
hoc est laudabile si circūstantia p̄one aut loci aut
temporis aut aliqua alia nō obuiet. Et si dicas q̄
homo nō debet dare alteri occasiōē iniuste agen-
di. sed se ingerens hoc modo dat occasiōē iniuste
agendi. igit. Respondet negando minore: sed ali-
ex prauitate sua ex occasiōe boni data se z cōuer-
sionis sue z emendationis/ occasiōē mali non da-
tum elicit. ¶ Ad tertiā admitto casum et dico q̄
nulla conditio sibi propōita a tirāno potest face-
re q̄ illa statio eius sit adoratio ydoli cū et mente
et voce ydoli detestet z exerceat: et ideo si multitu-
do est angnon inde offendat potest securus an ido-
lum stare. Si aut multitudo inde offenderet z cre-
deret illū adorasse ydoli ex eo q̄ stat s̄m conditio-
nem tiranni et nō pateat sibi alius regressus tunc
potest se in fouē mittere vt nō moriat: sed vt ydo-
latriam et eueriōē multitudinis fugiat cōfidens
in dño qui potens est a burioribus eripere z para-
tus etiam mortē equanimitē tollerare si accidat.
nā et sancti martires gaudentes incedebāt ad lo-
cum supplicioz nec ob hoc seipfos dicebātur occi-
dere. ¶ Contra tertiā conclusiōē arguit sic: eis
tantū conuenit martiriū quibus cōuenit aureola
martiri: sed solis mortē passis conuenit aureola
martiri igit. maior patet q̄ cū deus sit iustissim⁹
et misericordissim⁹ iudex illis solis conuenit me-
ritum quibus cōuenit et premium: sed aureola est
martiriū premium. igit. ¶ Secundo nulla volitio
est actus martiriū nisi sit volitio mortis p̄ xpo for-
maliter efficaciter imperatiua executionis: sed nō
est formaliter imperatiua executionis nisi mors cō-
sequatur. igit. ¶ Tertio ecclesia nullū veneratur
tanq̄ martirē nisi passus sit mortē pro xpo: ḡ nul-
lus est vere martir nisi passus sit mortem pro xpo
consequentiā tenet: q̄ omnē verū martirē potest
ecclesia venerari tanq̄ martirē. ¶ Quarto mar-

tiriū corona est purpurea. ergo ad martiriū exigi-
tur sanguinis effusio: antecedens pbat per illud
Liptiani in epistola ad martires. beata ecclesia
nostrā quā sic honor dignationis illuminat quam
temporibus nostris gloriosus martiriū sanguis
illustrat: erat ante in operibus fratru cādidā nūc
facta est in martiriū cruore purpurea/ floribus ei⁹
nec rose: nec lilia desunt / certent nunc singuli ad
vtriusq̄ honoris amplissimā dignitatem accipiant
coronas vel de opere candidas vel de sanguine pur-
pureas. ¶ Ad primā respondeo dupliciter ad pri-
mam negando maiore/ s̄m em aliquos aureola est
premium accidentale debitu actui interiori non cui
libet sed ei tantū quē de facto cōcomitatur actus
exterior. Secundo modo respondeo negando mi-
nore licet em non cui libet volenti mori pro xpo de
beatur aureola martiriū/ cui libet tamen volenti mo-
ri pro xpo volitione formaliter imperatiua execu-
tionis dato etiā q̄ executio aliū de sit impedita da-
tur aureola martiriū. ¶ Ad secundā nego minorez
et dico q̄ aliqua volitio quā nō cōsequitur mors
aliqui est formaliter imperatiua executionis q̄ im-
peditur executio nō ab eo qui paratus est pati. s̄
vel ab eo qui volebat mori infligere vel a deo vel
ab aliquo alio s̄m q̄ deus disponit. ¶ Ad tertiā
concedo nisi aliquo legitimo documento sibi cō-
sulerit de volitione imperatiua executionis puta
si diuina reuelatione aut alio certo testimonio: et
hoc ideo est q̄ naturaliter non est possibile eccle-
siam habere certū legitimū et sufficiens documen-
tum de actu interiori martiriū nisi p̄ passiōē exte-
riorem mortis et ad p̄bationem nego assumptū p̄
tēpore quo desunt ecclesie legitima documenta et
testimonia quibus efficaciter probetur q̄ fuit vere
martir. ¶ Ad quartā concedo anis et nego conse-
quentiā sed sufficit volitio effusionis sanguinis for-
maliter imperatiua executionis volitio tñ nō esset
efficaciter imperatiua executionis si nullo impedi-
mento posito non tolleraret de facto mortē actua-
liter sanguinē vel vitā p̄funderet. ¶ Contra quar-
tam conclusiōē Arguit sic omne martiriū est vo-
luntariū: ergo quod non est voluntariū nō est mar-
tirium: ergo ad martiriū exigit volitio mortis pro
xpo: maior pbat. omnis actus virtutis est volun-
tarius martiriū est actus virtutis: ergo martiriū
est voluntariū. maior est Ari. tertio ethicoz/ z mi-
nor in prima cōclusiōe p̄bata est. ¶ Secundo oē
martiriū est meritoriu: ergo quod non est merito-
rium non est martiriū. sed nihil non voluntariū est
meritoriu: ergo nichil non voluntariū est martiriū
¶ Ad istas rationes. Ad primā negō maiore si in-
telligatur q̄ sit voluntariū voluntate eius qui pa-
titur/ licet sit bone voluntate eius qui paritur vel
ecclesie aut parentū sicut contingit de baptismo.
Ad probationē nego maiore vniuersaliter intelle-
ctam si intelligatur de voluntario volūate eius q̄
agit aut patitur. Et ad Ari. dico q̄ loquit de his
que cōtingunt s̄m regionē et cursum cōmune mo-
ralis honestis/ non de his q̄ contingunt s̄m mis-
ericordiā et beneficentiā passiōē nostrā pie ad pre-
mium acceptantis. ¶ Ad secundā cōcedo anis et
ad p̄cessum vltiore nego q̄ illud quod nō est vo-
luntarium voluntate propria non sit meritorium.
Et dico q̄ christus aliquas passiones et etiam ali-
quas susceptiones duxit acceptare ad premium z

ita voluit esse meritorias quis non essent voluntarie voluntati eorum qui patiebant vel suscipiebant

Contra primum correlarium arguitur auctoritate Johannis episcopi in sermone innocenti ita dicitur: sicut pueri sine magistro discreti/ docti sine doctore/ eruditi sine eruditore/ agnoscunt christum: predicant hominibus: non que per suam humana docuerunt sed qua divinitas inspirabat. **A**d hanc auctoritatem respondeo quod si Johannes episcopus accipiat verba in sensu proprio tunc sibi in hac parte non creditur cum asserat aliquid de facto cuius nec rationem habet nec auctoritatem. si autem accipiat in sensu proprio ut dicat infantes agnoscere et predicare quod ita patiuntur ac si predicarent et agnoscerent tunc conceditur et nichil contra conclusionem / quod nihil accipiat agnoscere hoc modo patet quod eodem modo videtur accipere agnoscere et predicare: sed contra quod non accipit predicare proprie cum innocentes nullam vocem de christo cum occidebantur emisissent: ergo nec proprie accipit agnoscere. accipit ergo agnoscere et predicare non per actum cognoscendi et loquendi sed per operibus aut passionibus que sunt regulares cur sum actus cognoscendi et loquendi concomitari solent. Contra vnum suppositum in tota questione scilicet quod in habentibus versus rationis ad martirium exigitur volitio mortis. Contra hoc arguitur si matres innocenti fuerunt martires et tamen non habuerunt volitionem mortis pro christo. igitur maior probatur auctoritate Liso. dicens erant videre maiorem dolorem in matribus remanentibus quam in parvulis morientibus vnum quidem parvuli sustinebant dolorem enim nondum sciebat mortis timorem / matres vero duplicem patiebant vnum quod interfici filios suos intuebatur alterum quoque quod a filiis ipse desolabantur in parvulis denique mors beata / sine faciebat doloris. In matribus autem parvulorum memoria semper erat renovatio doloris. Secundo idem probatur auctoritate Severiani dicentis in martirio filiorum matres passae sunt. nam gladius filiorum pertransiens membra ad corda matrum devenit: et necesse est ut sint proprii consortes qui fuerunt socii passionis martirium matres tulerunt quicquid angoris extitit et doloris et ideo non carebunt in martirij gaudio lacrimae quas fuderunt. **A**d primam respondeo negando maiorem ad hunc sensum scilicet quod in tolerantia mortis filiorum fuerunt martires et hoc satis probatur auctoritates adducte quod ex eis patet quod dolebant in morte filiorum et non tollerabant mortem eorum equanimiter nec volebant eam: sed si potuissent obistere obstitissent / credo tamen quod deus non reliquit eas irremuneratas et possibile est quod postea aliquae earum martirium passae sunt pro christo: sed dico quod passio mortis filiorum non fecit eas martires. **A**d primam auctoritatem concedo quod matres maiorem tristitiam patiebantur quam filii. sed ex hoc non potest inferri quod tolerantia illius tristitiae reddiderit eas martires. **A**d auctoritatem Severiani concedo quod matres gravem tristitiam passae sunt et pie credendum est quod deus fecit eas consortes proprii. i. eterne beatitudinis sicut fecit eas consortes et socias passionis et cum dicitur ulterius quod non carebant martirij gaudio / concedo hoc ad rigorem sermonis quod matres gaudebant in martirio et premio martirij filiorum suorum sed non habebunt gaudium martirij proprii alii de pro christo passae sunt

Severianus.

Rationes solute sunt ex dictis



Verum scdo. An

Q martirium sit actus maxime perfectioris arguitur quod non: quod actus caritatis est maioris perfectioris quam martirium. igitur. In oppositum videtur esse Augustinus qui martirium virginum ait perfectior in hoc satis denotans martirium esse actum maxime perfectioris. **O**pinio beati Thome est quod martirium comparatum ad virtutem elicentem ipsam non est actus perfectioris virtutis. probatur quod martirium hoc modo consistit in debita tolerantia mortis: sed tollerare mortem non est finis se laudabile / sed solum scilicet quod ordinatur ad aliquod bonum quod consistit in actu virtutis puta ad fidem et dilectionem dei: et ideo actus illius virtutis cum sit finis est melior martirio sed martirium comparatum ad primum motum quod est amor caritatis: ex qua quidem caritate convenit actui quod pertinet ad perfectionem vite martirium inter ceteros actus humanos est perfectioris actus finis genus suum quod est maxime caritatis signum. Ista opinio non videtur michi veritatem continere. **E**t ideo arguitur sic contra eam idem est martirium quod elicitur primum ab aliqua virtute et ad quod primum movet caritas sed martirium ad quod primo movet caritas inter humanos actus est perfectioris: ergo martirium finis quod elicitur proxime ab aliqua virtute est perfectioris actus. **A**d hanc rationem respondetur debetur fortassis quod male concluditur inferendo conclusionem de secundum quod eo quod nulla premissarum est finis quod sed tantum potest inferri mere catholica conclusio: ergo martirium quod elicitur primum ab aliqua virtute est perfectioris actus cum qua stat quod non sit perfectioris actus finis quod comparatur ad virtutem proxime elicentem. **C**ontra hanc solutionem sic. Arguitur virtus caritatis proxime martirium aut elicit tolerantiam mortis finis se et hoc non quod dicit idem doctor hoc non est laudabile aut elicit tolerantiam mortis finis quod ordinatur ad fidem et dilectionem dei et tunc elicit martirium per comparationem ad primum motum eius: ergo per comparationem ad virtutem elicentem quod elicit martirium propter fidem et dilectionem dei martirium inter humanos actus est perfectioris. **S**ecundo finis eandem opinionem: martirium non est perfectioris actus nisi quod signum maxime perfectioris scilicet maxime caritatis sed perfectum in ratione signi non est nisi extrinseca denominatione perfectioris ergo ex hoc quod est esse signum maxime caritatis ne potest probari quod martirium sit perfectioris actus inter humanos actus. et patet hoc per exemplum nam si musca ex nichilo creata sit signum perfectissime potentie scilicet creaturæ nullatenus ex hoc concederet quod ipsa esset perfectior quam equus ex equo genitus. **S**ic igitur prima conclusio omnis actus qui est martirium est regulariter ceteris paribus omni alio actu qui non est martirio perfectior: ego autem hic non voco martirium passionem illam exterioriorem mortis: sed actum interiori formaliter imperativum tolerantie huiusmodi passiois. probatur conclusio actus caritatis quo ita diligitur deus ut pro nullo quod est contra rectam rationem nec etiam pro morte velit dimittere eum et actus heroicus superans communem facultatem hominum actus autem caritatis in omnibus istis similis propter hoc quod non habet hanc volitionem mortis imperativam formaliter executionis non est actus he-

124

roicus: ergo primus est perfectior sed martirium in
 omni actu ponit volitionem mortis imperatiua ex-
 ecutionis: ergo ois actus qui est martirium est cete-
 ris paribus omni alio actu qui non est martirium
 perfectior. Secundo ois actus qui p sua excellētia
 et difficultate addit cōditionem cōstituentē eum
 supra communē hominū facultatē est melior et per-
 fectior ceteris paribus eo qui non addit hmoi cō-
 dictionem: sed actus qui est martirium addit hmoi cō-
 ditionē qz addit vniuersalē rectitudinem et
 imperiū vniuersaliter circa oia que nata sunt hu-
 iusmodi rectitudinē impedire etiā circa mortē et
 durissimos cruciatus. igit. Confirmant iste ratio-
 nes p illud Joh. xv. Maiorē caritatē nemo habet
 vt aīaz suā ponat quis p amicos suos: sed per actū
 martiriū qz imperat formaliter animā suā poni p
 amicos suos: ergo martirium est actus excellentissim⁹
 neqz ego intelligo qz martirium sit actus quo qd se-
 rat actualiter in volitione mortis sim se qz vt di-
 cit Thomas hoc non est laudabile. sed dico qz per
 martirium ego habeo volitionem alicuius excellen-
 tis operis aut nolitionem alicuius turpis: et quia
 proponitur michi conditio vel deserēdi illud op⁹
 excellens vel admittendi aliud turpe aut patiēdi
 mortem et graues cruciatus per actū qui est mar-
 tirium ego ita volo illud opus honestum vel nolo
 opus illud turpe qz malo pati mortē et grauissimos
 cruciatus qz vel deserere illud vel admittere istud
 et qz actualiter est michi pposita conditio illa ego
 actualiter impero tollerantiā mortis quorūcūqz
 cruciatuū. Constat aut qz dato quocūqz actu qz tu-
 cūqz excellenti qui nō habeat istā cōditionē qua
 est formaliter imperatiua tollerantie mortis / et
 grauissimoz cruciatuū. si detur alius act⁹ habēs
 omnia qz habet pcedens / et cū hoc istā conditio-
 nem reponentē eum in genere virtutis heroice qz
 iste secūdus actus est longe perfectior primo neqz
 volo dicere qz vnus et idē actus interior primo sit
 carens ista condictione et nō heroicus et postea hz
 istā conditioē et sit heroicus imo isti actus nō so-
 lum numero sed etiā specie differunt qz aliquid est
 obiectū secūdi quod non est obiectū primi. sed di-
 co qz vni actui potest alius succedere et qz secūd⁹
 semp sit perfectior primo. ¶ Secūda cōclusio pōt
 esse aliquid actus qz non est martiriū actus qui est
 martirium perfectior. pbatur nā actus ille quo beata
 virgo diligebat deū ppter se erat perfectior eo quo
 eleazarus volebat etiā pro morte vti tibi prohibi-
 tis in lege nolitione imperatiua executionis. nam
 aliquis actus aliquando ex obiecto communi siue
 vt alii dicunt sim spē suā tantā habet pfectionē qz
 ei alius actus. ppter pfectionem obiectū non com-
 muni siue circumstantia actus exterioris in per-
 fectione circūri non potest: et ideo notanter in pce-
 denti conclusione dicebat ceteris paribus. inten-
 do enī qz omnia qz possunt facere ad pfectionē pmi
 actus sint in secundo / et scdm addat sup primum
 grauissimoz supplicioz et mortis formaliter impe-
 ratam tollerantiā. ¶ Tertia conclusio multi habi-
 tus a quibus non elicit actus qui est martirium nec
 mediate nec immediate sunt aliquibus habitibus
 a quibus mediate elicit martirium perfectiores pro-
 batur primo: conclusio p pcedentē conclusionem
 qz aliqui actus qui non sunt martirium sunt actusqz
 est martirium perfectiores: ergo et habit⁹ elicitu pri-

morum actū sunt interdus perfectiores habitibus
 elicitis secundo / habitus em ille a quo beatavir
 go elicit excellentissimū gradum dilectionis dei
 erat excellentior habitu a quo Eleazarus elicie-
 bat conseruationē legis cū volitioē mortis forma-
 liter imperatiua executionis. Secdo possibile erat
 et forte de facto ita fuit ipse eleazari qz aliquis ha-
 buerit tam pfectū habitu iusticie legalis qz perfe-
 ctum habitū. Eleazaruscut de facto fuisse propo-
 sita conditio que fuit pposita eleazaro de morte
 subeūda aut deserēda a lege ipse pot⁹ passus fuisse
 mortē et mille tormenta qz legem deseruisset quia
 tamen talinon fuit hmoi pposita conditio / eleaza-
 ro aut pposita fuit: ideo ex habitu suo eleazarus
 elicit actū martiriū et non alius: ergo stat habitū
 ex quo non elicitur actus martiriū esse eque perfe-
 ctum et etiā inferdū perfectiorē habitu illo ex quo
 elicit actus martiriū. Tertio volo qz eleazarus et
 alter vt pri⁹ habeant habitus iusticie legalis equa-
 lis et qz ille alius p multos actus ab habitu elici-
 tos intendat habitū. Eleazar⁹ aut non sed ppter
 conditionē sibi ppositam elicit actū martiriū.
 ¶ Tunc arguit sic primus habitus habitū perfectiorē
 qz secundus et in primus non elicit actum martiriū
 secund⁹ elicit. igit. Sed ne misereris qz hic assigna-
 mus duos habitus a quoz vno elicit martirium et
 non ab alio. ¶ Aduertendū qz hoc ideo non p-
 tinet quia actu martiriū non possit elici ab alio / quia
 vt dictū est si habenti aliu habitū oblata fuisset cō-
 ditio mortis aut deserēde legis hābebat habitus
 per quā conseruationē legis cū tollerātia mortis
 elicit actū formaliter imperatiua executionis
 hoc ergo non ideo contingit qz nō potest elici act⁹
 martiriū ab alio habitu / sed quia defuit circūstan-
 tia scz conditio mortis vel legis deserēde.
 ¶ Aduertendū pterea qz conclusio dicta intelligi
 potest comparando habitus martiriū inter se. ali-
 quando vero comparando duos habitus inter se
 quozū nullus est habitus martiriū verbi gra / sunt
 duo quibus frequēter pposita est conditio deserē-
 de fidei aut mortis tollerande et isti duo quotiens
 cūqz hec cōditio eis pposita fuit elicerūt actū
 circa conseruationē fidei et tollerantiā mortis
 formaliter imperatiua executionis p quos quidā
 actus frequentat os elicerunt in se habitus con-
 seruande fidei et volitionis mortis p fide conser-
 uanda / constat qz isti habitus sunt habitus marti-
 riū promptitudinē ad similes actus faciētes Tūc
 volo qz tiranius vnū eoz muneribus velit allicere
 ad deserēdū fidē et alium velit cogere p cōditio-
 nem mortis sibi ppositam / constat qz ille cui ppo-
 nitur conditio mortis ex habitu suo elicit actum
 martiriū / secundusep consimili habitu elicit actū
 qui non erit actus martiriū qz sibi non pponit cō-
 ditio mortis. Et si dicas qz virtute habitus marti-
 riū non elicit ille defensionē fidei et contemptum
 numerū sed tm elicit defensionē fidei et contem-
 ptum mortis. ¶ Ad hoc respondet qz ille habitus
 martiriū est duplex vnus est qui non hz vniuersalē
 rectitudinē verbi gratia volitio qua quis vult de-
 fendere fidē non obstante conditione mortis ppo-
 site et potius vult tollerare mortē actu formaliter
 imperatiua executionis qz deserere fidē. Et de isto
 concedo qz ab isto habitu non elicit immediate cō-
 temptus munerum ne deserat fides elicitur tamē

Habitus
 martiriū
 duplex.

ab eo media te ita q̄ iste habit⁹ mediante actu suo
elicitō inclinā ad primū actum habitus contem
ptiū munerū p̄ defendēda fide. Alius est habit⁹
martiriū qui habet vsum vniuersalē rectitudinem
verbi gratia habitus quo quis vult defendere fidē
et p̄ nullo quod est contra rectā rationē eam dese
rere non p̄ morte: non p̄ premijs: nec p̄ quouis a
lio quod est contra rectā rationē et iste habit⁹ in
clinat in actū contemptus finioꝝ et munerum vt
conseruet fides: potest tamen iste habitus haberi
cū vniuersali rectitudine et nullo modo particula
ri/ et tunc tantū inclinaret mediate in actū marti
rii: et etiā in contemptū munerū. potest etiā habe
ri cū vniuersali rectitudine et particulari vna vel
pluribus/ et tunc inclinat immediate in actū. oem
cuius particularē rectitudinē continet ⁊ media
te in alios: aliter tamen ⁊ p̄ alium modū q̄ precedens.
¶ Quarta conclusio non omnis martir est
quolibet non martire in excellentiori vite gradu
constitutus. p̄batur beatavirgo maria est in excel
lentissimo vite gradu constituta et tamen ipsa nō
fuit martir. igit. Secundo q̄ licet martiriū sit ce
teris paribus actus excellentior: tamen vt dictum
est dabilis: est aliquis actus virtutis actu martiri
excellētiore: et similiter de habitibus ergo nō mar
tir potest esse in excellentiori gradu vite vite con
stitutus q̄ martir. Tertio constat q̄ multi fuerunt
martires qui non accesserunt ad excellentē gradū
illum vite in quo fuit Iohannes euangelista cōsti
tutus qui tamen non fuit martir cū ipse seipm̄ ap
pellet discipulū quē diligebat Ihesus. ¶ Contra
primā conclusionē arguit sic. p̄pter vnum quodq̄
tale et illud magis: sed tollerantia mortis in qua
consistit martiriū non est laudabilis nisi propter
aliud magis amātū q̄ oppositū mortis sc̄z vitavel
magis oditū q̄ ipsa mors: ergo volitio illius rei
magis amate vel nolitio alterius rei magis odite
est laudabilior q̄ actus martiri. ¶ Secundo vel
le aliquid volitionē p̄tinente ad gradū temperan
tie est p̄fectissimus actus virtutis qui circa eandē
materiā haberi possit: sed non ois act⁹ martiriū est
volitio p̄tinens ad gradū tēperatiōis: q̄ nō ois act⁹
martiriū est p̄fectior act⁹ eo q̄ nō est martiriū. ma
ior: p̄batur q̄ volitio que sit sedatis oibus passio
nibus ita q̄ nō plus notabiliter insurgere possunt
contra rationē est p̄fectissima volitio: hec autē ē vo
litio p̄tinens ad genus tēperantie. et minor: p̄batur
q̄ multi martires passi sunt sunt interdū vehemen
tes impulsiones a tristiticiis cruciatū ⁊ mortis in
terdū ex delectationibus p̄missionū et donorum.
¶ Tertio mors pugnando contra hostes fidei sus
cepta est virtuosior: q̄ mors suscepta p̄ martiriū
quod sit sine contrapugnatione: ergo actus forti
tudinis ceteris paribus est p̄fectior q̄ actus mar
tiriū. antecedens p̄batur q̄ p̄ mortem illam simul de
fēditur fides ⁊ oppugnat ac debilitat hostes fidei
¶ Ad primā nego consequentiā argumentū enim
p̄cedit ac si vno actu quis vellet finē/ et alio aliqd
p̄pter finem non sic autē est hic. sed vno eodē actu
quis vult fidē vel honorē diuinū et mortis tollerā
tiam ne deserat fidē aut honorē diuinum alteri tri
buat/ actus enim martiriū nec dicit volitionem fidei
tantū/ aut nolitionē ⁊ dolatrie tantū/ nec volitio
nem mortis tantū/ sed actus martiriū est volitio fi
dei aut nolitio peccati tā firma vt neq̄ p̄ moꝝ ⁊ reu

lit deserere fidē aut admittere aliquid cōtra le
gem imperatiū formaliter executionis respectu
tollerantie talis mali pene ne vel bonū deseratur
vel culpa admittat. ¶ Ad secundā dico q̄ virtus
accipitur tripliciter. Cōno modo generaliter p̄ ois
habitu electiuo immediate cōsistente. ⁊c. ⁊ hoc si
ue actus ad quē inclinat ille habitus sit sup̄ facul
tatem cōmunē hominū siue non sit sine in electiōe
actus sui patiatur pugnā passionū siue non et hoc
modo gradus heroicus est virtus cōtinentia etiā
est virtus et similiter p̄seuerantia. Secundo acci
pitur virtus minus cōmuniter pro habitu electiuo
immediate consistente q̄ medietas non excedit cō
munem hominū facultatē: siue tamen hōmō hitus
habeat passiones contra se impugnantēs ⁊ p̄tur
bantes et impedimentū contra electionē act⁹ sui
facientes siue non. et hoc modo heroicus gradus
non dicit virtus sed dicitur esse supra virtutē: sed
continentia ⁊ p̄seuerantia sunt virtutes. Tertio
modo accipitur virtus strictissime p̄ habitu electi
uo immediate consistente non excedente cōmunē
facultatē hominū neq̄ etiā turbato in electionib⁹
actuū suoz pugna et rebellionē passionū. Et hoc
modo Ari. vocat temperantia virtutē ⁊ negat cō
tinentiā esse virtutē in. vij. ethicoꝝ cum ait. Post
hec autē dicendū aliud facientes principii qm̄ cir
ca mores faciendoz tres sunt species: malicia: in
continentia: bestialitas. contraria autē duob⁹ ma
nifesta. hoc quidē em̄ virtutē: hoc autē continentia
vocamus. ad bestialitatē autē maxime vtiq̄ p̄gruit
dicere sup̄ nos virtutē heroicā quandā ⁊ diuinam
ecce vbi Ari. diuidit et bestialitatē ⁊ virtutē que est
oppositū malicie contra continentia et virtutē he
roicā que est virtus sup̄ nos existens. et ideo hoc
modo accepto noie virtutis virtus heroica nō est
dicenda virtus sed virtus diuina q̄ ipsa excedit fa
cultatem cōmunē hominū nec continentia est dice
da virt⁹ q̄ adhuc patitur pugnā et impetū passio
num. si ergo accipitur virtus tertio modo conce
ditur maior et negatur p̄na eo q̄ martiriū non est
actus virtutis: sed est actus virtutis heroice. nec
sequitur est actus virtutis heroice: ergo est actus
virtutis p̄pter alienationē termini a sua significa
tione. hec em̄ determinatio heroica alienat nomē
virtutis a sua significatione. si autē accipitur se
cundo modo virtus cōcedit maior et minor ⁊ simi
liter negatur cōsequentiā p̄pter eandē causam si
accipiat tertio modo negatur maior ⁊ dico q̄ vo
litio p̄tinens ad gradū temperantie. est volitio que
nec fin se nec fin actum exteriorē nec ratioē act⁹
nec rationē circumstantie excedit cōmunē facul
tatem hominū. actus autē martiriū aut ex natura
sua aut ratione alicuius circumstantie communem
hominū facultatē excedit. et ad p̄batiem nego
primā partē assumpti: si intelligatur vniuersaliter
q̄ si volitio illa sit infra cōmunē hominū faculta
tem tunc aliqua alia volitio eiusdem rei q̄ excedit
cōmunē facultatē hominū erit excellentior ⁊ tō
in illa priā parte antecedētis debet addi hec clau
sula ceteris paribus que q̄ non addit ideo vniuersaliter
intellecta neganda est. ¶ Ad tertiā dicitur
negando antecedēs immo dico q̄ moꝝ suscepta p̄
martiriū est virtuosior: tū q̄ ceteris paribus ipsa
est deozosior q̄ vbi est contrapugnatō sicut con
tingit in actu fortitudinis ibi est actio sicut passio

Et contin
nes virtus
tis.

Et virtus he
roica et cō
tinentia nō
sunt virtu
tes simpli
sophum.

et inuasio actiua sicut passiuia ratione cuius actio nis diminuitur dolor patiendo tum etia ppter cale factione sanguinis. Tum ppter diuisione cogita tionis ad inuadendū ratione cuius minus colligū tur vires in apprehensione lesionū et p cōsequens minus est dolor. Tum pterea qz vbi est contrapug natio ibi est spes euadende mortis q nō habetur nisi forte tenuissimaz debilissima i martirio. et ideo ppter has causas opus martirij est difficilior et p cōsequens ceteris paribus virtuosius. Et ad pro bationē nego cōsequentiā qz stat minor virtus cū maior vtilitate et e contra. Cōstringit tamē frequē ter qz p martirium spēre susceptū magis defendit et multiplicat fides et magis debilitat hostes qz per contrapugnationē. Nā si cōtrapugnando ho stes fidei vincat contēpnit fidem et de virtute sua supra modū supbit. Raro autē contingit in marti rio quin p verba et p facta martirium et per mul titudinem populi conuersi hostis fidei retundatur et cognoscat se nō tantū potuisse in torquēdo qzū martir potuit in patiēdo. Contra secundā con clusionem arguitur sic aut martirium sūm speciem suā est quolibet alio actu pfecti aut per accidēs tantū si sūm specie suam: ergo nullus actus q non est martirius est actu qui est martirium pfectior: si per accidens: ergo non est necesse q omnis actus q est martirium sit quolibet alio qui non est marti rium pfectius. Secundo arguit per illud Joh. xv. maior est caritate nemo habet vt animā suam ponat quis p amicis suis: ergo vniuersaliter mar titium est pfectius opere quod non est martirium. Ad primā dico q martirij nec per se nec per ac cidens nec sūm specie suam est quolibet actu pfecti us: non est de facto quolibet actu perfectius. Sed dico q martirium sūm specie suam est quolibz actu habente cetera oia paria pfectius: et cū infer tur ergo nullus actus qui nō est martirium. et c. ne go consequentiā sed debet inferri: ergo nullus actus qui non est martirius habens cetera paria pter qz q in vno est volitio mortis formaliter imperatiua executionis et in alio non est martirio perfectius. Ad secundaz dico q aliqua caritas vt esse qua ponit anima pro amicis suis dupliciter. vno modo actualiter: alio modo sūm pparationē animi et pro pitudinem. primo modo non est verū vniuersaliē q caritas illa sēp sit maior qua actualiter ponit anima siue vita p re amata qz ea qua non ponitur sic actualiter: nā in beata virgine fuit maior cari tas q in aliquo martire et tamen ipsa non posuit animā p amicis suis sicut fecerunt martires. Se cundo modo dico illud esse verū vniuersaliter nisi impediatur dispositio subiecti. nā si caritas quā ha buit beata virgo non reddidisset animā eius prom ptam et paratam ad hoc qz vbi fuisset sibi oblata conditio mortis q oblata est aliis martiribus ipsa potuisset animā p amicis suis actu formaliter im peratiuo executionis ponere ipsa non fuisset tāta quanta fuit alioz martirum caritas. Tum quo tū stat q tuoz vnus habebit maiorē caritatē qz ali⁹ et tamen qz cetera in eis nō erunt paria puta vn⁹ erit turioz et patientioz: alius erit delicatioz: ille q habebit minorē caritatē ponet animam p amicis suis et non alius: aut ppter grauitatē supplicioz qz scz vni cū morte offerunt grauiora supplicia et alteri minus graua aut ppter flexibilitatem arbi

trij qz caritas qz tunc magna sit non cogit nec necessitas liberū arbitriū sed sēp ipsum in liber tate sua relinquit: aut propter magis auxiliū spe ciale vni concessum q alteri quod habet rationem cause efficientis respectu bone volitionis et opera tionis sequentis. Sed arguit iterū contra pri mam conclusionē. Actus obedientie est pfectior actu martirij. igitur. Antecedēs pbatur qz p obe dientiā datur aliquis animā suā deo: per martirij autē tū dat ppiū corpus. Tū secundo pbatur p Brego. vltimo moralium dicentē q obedientia cū ctis victimis pferatur. Secundo actus docendi est pfectior qz actus martirij. igitur. Antecedēs pro barur qz melius est aliis pdesse qz seipsum in bono cōseruare: sed qui docet pscit multis qz martirij sustinet sibi soli prodest. igitur. Ad primā conse quentiā non valet: qz dato q obedientia esset sūm se perfectior martirio hoc non est cōtra dicta: sed dico q obedientia q est martirium sēp est perfe ctior: qz obedientia que non martirij. Ad antec edens tamen respondet beatus Thomas q marti rium est pfectius obedientia qz martirij comple ctitur id quod est summū in obedientia scz vt ali quis sit obediēs vsqz ad mortē. Ad probationē autē antecedentis dico q martir et animaz corp⁹ dat dño pfectius qz p obedientiā datur. Ad secun dam pbationē dicendum q Brego. loquit de victi mis q nō habent id quod est summū in obedientia qualis victima est martirij. Ad secundā dico q vt prius q actus docendi qui est martirij quo qz scz ne deserat actū docendi et instruendi populum det in fide et moribus ecclesie vult suscipere mortē est melior qz actus docendi sine martirio. Dico vl terius q martirium p fidei iusticia susceptū est perfectior actus qz actus docendi sūm se. Et ad pro bationē dico primo q licet melius sit seipsum con seruare in bono et aliis pdesse qz seipsum cōseruare in bono tātum tamē non est melius. id est virtuosi⁹ aliis pdesse qz seipsum cōseruare qz seipsum con seruare et non pdesse aliis est vnicuiqz simpliciter eligibilis qz pdesse aliis et non cōseruare se i bo nō ergo per regulā Ari. prior. positā seipsum con seruare in bono est operanti melius qz aliis pdesse. Et si dicas q sūm Ari. bonū vnus gentis est meli⁹ qz bonum vnus hoīs cōcedo qn illud bonū est. eis codēmodo bonum: sed si sit eis diuersimode bonū non oportet Ita est autē q cōseruatio sui est q se cōseruat bonū honestum et virtutis. Actus autē docendi non est genti bonū virtutis sed tantū bonum vtile ad virtutem tamē ordinabile ideo nihil potest ex hoc concludi. Non est dubiū em q cōser uatio totius ciuitatis in virtutē est simpliciter me lior q cōseruatio vnus hoīs in virtute et tamen virtus vnus hoīs est simpliciter pfectius bonum qz pax aut immunitas vnus ciuitatis. Dico vlte rius q ista consequentiā nō valet hoc est melius: ergo est a me magis appetendū vel pcurandum: cōsequentiā em forte teneret in hīs bonis quib⁹ quis potest carere sine detrimento salutis eterne: in aliis autē non sicut magis teneor pseruare me ab adulterio vel ydolatria qz totā ciuitatē et inde est q si offerret michi conditio q si ego vellē ydo latrare tota ciuitas sequeret fidem xpi et confra geret ydola: ego non deberē hoc velle vt ego ciui tatem ab ydolatria pseruarem. Dico pterea ad

argu. tho.
2.2. q. 124
articu. 5.

argumentū q̄ multi p̄ martirium p̄fuerunt multis et non solū sibi et multo plus patiendo q̄ ipsi vel aliqui alii p̄dicatores veritatis docendo. Et si dicatur cōtra conclusionē ponat̄ q̄ aliquis pro fide x̄pi velit pati grauiſſima supplicia non t̄m morietur alius aut̄ velit pati mortē p̄ fide sed nō habeat volitionē circa supplicia grauiſſima. prim⁹ istoz nō est martir/ et secundus est martir/ et t̄m videtur q̄ actus primus sit difficilior et virtuosior q̄ secund⁹ q̄ difficilius est in tormentis viuere q̄ sine tormentis cito mori. igitur. ¶ Ad hanc rationē respōdet q̄ vel in vtroq̄ est nōlitio eius q̄d non est volitum vel non si sit nōlitio tunc aut̄ recta ratio dicit q̄ p̄ fide x̄pi vtraz sunt tolleranda z tunc neutrius actus est bonus q̄ neuter est cōformis recte rōni. Si aut̄ non sit nōlitio eis quod nō est volitū. tunc dico q̄ secund⁹ actus est martiriū et non primus z q̄ regulariter difficilior est volitio mortis formalit̄ imperatiua executionis q̄ volitio grauiſſimorum cruciatuū licet forte apud aliquē secund⁹ sit difficilior/ et cū inferat ergo aliquis actus q̄ nō est martiriū ceteris paribus est martiriū p̄fectior nego consequentiā q̄ ad hoc q̄ cetera essent paria oportet q̄ primus esset volitio cruciatuū z non mortis. Secundus vero esset volitio cruciatuū z mortis alias cetera non essent paria. ¶ Ad rationem ante oppositū nego cōsequentiā q̄ dato quocūq̄ actu caritatis q̄ non est martiriū ille est imperfectior q̄ actus caritatis q̄ est martiriū ceteris paribus et consequit̄ dicendo negat̄ antecedens suntelligat̄ de omni actu qui est vel potest esse martiriū quomodo intelligitur questio.



Meritū scdo. Utrū mar

tiriū sit actus fortitudinis. ¶ Arguitur q̄ sic auctoritate sanctorū q̄ martires fortes appellant. ¶ In oppositum arguit̄. Ad martiriū vt dictū est virtus heroica ergo aliquod martiriū est actus iusticie et aliq̄d actus alterius virtutis. ¶ Notandū q̄ opinio Thome z alioz multoz est q̄ martiriū est actus fortitudinis. ¶ Probat Thō. fortitudo cōfirmat hominē in bono virtutis contra pericula mortis et maxime eius q̄ est in bello/ sed p̄ martiriū homo cōfir̄ mas in bono virtutis dū fidei et iusticiā nō deserit propter imminētia pericula mortis q̄ etiā in quodā certamine particulari a p̄secutoribus imminet/ ergo martiriū est actus fortitudinis. minoz probat per illud Cipriani in quodā sermone vidit admirans p̄sentium multitudo celeste certamē/ et in p̄lio stetitisse seruos x̄pi voce libera mente incorrupta virtute diuina. ¶ Probat secundo p̄ illud quod de martiribus cant̄ ecclesia fortes facti sunt in bello hec opinio non michi videt̄ vera nec sufficienter probata. Et ideo est vltierus aduertendū q̄ s̄m̄ altissimo dore. quingz fuerunt generā martiruz/ quidā enī fuerunt martires p̄ p̄dicationē veritatis sicut iohannes baptista z p̄phete in veteri testamento. Quidā p̄ defensione legis diuine vt machabei. Quidā p̄ defensione fidei sicut beatus Stephan⁹ qui dicit̄ p̄homartir nō q̄ nō fuerūt ante eū martires/ sed q̄ null⁹ fuit ante ipsuz sic martir scz pro fidei defensione. Quartomodo fuit specialiter x̄ps martir scz pro redemptione generis humani/ vnde inter pascha et penthecostē in festis martirū can-

tat ecclesia. Filie iherusalē venite et videte martirē x̄pm scz cum corona supple martirū qua corona nauit eum. zc. verū q̄tum ad hoc cū corona pertinet antiphona ad festum. Quinto modo fuerunt martires innocentes in quoz quolibz credebatur occidi x̄ps. p̄rimi fuerunt testes veritatis secūdi legis diuine/ tertij fidei/ quarti summe dilectionis dei patris qua mundū sic dilexit vt vnigenitū suū daret p̄ nobis innocentes vero fuerunt testes malicie tyrannoz et crudelitatis. Proprie tamē stricte dicunt martires q̄ passi sunt pro fide x̄pi: sicut beatus stephanus dicitur p̄homartir/ hec altissimo doct̄. ¶ Notandum est p̄terea q̄ licet iste doctor non enumeret nisi quingz genera martirū. possunt tamen esse pluray si alicui dicit̄ recta ratio q̄ debet sub pena dānationis eterne pugnare pro patria z phiberet hoc aliquis magnus princeps sub pena capitis tunc si talis nōlet deserere pugnam pro periculo capitis actu formaliter impatiuo executionis talis videt̄ esse dicendus martir si mortem pateret. Similiter si q̄s iubet occidere matrē suā sub pena capitis si mallet hanc penā subire q̄ matrē occidere tunc talis si esset de familia x̄pi et haberet actio sua oēm aliam circumstantiā requisitam ad bonā et laudabilē operationē talis videt̄ esse dicendus martir. Eodē modo videt̄ dicendū de iudice cui p̄poneret vel tollerandū mortē grauiſsimā vel faciendū iniusticiā. Et ex omnibus t̄m istis videtur esse ponēda duo martirū genera. quoddā est genus martirū in quo passio martirū infertur tanq̄ pena alicuius facti vel omisi sicut cū beato iohanni baptiste illata est truncatio capitis propter reprehensionē scz herodis et p̄dicationē veritatis/ ita scz q̄ tunc nō est plus in potestate martiris fugere penā illā. Aliud est genus martirū in quo passio martirū proponit̄ martiri sub condicione scz si nō desiterit ab aliquo opere quod phibetur sibi aut fecerit aliquod opus q̄d sibi p̄cipitur z tunc martir eligit p̄seruare in opere non obſtāte quacūq̄ pena illata vel inferenda vel etiā non facere similiter aliud opus q̄d iubetur/ et tunc pena martiri est in potestate libera ipsius martiris q̄ si obediat tyranno non patiet̄ mortem/ si non obediat patiet̄. p̄rimū genus adhuc diuidit̄ q̄ martir cū facit opus virtuosum vel omittit opus turpe p̄ quibus mors z cruciatus grauis p̄ pena postea repositur aut tunc sciebat verisimiliter sibi imminere mortem pro tali opere sicut x̄ps de facto sciebat q̄ p̄pter p̄dicationē iudei summa inuidia aduersus est mouerent et eū mortē traderent/ et etiā vt puto iohannes baptista hoc presciebat. z istud genus martirū nō puto differre a secūdo q̄ volitio equanimitatis in morte que postea inferat̄ non pertinet nisi ad executionē p̄cedētis volitionis quauolebat martir p̄dicationē veritatis aut defensionē fidei ita q̄ nec p̄ morte nec p̄ quocūq̄ cruciatu eam dimissurus aut ille tunc sciebat mortē z cruciatus q̄ inferuntur alicui p̄ opere virtuoso facto vel omisso/ que t̄m faciens nesciebat verisimiliter esse sibi inferenda p̄ hoc opere cōmisso vel omisso/ nec vnq̄ volitionē circa tale opus non obſtātibus pe-

Altissimo
rensislibro
3. tractatu
vii. ca. pe.

nis et cruciatibus formaliter vel equivalenter im-
peratiua executionis non est martirium proprie dictus
probatur omne martirium proprie dictum est actus vir-
tutis heroyce et creditur commune facultate hominum
sed hec equanimitas non est actus virtutis heroyce
nec excedit commune facultate hominum imo
plures sapientes viri cum vident se non posse fugere
penam que eis inferitur se per patientiam ad equa-
nimitatem tolerantiam preparant et tanto magis quanto
actus pro quo patiuntur fuit virtuosior et lauda-
bilior.

¶ Secunda conclusio huiusmodi martirii genus ad pa-
tientie virtutem pertinet. Probatur quod est equani-
mitas tolerantia aduersorum que pro tunc non est in
potestate tollerantis. Contingit tamen interdum quod
boni viri in patientia habent passionem et equivalen-
tes martirii puta cum non obstat pena que eis inferri
non dolet nec penitet eos de bono opere sed placet
eis opus non obstantibus omnibus penis et proponunt
quod si essent facturi adhuc facerent. Iste enim sunt vo-
litiones que vel sunt martiria interiora vel equivalen-
ter martiria et iste volitiones non pertinent ad vir-
tutem patientie sed pertinent ad virtutem illam ad quam
pertinet commissio vel omisio operis pro qua plectun-
tur. Quod patet ois complacentia in actu virtutis per-
tinet ad illud actum virtutis que nobis placet sed hu-
iusmodi volitio non est nisi complacentie de actu vir-
tutis igitur et potest hec complacentia pertingere ad gradum
heroycum illius virtutis.

¶ Tertia conclusio Martirium in quo passio
martirii proponitur martiri sub conditione mo-
do supradicto aliquando ad iusticiam pertinet
aliquando ad temperantiam aliquando ad aliquam aliam vir-
tutem. Probatur prima pars de martirio eius que
cogit sacrificare idolis aut pena durissimam pati.
Secunda pars patet de martirio mulieris cui pro-
ponitur conditio adulterij aut mortis. Tertia pro-
batur de martirio eius cui proponitur conditio pas-
sionis et dominij aut mortis sicut contingit in eo
qui contra voluntatem alicuius potentis vult a
se abdicare omne dominium et sequi christum. Quod autem
primum pertinet ad iusticiam probatur volitio iusticie
apud deum qui exhibet pro religionem tam firma et
stabilis ut nec pro morte nec pro quocumque cruciatu
velit eam deserere est actus iusticie. Huiusmodi mar-
tirium mentale non est aliud quam volitio religionis
ad christum tam firma et tam stabilis ut nec pro
quocumque cruciatu nec pro morte vellet eam dimitte-
re ergo est actus iusticie. Maior probatur omnes volitiones
que habent idem obiectum commune et eodem
modo pertinent ad idem genus virtutis licet propter
diuersas circumstantias que se habent ut obiecta par-
tialia respectu volitionum et nolitionum possint per-
tineret ad diuersas species sed volitio iusticie abso-
lute et sine conditione mortis et volitio iusticie cum
conditione circumstantie mortis et grauissimorum cru-
ciatum habent idem obiectum commune scilicet opus
iusticie quod cuilibet actus iusticie est commune er-
go pertinent ad idem genus virtutis licet imperatiua mors
et cruciatus sint obiectum in secunda et non in prima sed
prima volitio ut constat pertinet ad iusticiam ergo et
secunda. Secundo volitio cum conditione mortis et cru-
ciatum ne deserat iusticiam imperatiua formaliter
executionis aut pertinet ad iusticiam tantum aut ad for-
titudinem tantum aut ad virtutes. Si ad iusticiam tantum ha-

betur intentum. Nec potest dici quod ad fortitudinem
tantum quia virtus fortitudinis non inclinatur
ad actum iusticie per se et immediate ille autem
actus est volitio iusticie. Nec potest dici quod ad virtutes
quod. Tum primo quia ille actus est vnus ergo per-
tinet ad vnum genus virtutis et non ad duo.
Tum secundo quod omnis actus que fertur in aliqua
duo in vno tantum in substantia actus et in alterum tantum
quod in circumstantia ille pertinet ad illud genus vir-
tutis ad quod pertinet substantia actus sed ista vo-
litio que dicta est fertur in opus iusticie tantum in sub-
stantia actus et tantum in obiectum primum principale
et fertur in mortem et cruciatum contempnendo scilicet tantum
in circumstantia actus quod ut ponitur in casu facienti
iusticiam proponitur conditio mortis et cruciatum ergo
iste actus non ad fortitudinem sed ad solam iusticiam per-
tinet. Maior probatur quia alius ad illud genus vir-
tutis substantie eius pertinet ad vnum genus virtutis et
ratione vnus circumstantie ad aliud et ratione alteri
ad aliud quod est omnino absurdum et contra omnem do-
ctrinam philosophorum moralium et sanctorum que in doctrinis
suis declarant manifeste actum virtutis pro nul-
las circumstantias variare genus virtutis. Tum
tertio ois actus que est circa duo circa vnum tantum cir-
ca finem et circa aliud tantum circa id quod est ad finem
pertinet ad illud genus virtutis ad quod pertinet ac-
tus ille qui est circa finem ut velle adulterari cau-
sa diuitiarum acquirere dardum quod pertinet ad auariciam
Et per hoc liberetur a penis future vite. Exemplum secundū ut cum quis vult confiteri fidem non obstante circumstantia grauissimorum cruciatuum et mortis. Exemplum aliud: ut si beata Lucia fuisset corrupta passio illa corruptionis non fuisset ab ea volita. Circa primas passiones habetur bonus triplicem volitionem vnam circa id quod est finis harum passionum. Vult enim liberationem a futuro supplicio. Aliud est circa ipsam passionem vult enim ipsam passionem volitione propter hoc ut Aristotelis terminis vtar non volitione simpliciter. Habet tertio volitionem circa equanimitatem in tollerando quia vult non deici a vera dignitate hominis propter tollerantiam huiusmodi passionum. In aliis autem passionibus non sunt nisi duo volitiones. Habetur enim volitio actus cui non obstante presentia passionum volus incumbere. habetur secundo volitio equanimitatis in tollerando huiusmodi passiones sed non habetur volitio huiusmodi passionis: sicut volunt propositum et Aristotelis dicitur. Tunc sit prima conclusio. Omnes predictae volitiones nate sunt esse eterne vite meritoze/ probatur quia omnis actus intrinsece bonus secundū se vel secundū similem in specie natus esse eterne vite meritozis/ quia omnis talis natus est elici a caritate/ sed omnes huiusmodi volitiones sunt bone: ergo nate sunt esse eterne vite meritoze.

¶ Secunda conclusio passiones martirum pro caritatem habentium que sunt ab eis volite non sunt intrinsece eterne vite meritoze/ probatur quia ut nunc supponitur actus exterior: non est intrinsece bonus/ sed tantū extrinsece scilicet a bonitate actus interioris sed huiusmodi passiones sunt actus exteriores. igitur. Tertia cōclusio/ passiones huiusmodi sunt extrinsece meritoze vite eterne. probatur. Omnis actio vel passio volita recte rationi conformis quā eliciendo vel sustinendo intendimus nos cōformare recte rationi et vitā eternam mereri est meritoza vite eterne si fiat vel sustineatur ab habente caritatem sine qua non est meritum vite eterne sed huiusmodi passiones sunt volite conformiter ad rectam rationem/ et eas sustinendo intendimus nos recte rationi conformari et vitam eternam mereri. igitur. ¶ Dicitur autem in maiore volita propter passiones non volitas/ dicitur quā eliciendo/ vel sustinendo quia actus interior bonus non denominatur quilibet actum exteriori sibi conformem bonum moraliter quia non denominatur actū creature irrationalis sed etiā sit sibi conformis bonum/ puta recta ratio dicit quod bonū est asinum facere sed tamen suā extra ecclesiam et percutiat ita iudicās asinum ut egrediat ecclesiam/ ille egressus asini et stercozatio extra ecclesiam est cōformis recte rationi/ quia

tamen a finis ita faciendo non intendit se conformare recte rationi. Ideo actus eius non est bonus moraliter. Similiter si dicit ratio quod lapis propter cultum diuinum est quadrandus quadratio passiva non est finis quod huiusmodi bona moraliter / quia lapis non intendit per hanc quadrationem se conformari recte rationi. ¶ Quarta conclusio passiones sanctorum non volite nec intrinsece nec extrinsece sunt meritoze / patet quia nichil est meritorium nisi sit voluntarium / sed huiusmodi passiones nec intrinsece nec extrinsece sunt volite ergo huiusmodi passiones nec extrinsece nec intrinsece sunt meritoze. Secundo Tales passiones conformes ergo non sunt bone moraliter et per consequens nec meritoze / assis pbatur quod nulla recta ratio dictabat lucem debere sustinere corruptionem corruptio licet recta ratio bene dictabat quod minus erat fugienda huiusmodi corruptionis corruptio quam abnegatio fidei / dictabat etiam recta ratio lucem quod si propter fidem inferret sibi corruptio corporalis integritatem / quod ipsa debet feruere equanimitate mentis nec propter hanc a vera hominis dignitate detici. ¶ Quinta conclusio / Sustinentia huiusmodi passionum nec intrinsece nec extrinsece est meritoza / pbatur quod tolerantia huiusmodi passionum non est plus volita quam ipsa passio omnis volens sustinere aliquam passionem vult modo volendi tale passionem ergo in quibus passio non est volita nec ipsa sustinentia passionis est volita. ¶ Secundo aliquas tales passiones nolle sustinere est virtuosum ergo aliquas tales velle sustinere est viciosum / ceteris paribus remanentibus ergo sustinentia respectu talium non est meritoza vite eterne. anteceditur patet. ¶ Nam erat i lucia virtuosum nolle sustinere corruptionem integritatis corporalis ergo ipsa nihil voluit sustinere corruptionem integritatis corporalis. ¶ Tertio eadem est virtus et discretio oppositorum liberalitas enim est in non dare non danda / sicut in dare danda ergo etiam eadem patientia est in sufferendo sufferenda et non sufferendo non sufferenda sed multe tales passiones non sunt sufferende ergo virtus que est circa eas non est in sufferendo sed in non sufferendo / minor patet de illis que sunt in honeste et turpem exitum habent in quarum sufferenda dicit aristoteles. odorosi non consistere virtutem sed in recusando eas / et in hoc prepositum sequitur. Ita dices. Solutio sicut prepositum distinguit quedam sunt passiones que secundum naturam suam in turpem vergunt exitum sicut violenta corruptio virginum violenta penarum susceptio cum quis cogitur adorare ydolum. Alie sunt passiones que secundum naturam super inducunt honestatem vel utilitatem sicut flagellorum susceptio pro fide christi / dicimus ergo cum propositio quod patientia duos habet versus scilicet sufferre sufferenda et respuere respuenda licet non sit nominata nisi secundum alterum istorum. ¶ Unde concedimus quod in predicto casu non meretur sancta Lucia ex sufferenda positionis sed refutatione et rebellionem et ita non ex voluntate non patientia sed ex voluntate non patientia merebatur. ¶ Istud dictum est multum rationale / sed iudicio meo potest ad id adhuc vnum membrum diuisioni scilicet quod quedam sunt passiones que nec honestatem nec utilitatem habent nec etiam exitum turpem / sicut cum quis

patitur flagella pro fide christi nec tamen sperat per hoc conversionem hominum aut aliquid aliud quod forte patitur in loco secreto nec per hoc magis defendit fides quam si non pateret eo quod non esset sibi proposita patientia / et in talibus potest velle sustentiam passionis / potest etiam nolle / dum tamen semper magis velit fugere negationem fidei quam tollerantiam passionis non tamen placet michi idem quod doctor concludit et in eadem questione frequenter reperit nisi accipiat sustentiam pro actu interiori scilicet pro volitione qua volo passionem tollerare propter deum. Nec video aliter quomodo differat passio et tolerantia passionis nec video possibile esse quod alius quis nolit pati flagella vel mortem et tamen velit sustentiam flagellorum et mortis. ¶ Sexta conclusio velle minus fugere huiusmodi passiones quam ydolatriam aut negationem fidei est eterne vite meritorium maxime si sit ab habente caritatem. Patet quia huiusmodi velle est actus conformis recte rationi dictanti quod minus male semper est minus fugiendum. ¶ Septima conclusio non fugere huiusmodi passiones cum proponitur in compensatione ad ydolatriam vel negationem fidei vel iniusticiam est meritorium vite eterne / pbatur quod tale non fugere est sub ordinatum bone volitionis meritoze ergo est meritorium vite eterne extrinsece / licet non intrinsece et hoc forte intelligebat aristoteles cum dicebat quod sustentia huiusmodi passionum erat vite eterne meritoza et non ipse passiones. ¶ Contra tertiam conclusionem arguitur sic huiusmodi passiones non sunt ex libero arbitrio tantum opus eius immo procedunt a causa extrinseca et corruptione corporis ergo non sunt meritoze vite eterne. ¶ Secundo dolor ex presentia ignis aut vehementia ictuum causatur mere naturaliter sicut et labor ex opere predicationis et fatigatio ex opere peregrinationis ergo ista non sunt in libera potestate faciendis ergo non sunt meritoria vite eterne.

Tertio sustinere passionem est meritorium ergo sustinere maiorem passionem est magis meritorium sed consequens est falsum igitur. Minor pbatur. Volo quod duo velint sustinere penas eiusdem quantitatis vnus tamen ex minor caritate alius ex maiori. Tunc sic Ille qui vult sustinere penam tante quantitatis ex maiori caritate magis meretur et tamen minus patitur ergo minorem penam sustinet ergo non est verum quod sustinere maiorem penam semper sit magis meritorium. Quarto. Volo quod aliquis propter demerita ducatur ad pambulum et quod ei iungatur sacerdos quod in remissionem peccatorum voluntarie et equanimitate sustineat penam et opprobrium suspensionis tunc sic talis sustentia est volita et tamen non est meritoza vite eterne. Tunc primo quod non est satisfactoria pro peccatis suis quia alias statim euolaret ad celum. Tum secundo quia fur velit nolit sustinet huiusmodi passionem. Tum tertio quod ille qui est in purgatorio quantum velit pati ut cicerone euolet ad celum tamen patiendo non meretur quia velit nolit patitur. Ad primum dico quod aliquid dicitur opus liberi arbitrii quadrupliciter. vnicuiusmodi tanquam elicatum et sic non valet sequentia quod tunc nullus actus alterius potest a voluntate esse nec intrinsece nec extrinsece meritorium vite eterne. Secundo tanquam imperatum et hoc tripliciter vnicuiusmodi tanquam imperatum ut fiat et de tali nego etiam consequentiam

Alias enim tolerantie passionum que secundum naturam suam honestate habent vel utilitatem non essent meritoze vite eterne cuius oppositum dicit idem altissimodozenis cuius ratio hic soluitur.

¶ Tertio modo tanquam imperat vult sustineatur.

Quarto modo tanquam imperatum ut non fugiat dico ergo quod ad hoc quod aliquid dicatur opus liberi arbitrii sufficit quod sit volitio quod contingit si imperatur fieri vel sustineri. Si autem imperant ut non fugiantur quod cum hoc stat quod non sint volite ideo etiam stat quod non sint meritoze. Non fugere tamen eas quod est actus imperatus est meritozum vite eterne.

¶ Ad secundam concedo antecedens et nego consequentiam quia licet non sit in libera potestate meritis ut causa applicata non agat eo quod naturaliter agit quia tamen est in libera eius potestate ut causa non ponat ideo est simpliciter concedendum quod et labor et dolor et defatigatio sunt in potestate merentis.

Ad tertiam potest faciliter dici quod consequentia non valet eo quod stare potest quod ferens parvam penam sponte non fert maiorem nisi iniuste. Sed quia hoc non euacuat difficultatem ideo dico quod aliqua pena potest dici maior pena quam altera quadrupliciter vno modo comparando penam ad penam absolute sicut ieiunium trium dierum est maior pena quam ieiunium vni vel quam peregrinatio vnius hore.

Secundo modo comparando penam ad suscipiendum sicut ieiunium vnius diei est maior pena colerico quam slegmatico. Et hoc tripliciter quia vel maioritas illa prouenit ex bonis aut malis naturalibus vel fortuitis. Exemplum primi sicut colerico ex complexione sua magis penale est ieiunare per vnum diem quam slegmatico. Exemplum secundi sicut regi propter copiam diuitiarum minus penale est dare tria quam vtile pauperi propter paupertatem suam aut puenit maioritas illa ex bonis et malis moribus ex bonis si cut habitus multa intensam caritatem aut habitum temperantie minus penale est ieiunare per tres dies quam hos habitus non habent aut habent sed minus intensos. Ex malis habent habitum auaricie intensum magis penale est dare tria quam talem habitum malum non habent. Ideo ad argumentum concedo quod sustinere maiorem penam libere et sponte maioritate sumpta ex comparatione pene ad personam suscipientis pueniunt ex bonis vel malis naturalibus vel fortuitis sed non pueniunt ex bonis aut malis moribus est magis meritozum quam sustinere et mori ceteris paribus. Non ex bonis quia nulli sua strenuitas obesse debet. Non ex malis quia nulli sua malicia debet pdesse. Argumentum autem pcedit de bono moribus scilicet de bono caritatis et ideo non concludi.

¶ Ad quartam dicit altissimodozen quod sustinenda pene non est meritoza plene liberationis licet valeat sustineri. Hec solutio non michi satisfact. Tum quia si valeat sibi adimutionem pene cum pena non sit infinita sed finita tunc posset nisi intendi hec volitio et diuini possent circumstantie peccati quod valeret ad plenam liberationem. Tum secundo quia possibile esset quod non sciret se ad iudicatum mori et ideo in tali casu non valeret acti omnino mere libere patere. Et ideo dico quod vel talis scit se irreuocabiliter adiudicatum mori vel non. Si non eodem modo dicendum esset acti non esset ad iudicatum. Si sic aut talis in actu exteriori habet circumstantiam iudicii pro obiecto quia scilicet videt se non posse euadere mortem propter iudicium factum vult de necessitate virtutem facere et tollere penam cui adiudicatus est equanimitatem seruare et hoc est multum meritozum licet non valeat ac remissione totali illius pene que volitionem mere libera et talem circumstantiam non habentem posset totaliter dimitti vno etiam per aliquam tunc minoris penam. Et in hoc casu bene dicit altissimodozen. Et ideo sicut cum non valeat ista consequentia. Iste sustinet penam inuictam et minor illi sufficeret ad plenam liberationem ergo per istam penam plene liberatur quia non sustinet voluntate plena libera.

¶ Aut in actu interiori non habet huiusmodi circumstantiam pro obiecto aut si habet gaudet eam habere et sibi placet huiusmodi circumstantia ut digne puniatur in eo delictum quod legitur transgressus et liberet totaliter a pena cui est per hanc transgressionem obligatus.

¶ Est in isto casu videtur michi quod non est minor meritoza. Et ad primam probationem dico quod si non habeat aliud peccatum statim emolat ad celum.

¶ Ad secundam probationem dico quod licet velit nolit sustinere tamen ita vult sustinere in isto casu acti in potestate sua esset non sustinere.

¶ Ad tertiam dico quod ille qui est in purgatorio extra statum merendi. Et ideo siue pati possit siue non non mereat per illam passionem quibus tamen a pena cui erat obligatus patiendo liberetur.

¶ Contra quartam et quintam conclusionem arguitur primo argumento post oppositum. Secundo arguitur gaudendum erat sanctis de suis passionibus et non propter utilitatem aliquam temporalis ergo propter utilitatem eterne vite ergo huiusmodi passiones sunt eterne vite antecedens probatur primo per illud Jacobi Omne gaudium existimare fratres cum in varias temptationes incideritis ergo cum passiones martirium sunt grauissime temptationes sequitur quod de huiusmodi passionibus est sanctis gaudendum.

¶ Tum secundo per illud actum ibant apostoli gaudentes a conspectu consilij quoniam digni habitati sunt pro nomine ihesu contumeliam pati.

¶ Tum tertio per illud apostoli ad philippenses gaudete quia datum est vobis non solum ut credatis in eum sed etiam ut patiamini pro eo. Tertio sancti meruerunt aureolam martirio suo aut ergo voluntate patendi aut ipsa passione. Non voluntate patendi quia ipsam voluntatem habebant ante martirium et tamen non merebant aureolam. Tum etiam quia in casu non habet voluntatem respectu huiusmodi passionum quia conclusio expressa posita est de passionibus non volitis ergo martires aureolam meruerunt ipsa passione martirij.

¶ Quarto omnis passio que est actus bonus et voluntarius recte rationi conformis est meritozus sed huiusmodi passio est actus bonus cum ita patientes laudent et voluntarius quia si non vellent non paterent igitur sunt meritoze.

¶ Quinto tam actiones quam passiones spirituales sunt meritoze vel sunt amoris spes gaudij ergo et passiones corporales. ¶ Sexto si beata Lucia fuisset corrupta fuisset duplicatum meritum sue castitatis secundum illud quod ipsa respondit tyranno Si inuita me violaueris castitas mihi duplicabitur ad coronam et hoc quia merito castitatis additum fuisset meritum patientie sed constat quod beata Lucia non meruisset voluntate patendi corruptio nem ergo meruisset ipsa passione corruptionis. Ad hoc patet quia tunc non fuisset inuita corrupta.

S

Quo modo
vna pena est
maior altera

Contra altissimodozen
sua libro 3.
tractatu 7
capitolo ante
penultimo.

Ad hoc patet
na non mer
liberat quod
minor.

Argumenta
altissimodozen
ubi sunt.

clarati
omni
modi

Ad primam respondet Altissiodorensi. qd mors
 sanctorum dicitur preciosa ratione sustinētie cui
 ipsa mors est annexa frequēter em̄ vt dicit attri-
 buitur passioni quod cōuenit motui cui passio est
 annexa/ sed qd hoc est cōtra quintā conclusionem
 ideo aliter dicendū est qd mors sanctorū dicitur p̄cio-
 sa p̄pter bonos motus & puritate p̄scientie quam
 habent sancti cū moriunt. ¶ Secundo dico si au-
 crontas intelligat t̄m de sanctis qui pro Ch̄risto
 aut fide eius occidū t̄m mors eorū preciosa dicitur
 si sit ab eis p̄pter aliq̄ causam r̄ttonabilem
 volita sicut contingebat in Ap̄ostolo cū dicebat/
 cupio dissolui & esse cum Ch̄risto qd si nō sit volita
 dicitur preciosa qd p̄ciosum est & laudabile minus fu-
 gere eam q̄ ydolatriam vel aliud minus malum.
 ¶ Ad secundam dico qd sanctis est gaudendū de
 suis passionibus. tum primo si p̄pter aliquā ratio-
 nabilem causam nō sint volite. tum qd actus inte-
 rior cōcomitante passione est meritorius alicuius
 premij cuius non erat meritorius nō cōcomitāte
 passione. tum tertio qd frequēter p̄ actum patien-
 di augetur & intenditur actus interior qui p̄prie
 et per se est meritorius. tum quarto quia in p̄sen-
 tia passionis frequēter multi boni motus et lau-
 dabiles habent qui sine ea nō haberent. ¶ Tū qui-
 to qd hoc quod est nō fugere passionē est laudabi-
 le & meritoriu salte ex̄t̄ in sece. ¶ Ad tertiam dico
 qd duplex est voluntas patteudi vna est imperati-
 ua executionis formaliter ¶ Et non loquēdo de ta-
 li voluntate dico qd cū martir vult passionē suam
 ipsa voluntate patteudi meref aureolam qd oēm
 talem voluntatē cōcomitaf passio. Alia est q̄ nō
 est formaliter imperatiua executionis & de tali vo-
 luntate concedit qd non meref p̄ eam aureolā si-
 cut bene cōcludit prima. p̄batio. ¶ Ad secundaz
 p̄bationem dico qd in casu p̄clusionis tales nō me-
 rentur voluntate patteudi sed meref aureolam
 aut voluntate defendendi fidem vel iusticiā nō ob-
 stante circūstantia passionis aut voluntate non
 fugiēdi h̄mōi passionem p̄ defertionem fidei vel iu-
 sticie formaliter imperatiua executionis hec solu-
 tio satis est conformis solutioni altissiodorensi. ita
 dicentis. ¶ Ad tertiu dico qd martires meref au-
 reolam voluntate patteudi & nō ipsa passione. Sz
 distinguenda est duplex voluntas vna est prece-
 dens passionem. Alia cōcomitans voluutate pri-
 ma nō meref sanctus aureolam sed voluntate cō-
 comitante meref qm̄ efficacior est voluntas con-
 comitans & strenuor p̄pter operis excellentiā et
 priuilegiū. ¶ Et ideo aliqui p̄ eam meref quod nō
 merebat ante passionem/ sicut predicator in actu
 predicationis meref aureolam/ quā tamē non me-
 retur si nō p̄dicaret & hoc p̄pter excellentiā & pri-
 uilegium predicationis. Si ista opinio intelligat
 ad sensum iam dictū si scz qd per voluntatē antece-
 dentem intelligat voluntas non imperatiua for-
 maliter executionis & p̄comitante intelligatur
 voluntas vel volitio formaliter imperatiua execu-
 tionis est vera. Si autē intelligat vt videat s̄na
 re verba qd scilz eadē voluntas siue fm̄ numerum
 siue fm̄ speciē sit p̄mo p̄uena actu vel operi ex-
 teriori & postea sit cōiuncta actui et p̄ cōiunctio-
 nem ad actū ipsa nec fm̄ speciē nec fm̄ intentio-
 nem mutata sit meritoria alicuius p̄mij cuius ipsa
 prius nō erat meritoria cutus etiā ipsum opus nō

est meritorium non videt michi rationabiliter di-
 ctuz nisi hoc totaliter attribueret institutiōe cau-
 se p̄mitiue & nō nature actui cuius t̄m videt op-
 positū dicere cum dicit qd hoc habet voluntas cō-
 comitans p̄pter excellentiā & priuilegiū operis.
 ¶ Dico ergo qd voluntas formaliter imperatiua
 executionis differt spem & merito a voluntate que
 non est formaliter iperatiua executionis. Et ideo
 tali voluntate merentur aureolam et non alia.
 ¶ Ad quartam cōcedo maiorē et nego minorem.
 Talis em̄ passio nō volita nec est act⁹ bonus nec
 voluntarius ¶ Et ad p̄bationē cū dicit si nō vellēt
 non paterent Dico qd ista p̄positio est truncata &
 ad eam respōdendū ouersimode p̄fici potest vno
 modo pōt sic p̄fici si nō vellent pati non paterentur.
 & sic ego nego qd de facto ita est qd nō volunt pati
 & tamen patiunt. Alio modo sic qd pro p̄structibi-
 li ponat terminus significās rem principaliter vo-
 litam puta iusticiā vel fidei defensionē vel aliquid
 simile ita qd sit sensus si non vellent fidei defensio-
 nem vel si non vellent minus fugere passionem q̄
 negationē fidei nō paterent & sic p̄cedo. sed nego
 consequentiā qua inferit/ ergo volūt pati/ & cum di-
 citur qd ita patientes laudatur/ dico qd laudantur
 nō p̄pter passionē ipsam quā nō volunt sed p̄pter
 multas alias causas quas assignamus cū ostendi-
 mus causas p̄pter quas est eis esse gaudendū ex
 passionibus iuis. Ad quintam respondet altissio-
 dorensi. negando cōquentiā qd passiones spiritua-
 les sunt voluntarie/ sed non passiones corporales
 distinguit tamen de passionibus spiritualibus q̄-
 dam sunt que simul sunt passiones & actiones siue
 agens vt amor dei q̄ simul illate sunt & inferūt ¶ Al-
 late quidē a deo & inferūt delectationē & iocundi-
 ditatē: tales sunt meritorie suis motibus non fm̄
 qd passiones sed fm̄ qd actiones/ sunt alie passioes
 q̄ pure passiones sunt vt suauitas cōscientie locū
 diras mētis & tales nō sunt meritorie qd licet sub
 iaceam libero arbitrio non tamē sunt opus liberi
 arbitrij imō dulcedo dei est causa illaz/ sicut dul-
 cedo causata ex gustu mellis non est a gustu sed a
 melle. ¶ Ista solutio non michi placet qd siue passio
 sit passio tantū siue simul sit actio & passio ipsa t̄m
 est voluntaria & meritoria vel demeritoria dum t̄m
 ipsa fm̄ se vel secundū suas causas. primas sit in
 potestate voluntatis immo fm̄ aristotelem secun-
 do ethicoz omnis virtus est circa delectationes
 et tristitias & tamē cōstat qd cause delectationis
 naturaliter causant eam nec in potestate volunta-
 tis est qd oppositis causis delectationis non pon-
 tur delectatio. ¶ Ideo aliter dico ad argumentū qd
 si ascēdens intelligat vniuersaliter falsum est si-
 cut enim passionū corporaliū alique sunt merito-
 rie & alique non ita & passionū spiritualiū tristitia
 em̄ p̄ueniens ex passioe corporali nō volita con-
 est meritoria sicut nec ipsa passio corporalis & de-
 lectatio mentalis p̄ouentens ex corporali passio-
 ne non volita non est meritoria. ¶ Ad sextam cō-
 cedo maiorē. habuisset em̄ meritū castitatis/ ha-
 buisset p̄pterea velle minus fugere corruptionē
 corporis q̄ fidei habuisset p̄pterea meritum recu-
 sationis corporalis corruptionis et cum dicit qd
 nō meruisset voluntate patteudi cōcedo assumptū
 et ne p̄nam qd multis alijs volitionibus meruisset
 scz nō patteudi/ p̄ferēdi fidē corruptioni corporis.

Solutio altissiodorensi

Cōtra altissiodorensi

Solutio auctoris.

Ratio que re duplicata fuisse cōrono line.

modo
 in p̄
 at q̄
 a.
 arti. de
 omib⁹
 dent.
 mēta
 ob fa.
 plex vo
 uas.
 rario
 monis
 dorensi.
 nis.

Contra sextam septimam conclusiones arguit sic. Sustinere hmoi passionem no meritorium vite eterne: ergo nec fugere hmoi passionem est meritorium vite eterne. Hinc est notum ex conclusione quinta et p probatione consequentiae supponitur q tota ca propter qua hmoi sustinentia no est meritoria et q non est volita. Tunc sic bene sequit Tu negabis fidem vel sustinebis acerbissimam mortem sed non negabis fide ergo sustinebis acerbissimam mortem sed asis est a te volitum: ergo et consequens et p consequens tu vis sustinere mortem acerbissimam ne fidem neges. Secundo bn sequit. Tu no fugies mortem ergo sustinebis mortem sed antecedens est a te volitum ergo et consequens. Tertio fm Ari. que per violentiam sunt magis volita q nolita qz ad talia movemus potentia organicas quarum motus est in potestate nostra sicut patz de proiciere merces i mare: ergo licet ad talia violentemur hoc tn non impedit quia sint volita. Quarto volitio conditionata sufficit ad meritum et demeritum sicut ad tristitiam et delectationem sed in martirio fuit volitio conditionata respectu sue passionis Si em non poterat euadere negationem fidei aliter q pariendo volebat pati ergo in eis erat volitio passionis sufficiens ad meritum et p consequens passio ipsa erat sufficiens volita vt esset meritoria. Ad primam negat consequentia et ad probationem concedo assumptum q bn sequit Et cum dicit q antecedens est a te volitum negat licet em vna pars antecedentis sit volita scz non negare fides tamen altera non est volita scz vel negare fidem vel sustinere mortem acerbissimam. Ad secundam nego antecedens scz q bn sequat. In multis em antecedens est verum scz in his in qbus non est proposita conditio supradicta et tn consequens e falsum. Quod si dicas q consequentia est bona et nunc scz retento casu supradicto. dico dupliciter. Primo q dato q consequentia sit bona et nunc scz posito casu et antecedens sit volitum qz tam casus ex quo partialiter dependet pna non est volitus. ideo hoc non infert consequens esse volitum. Secundo dico q in omni consequentia q non tenet nisi casu posito ppositio exprimes positionem casus est pars antis: ideo negatur q antecedens sit volitum. qz casus non est volitus. Ad tertiam dico q eoz que p violentiam sunt: quedam sunt q a nobis sunt. alia sunt q non sunt a nobis sed respectu eorum no habemus nos nisi passivae. Exemplum pnt vt cu ad pntiam tempestatis pntio merces i mare et de talibus concedo q sunt volita. Alia autem respectu quoz non habemus nos nisi passivae sunt duplicia. quedam sunt quoz tollerantia potest a nobis esse rationabiliter volita. vt in punitione delictoz nostroz possumus ronabiliter velle nos pati gravia supplicia. et si esset nobis certum aut verisimile q patiendo et tollerando mortem pro fide augetur notabiliter fides. possumus rationabiliter velle tollerantiam mortis/ sicut xps voluit passionem suam. qz sciebat genus humanum esse p eam redimendo et talia possunt esse volita a nobis Non est tamen necesse q quotienscuqz tolleramus ea q ea velimus. Alia sunt quoz tollerantia non potest esse a nobis rationabiliter volita licet rationabiliter possumus velle ea non fugere sicut corruptio integritatis corporis non est a nobis volita

Aliquando tamen conditio rerum est talisq eam nolimus fugere qz non patet nobis p tunc via fugiendi eam nisi deserendo aliquid ad cuius conservationem magis tenemur. Et hec sunt q altissimodozen. et ppositivus dicunt habere turpem exitum. Ad quartam dico q non oes martires habuerunt hmoi volitionem conditionatam. sed multi habuerunt volitionem tantum circa fidei confessionem non obstante circumstantia mortis ppositae q non erat nisi velle fugere negationem fidei qz tollerantiam mortis et quicquid sit de morte/ tn de passionibus que turpem exitum habebant hoc est magis manifestum.

Sed circa materiam de martirio adhuc sunt duo dubia. Primum est verum martirium sit de consilio aut necessitati pcepti. Ad hoc dubium respondeo q martirium aliquando suscipit ne quis contraueniat pcepto Aliquando vero obsequatur consilio. verbi gratia p paupertate amplectenda aut p virginitate sua da. Primum modo dupliciter. Uno modo ne contraueniatur pcepto negatiuo. Alio modo ne contraueniatur pcepto affirmatiuo ego hie pceptum affirmatiuum includens negatiuum/ reputo negatiuum vt in pcepto quo pceptitur colere unum deum includitur non colere deos alienos. Tum dico q martirium susceptum ne quis contraueniat pcepto negatiuo cum necesse esset aut eidem pcepto contrauenire aut subire grauissimos cruciatus et mortem est de necessitate pcepti. pbatur qz quanta necessitate subimus pceptum tanta necessitate subimus id sine quo cadimus a pcepto: sed in casu tam dicto sine martirio cadimus a pcepto ergo in tali casu martirium cadit sub pcepto. Tunc em quis obligatur ad martirium cum conditio rerum talis est vt ipsum subeundum sit/ vel contraueniendum sit pcepto ad quod p tunc de necessitate salutis obligamur. Dico secundo q martirium susceptum ne contraueniatur pcepto affirmatiuo fm illud quod affirmatum est in eo non est semper de necessitate pcepti probatur qz pceptum affirmatiuum no obligat p semper sed tantum p loco et tempore. Dicit autem fm id quod affirmatum est in eo qz in multis pceptis affirmatiuis affirmatur vni et phibetur vne negatur aliud vt in hoc pcepto sabbata sanctifices precipitur opus sanctum phibetur opus seruile/ et qz hoc vnum est affirmatum et aliud negatum ideo in nulla parte diei dominice faciendum est opus seruile licet in multis partibus possit quis ab ope sancto cessare. Tertio dico q hmoi martirium p locum tempore est de necessitate pcepti patet qz pro loco et tempore obligat sub periculo salutis eterne. Quarto dico q si violentans intendat vt p hoc irritetur pceptum ita qz faciat in contemptum pcepti q martirium pro eo susceptum est de necessitate salutis probat quia licet pceptum non obliget pro semper ad faciendum quod eo pceptitur/ tamen obligat p semper ad non contempnendum ipsum ergo obligat pro semper ad non faciendum vel omittendum aliquid quod faciendum vel omittendum iubetur vel conrepnatur et irritetur pceptum. Quinto dico q si in obseruatione pcepti verisimiliter insit utilitas tam magna vt equipolleat necessitati subire martirium est de necessitate pcepti vt si p confessionem fidei non obstante circumstan-

M. B. G. G. G. G.

M. B. G. G. G. G.

M. B. G. G. G. G.

M. B. G. G. G. G.

nono modo pceptum affirmatiuum obliget semper

ita durissimorum cruciatuum verisimiliter vna tota regio couertanda est ad fidem ille cui probabiliter de hoc costaret teneretur ad costendum fidem non obstante tali circumstantia / et per consequens ad subeundum martirium si esset sibi pposita denegatio fidei conditio ¶ Sexto dico qd martiri aliquando nec est de precepto nec de consilio sed potius cadit sub prohibitione. pbatur si quis verisimiliter cognosceret qd manifestando se et palam fidem costitendo magnus populus nondum in satis fide firmatus desistere a fide expectando tam et differendo posset non solum istum populum sed multos alios stabilire in fide Tunc recta ratio non diceret tali qd deberet palam costiteri fidem et se exponere martirio: sed potius debet dissimulare paululum. Eodem modo videtur fecisse Paulus qui ne reparetur ad supplicium p fide cesarem appellauit. Eodem modo fecisse leguntur multi sancti qui captiuorum animos in agone p fide dissimulato habitu confirmabant et roborabant. ¶ Septimo dico qd aliquando martirium est de consilio cum scy ad id nec necessitate nec utilitate equipollente necessitati cogitur / nec ab eo ppter detrimenta inde secutura rationabiliter phibetur istud satis patet ex dictis.

Ubiū secundū Utrū
D martir qui durius respondendo tirāno passione et morte accelerat peccet ¶ Respondeo qd vel tyrannus pcedit ex simplicitate et ignorantia et quadā affectione ad patrū non leges sed corruptiones et in tali casu debet martirem esse circumspicere vt potius nitatur et tentet instruere eū in his qd sunt fidei et rationabilitate eoz sicut fecerunt multi martires qui aliquando ita fidem tyrannis explicauerunt vt partim eruditione partim miraculoz euidentia couerteretur ad fidem. Si secundo modo tunc dico qd aliqua responsio vel ppositio dicitur dura dupliciter. Vno modo qd nimis actua ita qd acumine suo confundit aduersariū qua confusione incenditur ad supplicium respondentis eo qd non potest hmoi responsionem ratione confutare. Et tunc dico qd hoc modo martiri non modo non peccat sed multū meretur et prouocat non credentes ad fidem et in credentibus eam auget. Secundo modo aliqua responsio dicitur dura qd tyranno non impendit honora martiri / qui eidem a ceteris cōmuniter impendit Et hoc non videtur faciendum sine multa discretionē et nisi postqz martiri multipliciter temerariū reuocare tyrannū rationibus apertis et manifestis ab errore suo. Tertio modo aliqua responsio dicitur dura qd in ea ponuntur cōiuncta et cōminationes et reprehensiones varie de reprehensionibus vt fecit Johannes cū reprehendebat herodem ppter herodiam de cōiunctis vt idem cū dicebat gemina viperarū quis vos liberabit a ventura ira: vbi etiam cōminatio posita est. ¶ Item de cōminationibus vt siluester tarquino penā mortis cōminatus est. Et hmoi reprehensione dura non videtur vtilitatem cū nota est et manifesta prinacia tyranni et totaliter desperat de conversione eius ad fidem Et adhuc considerandū est si astantes ex talibus verbis duris offenduntur ad fidem excitantur Si verisimiliter offenderent non esset eis indulgēdū Si aut ad fidem excitarentur / cū etiam valeant

ad excitementum et confirmationem respondentis videtur melius et vtilius. Et si dicas qd mollis responsio frangit iram. Respondeo qd in tali casu non tantū ira frangenda est sed etiam furor et pntia que frangi non possunt molli responsione. Similiter non solum attendendū quomodo se dari possit tyrannus. sed etiam quomodo melius et fides multitudinis saluti cōsuletur / et huiusmodi vel molli vel dura responsione vtēdum. Et hec de martirio dicta sunt et p consequens vniuersaliter de virtute fortitudinis et spēbus eius. Hūc dicendum est de vitiis oppositis p ordinem. Et primo.

Ueritur vtrū caymo

Qtes sit vitium magnanimitati oppositum. ¶ Arguitur qd non / qd huiusmodi Aristot. quarto ethicoz. Caymus non est malus qd caymotes non est vitium. ¶ In oppositū aut auctoritate eiusdem ari. loco eodem qui hoc expresse diffinit. ¶ Morandum qd sub fortitudine cōmuniter dicta sicut ex supradictis apparet cōtinetur fortitudo ppter dicta / et magnanimitas sub magnanimitate cōtinetur / fiducia / magnificentia / patientia et humilitas. Nam de pseuerantia et martirio dictū est qd sub nullavirtute cōtinetur et qd faciūt gradus in virtutibus et qd Ari. non assignat inter vicia magnanimitati opposita nisi caymotē et pusillanimitatem / extendenda videtur ista noia ad hoc qd cōtineant oia vicia opposita spēbus magnanimitatis. ¶ Morandum ergo qd caymotes est superhabundans appetitus honoz. Ea autē qd cōmuniternata sunt appeti tanqz honorabilia sunt in multiplici differentia. quedā sunt opa honesta ardua et magna. Alia sunt res sue administrationes honorabiles circa quas hmoi opera honesta versantur. Alia sunt gloria siue opinionones honorabiles ex hmoi honorationibus causate. Alia sunt excellentie que oriuntur ex bonis in hominibus existentibus. Alia sunt signa operū honorabiliū et maxime benefactorū vt genuflexio laudatiua oratio siue soluta siue numerosa imagines pmitas sedis et reliqua huiusmodi Circa que omnia potest esse caymotes extenso noie. Unde vera et per se honorabilia sunt opera honesta et habitus ex quibus cur bonis nature vel gratie hmoi opera honorabilia pcedunt. Et iō reliqua oia sunt appetenda p cōparationem ad huiusmodi opera honorabilia: et per cōmensurationē ad ipsa. Honorabiles enim administrationes sunt appetende huiusmodi cōmensurationem bonoz nature vel gratie vel moris in nobis existentium per que redimur potentes tali administrationi satisfacere. Et ita superhabundans hmoi in appetēdo qui appetit dignitates et administrationes vires et facultatē suam excedētes quas scy non potest bene et comode et ad vtilitatem publicam gerere. Scdo cum quis appetit hmoi dignitates quas licet bene possit gerere et administrare / tamē honoz dignitati cōiunctus notabiliter excedit qualitatem persone / aut simpliciter sibi discouent vt si non nobilitas assumeret et sibi dignitatē vel officium quod soli nobilibus committi possit aut si laicus assumeret sibi dignitatē vel officium ecclesiasticum vel econtra quis in scdo videtur esse quedā spēbus pusillanimitatis. Tertio cū quis non assumptus ad dignitatē vel officium exercet sine legitima aucto

ritate act⁹ illius/ aut attribuit sibi honores ei de
bitos vt simplex sacerdos vel archidiacon⁹ vsur
paret vel officio vel sedem vel aliquē alium hono
rem episcopi. Et istis omnibus modis contingit du
pliciter/ vel qz talis sine quacūq; deliberatiōe ap
petit z psequitur ista nec multū cogitat aut deli
berat vtrum possit satisfacere. Aut vtrū talia sint
vel possent esse rationabiliter debita vel de talib⁹
deliberat/ z existimat. licet falsa qz talia non excedunt
facultatē suam. Et hec estimatio aliquādo
est visibilis aliqñ nō z quomōcūq; fiat semp erit
caymotes sñm vñam speciē eius que dicitur presum
ptio. Sed bene verū est qd si error non sit vincibili
lis tunc presūptio illa non imputat ad culpā. Et
quo patet qd psumptio opponitur directe fiducia.
Contingit pterea excedere in appetitu honoris
ratione finis ratione medioꝝ ratione quātitatis.
Ratione finis dupliciter. Vno modo qz facit hono
riem sine illaz rez que sñm reueritatē debēt esse
finis honoris vt qz appetit res honorabiles nō vt
eas bene administrēt nō vt alijs profit sed vt eaz
asssecutione honoret. Secundo mō cum nō refert
honorē in finem in quem referendus est/ vt quia
honorē sibi cupit nō referendo in deum sed totam
gloriā honoris sui vsurpendo sibi. Rōne medioꝝ
vt cum quis largitionibus/ p̄ctibus/ ambitur alijs
falsis modis huiusmodi honorabiles res sibi pcurat.
Et parte numerivt cū quis reperit in infatigabilis
curca hec et vno vel duobus habitis ad alia
cupidissime inhiat. Constat em̄ talem suphabundare
in honoribus appetendis z cum esse caymus
sñm illā spem caymōtis q̄ dicitur ambitio. Pterea
circa excellentē appetitū cōtingit multipliciter
suphabundare. Vno modo cū quis estimat se pl⁹
excellere. Et multipliciter. Vno modo cum quis
estimat se bona habere excellentia q̄ non habet.
Secundo modo cū quis estimat se malis carere
quibus non caret aut ea non tanta habere quāta
habet. Tertio modo cū quis sibi ex aliquibus bonis
excellentiā tribuit q̄ non sunt nata causare
excellentiā/ aut saltē que nō sunt nata causare
excellentiā tātam quātam se p hec habere putat
Quarto modo cum nō habet eomodo talia bona
quomodo putat se habere puta cū non habet tota
liter a se sed partialiter ab alio cum nō ex meritis
habet sed ex dono mere gratuito aut cum habet
ea defectibiliter que stabilit se habere credit.
Quinto modo cū ex bonis alicuius sibi excellen
tiam magnam tribuit vt qui ex generositate/ aut
diuitijs/ aut sapientia parentū se excellentes ma
xime putant. Sexto modo cū quis ex his que na
ta sunt causare deiectionē se excellentem esse pu
tat ista aut excellētia potest appeti dupliciter.
vno modo absolute cū quis estimat se esse magne
excellētie. alio modo comparatiue vt cum quis
putat se alio excellentiorē esse z tunc ex omnibus
ex quibus se excellentem putat ex eisdē cōtrario
modo ducti se estimat alium minus excellētē quo
modocūq; hoc fiat causatur caymotes sñm speciē
illā que est supbia que quidē est p̄traria humilitati.
Deinde habundat quis in honoribus appeten
dis cū inordinate fertur appetitus ei⁹ in ea p̄p̄ q̄
honorē appetunt r̄q̄ immediatissime excellētia
representant sicut sunt bona opinio z gloria. P̄p̄
pter hec em̄ appetuntur honores vt habeatur bo

na opinio/ vt quis appareat gloriofus: gloria aut
et bona opinio immediate representant p̄sone excel
lentiam. Et licet omnis appetens honores appe
tat gloriā quia p̄pter gloriā z bonā opinionē
sñm Arist. ij. rhetorice. Honor est delectabilis non
tamen inanis gloria est ambitio. Nam qui appetit
gloriā p̄ honores est ambiciosus qui aut nō per
honores sed modis qui infra dicendi sunt/ ille est
inani gloria reclusus qui aut se plus iusto excellere
putat aut alium superiorem vel equalē/ et interdū
inferiorem inordinate estimat antecellere/ ille di
cendus est supbus. Et p̄ quibus omnibus patet di
stinctio inter p̄sumptionē/ ambitionem/ supbiam/
et inanem gloriā: que multā affinitatē inter se ha
bere videntur adeo vt interdum cōfundantur ab
auctoribus z alio p̄ alio vtrū. Quot modis au
tem pusillanimitas ex opposito dicat videbit cū
agetur de his vitioꝝ speciebus. ¶ Tunc sit cōclu
sio respōsua. Caymotes est vitium magnanimitati
oppositum. Probatur qz magnanimitas digni
ficat se honorib⁹ quibus p̄pter que quomodo z qua
liter est dignus z p̄pter finem quem dignum est se
dignificare honoribus/ sed omnis caym⁹ se digni
ficat honoribus vel quibus non est dignus vel nō
p̄pter que vel non quomodo vel qualiter ē dign⁹
vel non propter finē p̄pter que oportet se dignifi
care honoribus vt ex deductione superiori latius
p̄ter ergo omnis caymotes est vitium magnanimitati
oppositum. ¶ Sed contra cōclusionem. Ar
guitur primo ratione ante oppositum. ¶ Secun
do sic summe appetere honorem nō est vitium ergo
nec caymotes nō est vitium/ cōsequenter tenz
qz caymotes cōsistit in summo appetitu honoꝝ.
Antecedens pbatur nullus appetitus est malus
qui nos vehementer incitat ad opera virtutū/ s; summe
appetere honore nos vehementer incitat
ad opera virtutum. Lū solis operib⁹ virtutū de
beatur honoz. ¶ Tertio. Non est vitiosum qz q̄s
aperat honores quibus non est dignus ergo caymo
tes nō est vitium. Antecedēs pbatur qz q̄s rōna
biliter appetit virtutes quas nō habet: sed p̄ huius
modi virtutes fiet dignus honoribus quibus nō
est nunc dignus. ergo non est vitiosum qz quis ap
petat honores quibus non est dignus.
¶ Quarto nihil quod est ignorantia fit vitiose fit
sed caymus ex ignorantia appetit honores quibus
nō est dign⁹ cum de eo z de pusillanimo dicat Ari.
qz est insipiens. ¶ Quinto nullus vitiosus ē dign⁹
honoribus: sed caymus est dignus honoribus cū
sñm Ari. aliquis non sit caymus qz quibus magnis
dignus sit honoribus maioribus tamen se dignifi
cat q̄ dignus sit. ¶ Sexto si caymotes sit vitium
vel est deterius q̄ pusillanimitas vel minus malum
non sñm vt p̄ter Ari. qui exp̄sse diffinit pusillanimitatem
esse deterioꝝ. nec primū qz caymotes magis accedit ad
supbiam: z pusillanimitas ad humilitatem. Tum secundo qz
caymotes magis declinat ad iniusticiam scz ad deffensionem alioꝝ
Tum tertio qz vt p̄ter Ari. caymus est in dignus honoribus
pusillanimitas est indignus ergo caymus est deterioꝝ
pusillanimo. ¶ Ad primū dico qd malicia accipitur tripliciter.
Vno modo p̄ iniusticia qua aliquis iniuriam affert alteri
Et hoc modo accipit Ari. cum ait. caymū nō est
malum quod p̄ter ex causa q̄ assignat. Non enim

Multipli
fit aliquis
caymus.

21 summi

na. 4. est
questio. 12

malefactores. Secundo modo accipitur malicia p vicio in gradu opposito gradui temperantie/ z sic cōsummatus in caymote est malus. Tertio modo accipitur malicia p omni habitu inclinante in opus recte rationi difforme. z hoc modo caymus est malus. Et ideo subiungit Ari. Non em̄ male factores/ peccantes aut. ¶ Ad secundā nego aūs et ad pbationē nego antecēdēs z dico ad opavirtutum possumus z bene z male incitari/ bene/ cum incitatur ad eavel ppter deū/ vel ppter honestatem operis/ male/ cū incitatur ad ea ppter honorem vel ppter lucrum vel libidinē licet em̄ penitētia sit bona et ad eam nos peccatū incitet nō tamen peccatū est bonum. Et ad minorē dico q caymi magis appetunt apparere virtuosū q̄ esse. Et ad pbationem dico q licet honores debeātur solis virtuosis: tamen tribuunt de facto non solum nō virtuosis: sed etiam multis pessimis morib⁹ in factis/ lenonibus/ adulatoribus/ et psonis ridiculosis etiam ppter ipsa ridicula. ¶ Ad tertiam dico q licet nō sit virtuosus vt quis appetat honores quibus nō est dignus faciendo se dignū illis z vt habeant postq̄ fuerit illis dignus/ tamē vitiosus est q̄ quis appetat habere honores quibus nō est dignus etiaz ppter tempore p quo nō est illis dignus quod facit caymus. ¶ Ad quartam nego maiorē de ignorantia crassa aut affectata si autē fiat ignorantia inuincibilis vitiosus est tamen nō imputabile. ¶ Ad quintā nego minorē. Nam cū nō quodlibet vitium cultibet virtuti repugnet: ideo stat aliquem esse vitiosum vno modo/ et virtuosus virtute non repugnat illi vitio z ratione illi virtutis erit dignus honoribus/ sed bene verū est q̄ non est virtuosus s̄m q̄ dignus honoribus. Et ad minorem dico q licet nō sit caymus s̄m q̄ caym⁹ dignus honoribus/ est tamen caymus aliq̄s propter aliquā virtutem beneficium quā habz honoribus dignus. ¶ Ad sextam dico q s̄m Ari. in quat to ethicor. pusillanimitas ē deterior: q̄ caymos. Et ad primā pbationē dico q aliqua caymotes bene est supbia/ sed nulla pusillanimitas ē humilitas q̄ tunc cū q̄ similitudinē habeat. Auaricia em̄ magis accedit ad p̄smoniam q̄ pdigalitas z tamen auaricia est prodigalitate deterior. ¶ Ad secundā pbationem dico q licz caymotes inclinet ad iusticiam/ tamen ipsa non est iniusticia sicut luxuria aliquando inclinat ad ydolatriam z tamen ipsa non est ydolatria. ¶ Ad tertiam pbationē nego assumptū/ sed bene verū est q̄ caym⁹ est indignus honoribus quibus se dignificat quia dignificat se maioribus q̄ dignus sit. Dico p̄terea q̄ dato q̄ caymus sit indignus honoribus: z pusillanimitas dignus. q̄ tamen nō habet hanc dignitatem a pusillanimitate: ideo nihil cōcludit sicut nō sequit iste iniustus est dignus honoribus quia habet aliā virtutem ppter quam sit dignus. Iste bomolochus nō est dignus honoribus ergo homolochia est deterior iniusticia. ¶ Nam agenduz est de spēbus caymotus. Et p̄mo de p̄sumptione.

Queritur primo Utrū p̄sumptio sit peccatū. ¶ Arguit q̄ non. Non est peccatū tendere i ea que sunt supra se: ergo nec p̄sumptio est peccatū quia tendimus in ea q̄ sunt supra nos Antecēdēs

pbatur per illud apo. ad p̄hil. iii. que retro sunt obliuiscens ad interiora me extendo.

¶ In oppositum arguitur p̄ illud ecclesia. xxxviij. p̄sumptio nequissima vnde tāta es. Ubi respōdit glosa de mala voluntate creature/ sed omne quod p̄cedit ex mala voluntate est peccatū ergo p̄sumptio est peccatū. Notandū est q̄ p̄sumptio est qua quis assumit sibi aliquā rem honorabilem facultatē suam excedentē. accipitur autē res honorabilis dupliciter. Vno modo p̄ dignitate honorabili arduā aliquā administrationem habente. Secundo modo accipit̄ pro honore aliquo magno vel actu honorabili. p̄mo modo contingit dupliciter q̄ res aliqua honorabilis facultatē excedat. vno modo ex parte administrationis sicut doctoratus theologie excedit facultatē grāmaticā: vel dialecticā: quia purus grāmaticus vel dialecticus nō posset sufficere lecture theologicę. Secundo modo ex parte honoris sicut doctoratus ex parte honoris excedit facultatē laici etiā periti in sacris litteris. Si autē accipitur p̄ honore vel actu tunc etiā contingit p̄sumere dupliciter sicut patuit in p̄cedenti questione.

¶ Secundo Notandū q̄ aliquando aliquis p̄sumit q̄ tamen non assumit aliquid quod facultates suam excedat: sed ideo p̄sumit quia non satis sibi cōstat quod illud qd̄ assumit sit infra facultatem suam positū. Et ita q̄tuz est ex modo assumendi p̄sumit quia p̄cedente modo quo p̄cedit assume ret rem excedentē facultatē suam sicut non excedentem. Et huic simile est cū quis sine meditatione respōdet ad interrogata nō curans nec sciens vt respondere vel false respōdeat. Talis em̄ licet aliquando verū dicat tamen nō mentitur. quia non est sufficienter certus de eo quod affirmat/ z si nō fuisset ita sicut affirmat nichilominus eque affirmasset sicut affirmat. Hic q̄s enim quis assumat vel p̄curet rem aliquā honorabilem debet diligēter cōsiderare q̄ administrationē habet z quib⁹ op⁹ sit ad eam bene gerendā: et deinde debet cōsiderare vires suas et videre si habeat omnia q̄ requiruntur et sufficientunt ad administrationē talē bene gerendam: et ideo q̄ deficit in hac cōsideratione et rem honorabilem non p̄ura sufficienti de liberatione p̄sumit et assumit. ¶ Notandū tertio q̄ p̄ter quatuor modos p̄sumptionis est adhuc vnus modus quo quis cōfidit se aliquā grauē administrationem bene gerere immo etiā quodcūq̄ bonum opus facere sine fiducia diuini auxilij: quis talis p̄sumit de viribus suis z credit eas p̄ se sufficientes vbi tamen p̄ se sunt ineptissime: et hec est sententia beati Thome. Et ideo inquit nō est p̄sumptuosum si aliquis ad aliquod opus virtuosū faciendum tendat. Et sic autē p̄sumptuosum si ad hoc aliquis tenderet ab sed fiducia diuini auxilij. Nam secluso diuino auxilio nō habentur oia q̄ requiruntur ad opus illud p̄ficiendum. Et hoc est p̄sumū genus p̄sumptiois qd̄ omnes virtutes p̄riter necat/ non em̄ est possibile in eo qui ita p̄sumit esse aliquod bonū virtutis opus Sed de hoc latius dicemus cū agemus de supbia. Tūc sit prima conclusio. Omnis p̄sumptio est peccatū: probatur: omnis assumēs sibi aliquid vel aliquo modo quod vel quomodo recta ratio dicat non assumendum esse peccatū/ sed omnis p̄sumēs assu-

215
p̄sumptio
quid est.

Inceptiones
rei honorabilis.

alius modus
p̄sumptionis.

tho. 2. 2. q. 150. ar. 1. in

mit sibi aliquid puta dignitatem vel officium vel
 actum aut dignitatis vel officii quod recta ratio
 dicat se non esse assumendum. Aut eomodo assu-
 met quomodo recta ratio dicit non esse assumen-
 dum puta vel sine sufficienti p̄meditatione vel si-
 ne cōfidentia diuini auxilii ergo p̄sumptio est pec-
 catum. ¶ Secunda cōclusio p̄sumptio simplex
 non est omnī peccator grauiusimū / appello autē
 p̄sumptionem simplicem eam qua quis sine multa
 p̄meditatione assumit sibi aliquā rem honorabilē
 cui non sufficit sed tamē sic assumēdo nec est blas-
 phemus in deum nec iniurius in primum. Nam q̄
 vsurpat honorem vel actū non sibi sed alteri debi-
 tum est iniurius in primum q̄ autem bonum opus
 attentat sine ducta diuini auxilii est blasphemus
 in deum probatur quia in h̄mōi p̄sumptio simplex
 non est traxitiosa sicut pusillanimitas vt d̄t Ari.
 Cum secundo quia tales p̄sumptuosi ideo p̄sum-
 unt quia ignorant aut vires suas: aut rei susce-
 pte gratuitatemz difficultatem / z ideo Aristote-
 dicat eos ignorantes / ignorant autē quia nō con-
 siderant. Tertio iste p̄sumptuosus nō est ita vitio-
 sus sicut ambitiosus: q̄: antecedēs pbatur quia
 ambitiosus assumit rem honorabilem p̄pter ho-
 nozem nec multū curat de administratione cōiun-
 cta dignitativel honori. P̄sumptuosus vero nō
 assumit eam p̄pter honore z nititur q̄tum potest
 satisfacere administrationi q̄uis nō possit nec suffi-
 ciat. Et inde est q̄ res publice frequenter graua
 detrimenta capiunt p̄pter huiusmodi p̄sumptio-
 nem eoz q̄ eis preferuntur. Ideo difficile est repe-
 rire p̄sumptuosum qui nō afferat dampnū rei cui
 p̄fertur quia tamē res publica eum p̄ficit. aut ha-
 bens auctoritatē eius nec ipse intendit damnum
 inferre sed vtilitatē: ideo non d̄t p̄prie iniuriā fa-
 cere. ¶ Contra primā cōclusionem. Arguitur sic
 homines debent appetere q̄ supra se sunt ergo nō
 est p̄sumptio vitiosa qua q̄ supra nos sunt appetim?
 Antecedēs pbatur p̄ Ari. p̄mo ethicorū dicentem.
 Oportet autē non s̄m suadentes humana sapere
 hominem: neq; mortalia mortale / sed in q̄tum cō-
 tingit immortalē facere. Et primo methaphisice
 dicit q̄ homo debet se trahere ad diuina q̄tū po-
 test: sed immortalia z diuina sunt sup nos: igitur.
 ¶ Secundo quia vel homo d̄t reputare ea eē in-
 fra facultatē suam q̄ potest mediante speciali au-
 xilio dei vel ea tantū que potest sine h̄mōi auxilio
 speciali: si p̄mum tunc cū omnia possit homo cur-
 tali auxilio sequi q̄ nichil debet estimare esse su-
 pra facultatem suā. Si secundū tunc nullū bonū
 possit sine huiusmodi auxilio sequitur q̄ nullū bo-
 num d̄t estimare esse infra facultatē suam. Et cō-
 firmatur p̄ illud Apostoli. ii. ad Corinth. x. Non
 sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis qua
 si ex nobis: ergo nichil bonum cogitandum suffi-
 cimus: ergo attētare aliquid bonū cogitare erit
 p̄sumptio. ¶ Tertio opus virtutis p̄fecte est su-
 pra vires eius q̄ non habet virtutem nisi imperfe-
 ctam: sed habens virtutē imperfectam p̄t appete-
 re opus virtutis p̄fecte: cū vnusquisq; debeat sp̄-
 pficere in melius: ergo attētare aliquid supra vi-
 res suas non semper esse vitiosum.

¶ Ad primam distinguitur antecedēs qz aliqua
 dicuntur esse supra hominē dupliciter. Vno mo-
 do sicut res dicitur esse supra rem ratione dignita-

tis et gradus altioris. Alio modo sicut operatio
 dicitur esse supra causam efficientem. p̄mo mo-
 do res vna dicitur esse supra aliam / qz est dignior
 et excellentior: et hoc modo possumus appetere
 res q̄ sunt supra nos: nō quidem vt operemur eas
 sed vt operemur circa eas vt cognoscamus scilicet
 et diligamus. Secundo modo res aliqua dicitur
 esse supra nos sicut operatio d̄t esse supra causam
 efficienter et tūc illud d̄t esse supra nos qd̄ est ope-
 ratio quā viribus nostris cum auxilio dei specia-
 li quod scz solet regulariter tribuere sic operanti-
 bus facere non possumus: et sic non debent hoies
 appetere q̄ supra eos sunt nisi ad hoc speciali in-
 stinctu aut reuelatione diuina moueātur sicut cō-
 tingebat in apostolis et aliis sanctis q̄ in testimo-
 nium veritatis fidei mortuos suscitabāt: aut alia
 que uis miracula faciebant / et hec solutio satis cō-
 formatur solutioni Thome dicentis. Et s̄m hoc
 dicit ph̄s q̄ oportet hominē se attrahere ad im-
 mortalia et diuina / nō quidem vt operef ea q̄ de-
 cet deum facere sed vt ei vniatur p̄ intellectum et
 voluntatem. ¶ Ad secundum dico q̄ bona opera
 q̄ potest facere mediante viribus suis et auxi-
 lio dei speciali quod regulariter immittit talibus
 et taliter operantibus debz reputare esse infra fa-
 cultatem suā / et ea etiā in quibus opandis se vel
 instinctu diuino vel reuelatione diuina cōfidit si-
 bi adhuc specialius auxilii diuini affuturū aut
 illa ad intercessionē suam deū esse facturum. Ad
 em̄ p̄sumperunt sancti cū ea attentabant que nō
 nisi diuina opatione fieri poterant. Et ad pbatio-
 nem dico q̄ non omnia potest homo cū auxilio dei
 speciali quod regulariter immittit talibz z taliter
 opantibus. Quod si arguatur de auxilio specia-
 lior tunc oportet q̄ habeatur vel reuelatio de eo
 qdam diuinus instinctus. ¶ Ad confirmationem
 concedo q̄ si excludatur speciale auxilium dei q̄
 ad nullum bonū sufficimus / sed dico q̄ sine p̄sum-
 ptione attendere possumus omne illud quod viri-
 bus nostris et speciali auxilio dei tali quale dixi-
 mus pficere possumus. Et in hac solutione satis
 cōuenit beatus Thomas dicens q̄ que per alios
 possumus p̄ nos quodammodo possumus / et ideo
 quia cogitare et facere bonum cū auxilio diuino
 hoc non totaliter excedit facultatem nostram
 ¶ Ad tertiam dico primo q̄ maior est falsa loquē-
 do de virtute morali. Nam nullo modo habēs vir-
 tutem nec perfectam nec imperfectam potest ex ar-
 bitrii libertate et noticia rerum agendarū extri-
 in actum p̄fectissime virtutis. Et ad minorem di-
 co q̄ potest dupliciter intelligi. Vno modo sic q̄
 aliquis possit rationabiliter appetere q̄ p̄ tempo-
 re p̄ quo habet virtutem imperfectā habeat op̄
 p̄fectissime virtutis et in hoc sensu multi hoc fal-
 sum esse dicerent. Alio modo sic q̄ aliquis possit
 dum habet virtutem imperfectā appetere opus p̄-
 ctissime virtutis: non quidem q̄ appetat extri in
 actum p̄fectum dū habet virtutem imperfectam
 sed quia dū habz virtutem imperfectam appetit eā
 pfici et virtute p̄fecta in opus extri p̄fecte virtu-
 tis et hoc est verū. Et hec solutio concordat cur-
 beato Thoma questione. cxxx. articulo p̄mo i re-
 sponcione ad primum. Sic etiam inquit vitiosum
 esset et p̄sumptuosum q̄ aliquis existens in statu
 imperfecte virtutis attentaret statim assequi ea q̄

Dicitur iter
 p̄sumptuo-
 sum z sup.

Argu. tho.
 2.2. quest.
 130. arti. 1.

Approbare
 solutio tho-
 me.

Dicitur
 p̄sumptio
 tho.

sunt perfecte virtutis / sed si quis ad hoc tendat vt
 perficiat in virtutem perfectam hoc non est psum-
 ptuosum nec vitiosum. Et hoc modo apostolus se
 in anteriora extendebat scilicet per continuu pro-
 fectum. Hec solutio pro secundo mebro michi pla-
 cet pro primo vero non sine difficultate est. Ita pri-
 mum mebrum ad intellectum beati Tho. videt in-
 nuere duo. Primum est qd nullus existens in statu
 imperfecte virtutis pot. statim attentare actum p-
 fecte virtutis sine presumptione quod si intelligat
 vlt. non michi videtur verum nec historis ecclesia-
 sticis nec morali roni consonu. Non quide histo-
 riss ecclesiasticis cu legamus multos qui erat in
 statu imperfecto volasse ad heremum / aut religione
 ingressos et vitam maxime austeram et pfectam du-
 xisse. Alios se pro fide Christi exposuisse martirio
 quod est opus excellentissime virtutis. Rationi mo-
 rali nam cuiuslibet virtutis moralis actus est in ple-
 na facultate liberi arbitrii adiuti specialiter a deo
 maxime supposita cognitione requisita ad actum
 illum / ita qd habitus no facit vt liberum arbitrium
 possit quod prius no poterat licet reddat facilitate-
 tem et poptitudinem in operante ergo existens in
 statu imperfecte virtutis pot. appetere opus pfecte
 virtutis. Tertio post habitum virtutis imperfecte ge-
 neratur opus imperfecte virtutis / et non p actus im-
 perfectos ergo p actus pfectos ergo opus pfectu p-
 cedit habitum pfectum ergo opus pfectu habet pro
 tempore p quo non habet adhuc nisi habitus im-
 perfectus ergo no est presumptuosum vniuersaliter
 qd aliquis habens imperfectum habitum attentet opus
 pfecte virtutis. Aduerte tamen qd opinio Thome
 magna apparentia habet. Pro cuius intellectu vi-
 co primo qd regulariter vt in pluribus cotingit vt
 presumptuosum est qd habens habitum imperfecte vir-
 tutis attentet opus virtutis perfectissime / licet in
 paucis in quibus scilicet est speciale auxilium maius
 et efficacius / quedam impulsio diuina et instinctus de
 confidentia diuini auxilii / hoc no sit presumptuosus.
 Dico secundo qd si opus illud sit opus administra-
 torum et pertinens ad vtilitate publicam quod hoc
 est presumptuosum. Dico tertio qd si opus sit opus
 virtutis intellectualis sicut est opus predicacionis /
 aut lectionis qd hoc vt in pluribus est presumptuo-
 su qd difficile est qd paru eruditus doceat et exponat
 res difficilimas. Dico quarto qd hoc veritatem ha-
 bet cum sit attentatus operis quod cum difficultate
 graui multam diuturnitate habet vt annua tol-
 lerantia duri cruciatus Si quis etiam habens vir-
 tutem imperfectam statim pnteretur durissimam re-
 ligionem hoc non videretur presumptione carere ni-
 si esset sibi instinctus diuinus de confidentia diuini
 auxilii. Et ex quibus patet qd regulariter et vt i plu-
 ribus habens imperfectam virtutem sine impulsio-
 ne diuina non debet attentare opus perfectissime
 virtutis. Potest tamen licet raro et extra casus vi-
 ctos. Ad rationem ante oppositum de antece-
 dente dictum est supra. Dico enim qd presumptuo-
 sum est tendere in ea que sunt supra facultatem no-
 stram ad intellectum iam datum. Et ad apostolu
 dico qd apostolus no tendit in ea que sunt supra fa-
 cultatem suam speciali auxilio dei adiutam sed be-
 ne tendit in anteriora id est in opera perfectiora et
 excellentiora qd erant ea quibus prius intenderat
 Hec hoc est tendere supra facultate suam Sed est

vtus facultis sue excellentior et melior quia supra
 dictum est oportet qd actus excellentiores habitus
 precedant ipsum habitum loquendo de habitibus
 acquisitis. alias nuq. posset quis proficere de gra-
 du in gradum virtutis. Licet enim tale opus exce-
 dat gradum habitus tamen quia tale opus est in
 plena facultate liberi arbitrii specialiter adiuti etiam
 sine quocunq. habitu perfecto vel imperfecto ad
 quod tamen habitus imperfectus disponit et incli-
 nat licet imperfecte. ideo simpliciter concedendu
 est illud opus non esse supra facultatem operantis.

Veritur secundo vtru

presumptio opponatur magnanimitati secundum excessum. Arguitur quod
 non quia si sic sequeretur quod aliquid esset oppo-
 situm presumptioni quod opponeretur magnani-
 mitati secundum defectum sed consequens est fal-
 sum igitur. In oppositum arguitur. Presumptio
 opponitur magnanimitati et non secundum defe-
 ctum vt ex dictis patet ergo secundum excessum.
 Notandum quod presumptio accipitur dupliciter
 vno modo generaliter pro quocunq. actu vel habi-
 tu quo assumitur aliquid honorabile siue magnum
 siue paruum facultatem assumentis excedens aut
 vt facultatem assumentis excedens. Secundomo-
 do accipitur presumptio pro actu vel habitu quo
 assumitur aliquid multum honorabile facultatem
 assumentis excedens aut vt huiusmodi dico autes
 aut vt facultatem et cetera propter eum qui assu-
 mit aliquid quod in rei veritate non excedit facul-
 tatem eius sed tamen assumens credit quod facul-
 tatem suam excedat aut saltem non est sufficienter
 certus certitudine morali quod facultatem suam
 non excedat. Quilibet enim talium licet assumat
 rem que no excedit facultatem suam sic tñ assumit
 eam ac si excederet facultatem suam excederet ut
 chilominus tamen eam assumpsisset. Prima co-
 clusio / presumptio primo modo dicta non opponitur
 adequate magnanimitati / pbatur qd presumptio il-
 lo modo dicta continet sub se presumptionem oppo-
 sitam magnanimitati et presumptionem oppositam
 modestie sicut enim in appetitu magnorum hono-
 rotingit presumere ita et in appetitu paruorum. hoc tñ
 differt quod rectus appetitus honorum magnorum
 et paruorum no est nominatus vno noie sed diuersis
 primus enim dicitur magnanimitas / secundus mode-
 stia. Inordinatus tñ appetitus tam magnorum quam
 paruorum hono-rot est vno noie noiat / scz noie psum-
 ptiois et ideo presuptio opponit adequate alicui co-
 muni magnanimitati et modestie. Secunda con-
 clusio / presumptio secundo modo dicta opponit magna-
 nimitati secundum excessum / pbatur. Omnis ma-
 gnanimitas inclinat ad appetendu magnos hono-
 res qui sciuntur esse infra facultatem ipsius appe-
 tentis sed presumptio inclinat ad appetendu ma-
 gnos honores qui nesciuntur esse infra facultatem
 appetentis et hoc est superhabundare in appeten-
 do ergo presumptio hoc modo dicta opponitur ma-
 gnanimitati secundum excessum / minor istius ratio-
 nis satis patet ex his que supra dicta sunt et intel-
 ligenda est ad sensum supra dictum / nec tamen in-
 telligo quod presumptio sit opposita magnanimitati
 secundum omnem ambitum suum / sed tantum proprie
 sui speciem illam magnanimitatis que est fiducia.

Presumptio duplici-
 ter accipit

T

Excedens appetitu honoris

¶ Secundo posset probari inductiue per oēs species p̄sumptionis: cōstat enī quod ille qui appetit res honorabiles habentes administrationē aliquā vires suas excedentē excedit in appetendo honores. Similiter ille qui appetit res honorabiles habentem honore excedentē cōditionem p̄sone appetentis: excedit in appetendo honores magnos. Similiter qui appetit honorem vel opus illi rei honorabili p̄prium quod nō est sibi adhuc cōmissa quamuis etiam dignus sit vt sibi cōmittatur excedit in appetendo honore. Similiter ille qui appetit rem honorabilem vel honore quo nescit se esse dignum excedit in appetendo honorem. Deinde ille etiam q̄ appetit rem aliquā cui ex viribus suis credit sufficere excedit in appetendo honorem quia talis directe et p̄cedens peccat cōtra fiduciā quia talis aliquatim putat se dignū qualiter nō est dignus quia putat se etiam nō specialiter adiutum dignum et ipse nō specialiter adiutus non est dignus.

¶ Tertia conclusio. Omnis p̄sumptuosus peccat ignorans p̄batur oīs p̄sumptuosus putat rem quā appetit esse infra facultatē suā aut nescit eam esse supra facultatē suā que tamen fm rei veritatem est supra facultatē suā ergo oīs p̄sumptuosus est peccans ignorans. **¶** Secundo oīs p̄sumptuosus vel credit facultatē suā esse maiore quā sit vel rem honorabilem quā appetit esse minore quā sit minore quidē aut in administratione aut in honore aut de facto caret deliberatione et inquisitione qua cōpararet vere rem quā appetit ad vires suas. Sed omnis talis peccat ignorans igit. **¶** Si dicas q̄ aliquis est p̄sumptuosus qui appetit rem honorabilem quā scit excedere vires suas. **¶** Et quā scit se nō debere appetere ergo aliquis est p̄sumptuosus nō ignorans. **¶** Ad hoc r̄spondeo quod si aliquis appetat rem honorabilem cui se nō posse sufficere iudicat ipse non appetit eā rōne administrationis neq̄ p̄prie dignificat eā sed eam appetit rōne honoris annexi et ita est magis ambitiosus q̄ p̄sumptuosus. **¶** Et si dicas q̄ talis appetit eā vt exerceat se in opibus ad que nō sufficit adhuc se exercitādo fiat sufficientior et cū hoc tñ ipse iudicat q̄ nō debet appetere q̄ plures detrimentū patiunt p̄pter insufficiētā. **¶** Ad hoc r̄spondeo q̄ talis p̄sumptuosus raro et in paucis reperit. conclusio autē que posita est cōformiter ad doctrinā arist. veritate habet vt in pluribus sicut et reliqui sermōnes vniuersales ad quos vt determinat arist. libro p̄mo ethicorū nō exigūt necessaria veritas sed sufficit q̄ vt in pluribus veri sint. p̄batur p̄terea cōclusio per arist. in quarto ethicorū dicentem caymī autē insipientes et seip̄os ignorantes ex hoc manifestū vt enī digni existentes ad honorabilia conant deinde redarguūt. **¶** Vbi Eustracius insipientes autē manifeste seip̄os ignorantes sunt p̄dicant enī vel in mediū ferūt ip̄sorum insipientiam conantes ad ea que honorabilia quorū nihil ip̄suis inest p̄pter q̄d et velociter manifeste sūt.

Dis p̄sumptuosus ignorans.

Eustraci⁹.

¶ Ex quibus verbis apparet q̄ caymī et ignorantes sunt et insipientes: aut vt vult alia trāslatio dementes q̄d ideo est q̄ demētia est ignoratiā suā in publicū afferre q̄d faciūt caymī/pusillanī aut igno rantes sunt sed nō insipientes p̄pter cōtrariā cām dicente de pusillanimo arist. sed et ignorare seip̄m appeteret enī quibus dignus erat bona existentia. nō tamen insipientes vident esse sed magis pigri.

¶ Quarta conclusio. **¶** Et si non omnis p̄sumptuosus maiorem honorem appetit q̄ magnanimus. Omnis tamen p̄sumptuosus superhabundantius appetit q̄ magnanimus. **¶** Probatur p̄ma pars. **¶** Quod q̄ sint duo inaequales notabiliter in facultate virtutibus et aliis bonis que possūt esse principia arduarum operationum et isti appetat aliquam rem honorabilem habentem difficilem administrationē q̄ nō excedat facultatē vnus et tñ excedat facultatē alterius. **¶** Tunc sic. Istoz vnus est magnanimus et alius est p̄sumptuosus et tamen ambo equalem honorem appetūt ergo p̄sumptuosus nō semper appetit maiore honorem q̄ magnanimus. **¶** Secunda pars. **¶** Probatur nullus magnanimus appetit rem honorabilem supra vires suas existentē. Sed omnis p̄sumptuosus appetit rem honorabilem supra vires suas existentē ergo oīs p̄sumptuosus superhabundantius honore appetit quam magnanimus. **¶** Secundo in omni p̄sumptuosus est superhabundantia appetitus rerum honorabilium sed in nullo magnanimus est superhabundantia appetitus rerū honorabilium igitur. **¶** Unde multū differt dicere iste appetit maiorem honore quā ille et iste superhabundantius appetit honore q̄ ille. **¶** In p̄ma enim istud cōparatiuum maiore non dicit cōparationem honorum appetitōz ad facultatem appetentiū sed tñ cōparationū honoris appetitū ab vno ad honore appetitū ab alio. Sed in secunda hoc aduerbiū superhabundantius nō dicit cōparationē vnus honoris ad alium sed tñ dicit cōparationem et proportionem ip̄sōz honorum ad facultates appetentium et significat q̄ honor appetit⁹ p̄ istum magis excedit vires suas quā honor appetitus per illum excedat vires illius. **¶** Quinta conclusio. **¶** Et si p̄sumptuosus vt in pluribus sint superbi potest tamen reperiri sine supbia p̄sumptuosus. **¶** Pro ista cōclusionē est aduertendum quod ad magnanimum p̄tinet cōparare vires suas ad rem honorabilem assumēdā et si cōparatione debite facta inueniat q̄ nec ex se nec ratione alicuius cōcūstantie res honorabilis excedit facultatem suam potest eam assumere si inuenit quod excedat debet eam relinquere. **¶** Ad huiusmodi autē cōparationem exigitur duplex cognitio scilicet cognitio facultatis p̄prie q̄ consistit in bonis nature/in bonis gratuitis et in bonis acquisitis tam voluntatis quā intellectus quā etiā potentiarum executiuarū et etiā in bonis fortune tanquā in auxiliis quibusdā virtuosarū operationū. **¶** Et generaliter oīa cōsiderāda sunt que possunt esse principia arduarū operationū aut etiā impeditiua eorum. **¶** Et hoc sine illa nobis insunt siue p̄ aliquos nobis aliqua necessitudine cōiunctos sint in p̄tē nō sicut fm arist. ea p̄ nos possumus que p̄ amicos possumus. **¶** Ex igitur etiā cōsideratio rei honorabilis assumēde tam fm administrationē quā habet fm honorem et annexū. **¶** Tunc p̄bat p̄ma pars conclusionis. **¶** In pluribus cōtingit q̄d aliquis p̄sumptuosus appetit rem honorabilem ex eo q̄ credit facultatem suam esse maiorem quā sit et ex eo q̄ credit q̄ ex aliquibus bonis exterioribus oriatur excellentia et facultas et appreciatio in hōie que fm reuerentiam non oriunt sicut diuites credunt q̄ ex diuitiis suis oriatur excellentia et appreciatio et facultas bene administrandi rem aliquā/que tamen potissime oriunt ex virtutibus siue acquisitis siue gra

Comptio magnanimi ante q̄ opus aggreduatur.

tutis sed estimare se excellentiorē quā sit aut ex illis rebus habere excellentiā que non sunt nate facere excellentiā superbie est igitur. Secūda pars p̄batur aliquis nō plus estimens de facultate et viribus suis quam estimare debeat potest p̄sumptuo se assumere sibi rem honorabilem vires suas notabiliter excedentē ex hoc q̄ nō sufficiēt inquisiuit pondus et difficultatem administrationis illius rei aut magnitudinē honoris annexi illi rei/ sed p̄stat talem esse p̄sumptuosum et tū nō est sup̄bus q̄ non plus estimat de excellētia sua quā sit estimādū igr̄.

Sexta conclusio bona fortune sine virtute p̄fecta iuxta natiuitatem nata sunt habentē ad p̄sumptionē inducere et ad sup̄biam et petulantiam p̄bas q̄ habēt bona talia sine virtute p̄fecta estimant se superexcellere alios et attentant indifferētē quascūq̄ ad administrationes etiā que facultatē et vires suas excedunt cū nō habeant virtutē p̄fectam qua h̄mōi inclinationi resistant qua etiam grauius administrationis gerendis sufficiant igr̄: sine em̄ virtute p̄fecta vt habet aristoteles nō facile ferre moderate bonas fortunas: nec etiam res graues debite administrare. ¶ Secūda pars et tertia p̄bas q̄ habentes h̄mōi bonas fortunas sine virtute sunt despectores. i. superbi et iniuriatores. i. petulantes vt habet alia translatio. Secundo tales imitātur magnanimitē et quantū possunt conant vt appareāt magnanimitē et magnis honoribus digni/ sed nō p̄nt imitari eum i arduis operationibus et administrationibus iniusto cōtempnunt indignorum et vera glorificatione indignorū ergo cum oporteat quod habeant aliquas operationes accedentes s̄m apparentiam ad operationes magnanimitē necesse est vt attentent administrationes quibus nō sufficiūt vt p̄sumptionem et contēnant meliores et p̄stantiores p̄ superbiā et eis conuictiē et iniuriā afferant p̄ petulantiam. Et hanc conclusionem cum rationibus suis videt posuisse aristoteles quarto ethico cum ait. Qui autē sine virtute bona talia habēt neq̄ iuste magnis se ipsos dignificāt neq̄ recte magnanimitē dicunt. Sine virtute enim p̄fecta nō sunt hec: despectores autem et iniuriatores et talia habentes mali efficiuntur: sine virtute enim non facile ferre bonas fortunas moderate nō potentes autem ferre et existimantes alios superexcellere: illos quidē cōtēnunt ipsi autē quicūq̄ vtique cōtinget operant. imitantē em̄ magnanimitē nō similes existentes hec autē operant in quibus possunt q̄ quidē igr̄ s̄m virtutē non operant cōtēpnunt autē alios: magnanimitas autem iuste contēpnit: glorificat enim vere multi autem contingenter. ¶ Septima conclusio. Non solū s̄m apparentiā sed s̄m rei veritatem p̄sumptuosus se habet in excessu ad magnanimum p̄sumptuosus sic se habet i omni actu suo respectu appetitus rei multū honorabilis q̄ si idē ipse esset vere magnanimitas et circumstantie essent omnino pares ipse nō appeterit illam et iudicare se sic appetendo sup̄habundare et excedere ergo p̄sumptuosus semp̄ in excessu se habet ad magnanimum an̄s possit p̄bati inductiue in oibus actibus p̄sumptuosus. ¶ Secūdo si nō hoc maxime ideo eēt q̄ p̄sumptuosus in multo p̄cio habet bona exteriora que magnanimitas reputat parua et quasi nullū p̄cici sed nō ob hoc se habet p̄sumptuosus in defectu ad magnanimitē igitur/ prima pars antecedentis

est Thome qui ex hoc infert quod p̄sumptuosus secundum rei veritatem quandoq̄ deficit a magnanimitate sed secundum apparentiam in excessu se habet. Et secūda pars p̄batur quia nullus p̄cise ex hoc est p̄sumptuosus quod diuitias multi facit sed si per hoc credat se excellere aut velit haberi in maiori p̄cio quam docti et virtuosus est superbus et si etiam velit ad arduas dignitates p̄ceteris bonis et virtuosus p̄moueri est p̄sumptuosus: et in hoc superhabundat in appetitu honorū. Tertio si sic hoc maxime esset quia p̄sumptuosus appetit p̄ciosos vestibus indui despiciat alios et iniuriatur eis que nō sunt magna s̄m veritatem sed s̄m opinionem stultorū/ sed p̄sumptuosus in hoc nō deficit a magnanimitate sed se habet in excessu respectu eius igitur. Ad hoc patet quia ista duo nullū reprehendere et reprehendere omnes indifferētē tam bonos quam malos se habent s̄m defectum et excessum et p̄imum quidem secundū defectū et s̄m excessum et inter est medietas quedam scilicet reprehendere reprehendendos et contēpnere contēpnendos que est magnanimitas. Tunc sic nullū reprehendere se habet s̄m veritatē vt extremū in defectu respectu huius medietatis que p̄tinet ad magnanimum ergo indifferētē omnes reprehendere se habet s̄m veritatem vt extremum in superhabundantia respectu medietatis p̄tinetis ad magnanimum. Et eodē mō argueret de p̄ciositate vestitū. ¶ Secundo probatur auctoritate seneca libro de quattuor virtutibus quam p̄o se inducit beatus Thomas/ magnanimitas inquit si se supra modū suū extollat faciet virum minantem inflatū turbidum inquietum et quascūq̄ excellēntias ditorū factū: umq̄ neglecta honestate festinum/ vbi seneca non dicit si se infra modū suū deiciat sed si se supra modū suū extollat. ¶ Contra primā conclusionem arguit sic nullum peccatum in spiritum sanctum opponit magnanimitati q̄ quodlibet tale opponitur caritati sed p̄sumptio est peccatum in spiritum sanctum ergo non opponit magnanimitati. Secundo nullum peccatum ex ignorantia opponitur magnanimitati s̄z p̄sumptio siue caymōtes s̄m aristotelem est peccatum ex ignorantia/ q̄ secundum eum caymō insipientes sunt et ignorantēs. Tertio vitium oppositum secundum excessum magnanimitati non est magnum cum sit minus pusillanimitas s̄m aristotelem quarto ethicoz sed p̄sumptio est pessimum vitium et multo magis de testandum quam pusillanimitas ergo p̄sumptio non opponitur magnanimitati secundū excessum. ¶ Ad primam respōdet beatus thomas q̄ nō que libet p̄sumptio ponitur peccatum in spiritū sanctum/ sed illa qua quis diuinam iusticiam contēpnit ex inordinata cōfidentia diuine misericordie et talis p̄sumptio ratione materie inq̄stū scilz p̄ eam cōtēpnit aliquid diuinum opponit caritati vel potius dono timoris cuius est deum reuereri in q̄tū tamen talis contēpnit excedit p̄portionē p̄prie facultatis potest opponi magnanimitati. ¶ Hanc solutionem p̄o nunc non reprobo nec ap̄probo quia alibi terminandum est quid sit peccatū i spiritum sanctum/ et an sit aliqua talis p̄sumptio qualis hic describit et si sit aliqua talis vtrū opponat magnanimitati q̄ nō videt qd̄ aliquis cōtēpnit illū diuine iusticie affectat tāq̄ rē honorabilem q. ii.

Tho. 2. 2.
q. 130. ar. 2.

p̄sumptuosus excedit magnanimitas in appetitu honoris.

Seneca

Arg. tho.
2. 2. questi.
130. arti. 2.

Arg. buri.
4. ethi. q.
12.

Nō oīs p̄sumptio est peccatū i sp̄m sanctum.

nec sicut veritatem nec sicut apparentiam. Ideo si aliquis sit talis presumptio ipsa non est illa que est spes vicij oppositi magnanimitati nec etiam proprie caritati sed magis spei sicut quod ait Thomas questionibus de malo que presumptio est inordinata spes. que si dixisset beatus Thomas que confidentia illa inordinata de diuina misericordia fuisset presumptio proprie habuisset maiorem apparentiam eo que presumptio opponitur ordinate fiducia que est spes magnanimitatis et tamen adhuc ita non est que fiducia illa que est spes magnanimitatis est respectu reij arduarum et difficultium agenda et confidentia autem illa de diuina misericordia in extremo iudicio non est respectu reij agenda sed est respectu impunitatis. Ad secundam negat maior aliquis enim interdum ex ignorantia confidentiam habet alicui? rei ardue agende que non satis cognoscit facultatem suam vel difficultatem rei agende et homini confidentiam mediante tali ignorantia suscepta est presumptio et minor rationis vniuersaliter intellecta est falsa. Et ad probationem dico que huiusmodi ignorantes sint et insipientes licet etiam ignorantes peccent non tamen ex ignorantia peccant aliud est enim peccare ignoranter et aliud peccare ex ignorantia ut declarat aristoteles in tertio ethicorum. Ad tertiam dico que sicut supra dictum est vna species presumptionis est maxime detestanda sed de ea non est locutus aristoteles nec eam forte cognouit. Similiter presumptio est pessima enim vitia illa ad que regulariter inclinatur sed ut dictum est presumptio simplex non est tam vitiosa que vitiosa est pusillanimitas. Contra quartam conclusionem arguitur sic Nullus magnanimus appetit honorem supra facultatem suam ois presumptuosus appetit honorem supra facultatem suam ergo omnis honor appetitus a presumptuoso est maior que honor appetitus a magnanimo. consequentia tenet quia honor qui est supra facultatem appetitis illum est maior que honor qui non est supra facultatem illum appetitis. Ad hanc rationem nego primam consequentiam et ad probationem nego assumptum quia que aliquis honor sit supra facultatem appetentis contingit interdum ex magnitudine honoris vbi scilicet esset paritas facultatum. Aliquando contingit ex paritate facultatis verbi gratia vbi esset paritas honorum appetitorum. Et ideo argumentum illud non concludit nisi que presumptuosus superhabundantius appetit que magnanimus sicut ista consequentia non valet. iste eger plus comedit quam possit digerere. Iste sanus non plus comedit quam possit digerere ergo iste eger pluri cibo vsitur quam sanus. Constat que consequentia non valet. Sed bene sequitur ergo iste eger superhabundantius comedit vel plus excedit in comedendo quam ille sanus. Contra septimam conclusionem arguitur rationibus quas innuit thomas presumptuosus excedit magnanimum in appetitu bonorum exteriorum sed homini bona non sunt maiora aliis enim veritatem sed tantum sicut apparentiam igitur. Secundo presumptuosus excedit magnanimum in appetitu ornatus exterioris sed ornatus exterior non est maior secundum veritatem bonis que appetit magnanimus sed tantum secundum opinionem stultorum igitur. Tertio presumptuosus appetit despiciere bonos et eis iniuriari magnanimus autem non despicit nisi malos et reprehensibiles sed primum non est maius secundo enim veritatem sed tamen secundum apparentiam et opinionem stultorum igitur quoniam presumptuosus non se habet in excessu ad magnanimum secundum veritatem sed solum

secundum apparentiam. Ad primam dico quod aliquid dicitur appetitu ab aliquo dupliciter vno modo tanquam finis. Alio modo tanquam ordinatum in finem dico que presumptuosus non appetit diuitias/pictosum ornatum reprehensione bonorum tanquam finem ex cuius scilicet appetitu dicitur presumptuosus sed appetit ea tanquam quedam ordinata in finem quia enim caret virtutibus quibus solis debet honor et ex quibus vera excellentia nascitur necesse est quod ipse sibi falsis artibus apparenter excellentiam compararet ut ea comparata peruehatur ad honores quibus est indignus et ad grauissimarum rerum administrationes. Et ideo licet ista que appetit tanquam media non sint maiora hijs que appetit verus magnanimus honor tamen quem intendit per hec sibi comparare magis excedit facultatem suam que honor que appetit magnanimus facultatem magnanimi excedat non tantum sicut apparentiam sed etiam sicut veritatem dico pterea que hec oia que appetit presumptuosus etiam sicut veritate sunt maiora quam illa eiusdem generis que appeteret si ipse esset magnanimus puta si ceteris paribus ipse esset magnanimus nec tamen tatas pecunias nec tam pictosus vestes nec tot et tam graues reprehensiones appeteret neque valet ista ratio aliqua que appetit presumptuosus sunt multo minora sicut veritate hijs que appetit magnanimus ergo magnanimus quoniam sicut veritate presumptuosum excedit in appetendo quia licet sint minora illis que tamen per hec minora presumptuosus tendit in alia maiora quia excedit facultatem suam magnanimum autem non tendit in aliqua que facultatem suam excedant ideo presumptuosus semper se habet secundum veritatem in excessu ad magnanimum. Adverte tamen que facultas honoris que appetit potest dupliciter comparari ad facultatem appetentis vno modo cum vni absolute comparatur ad aliud. Alio modo cum sit comparatio vnius ad aliud secundum circumstantias concurrentes. Contingit enim interdum que in presumptuoso est simpliciter maior facultas agendi et administrandi et que in eo sunt plura et excellentiora principia arduarum operationum quam in magnanimo et tamen honor appetitus ab utroque est equalis et nichilominus qui habet minorem facultatem in eo appetendo est magnanimus et qui habet maiorem facultatem in eo appetendo est presumptuosus propter circumstantias concurrentes propter quas principia agendi in vno sunt impedita notabiliter et non in alio aut propter egritudinem/ aut propter alias rerum administrationem/ aut propter prohibitionem alicuius potentis/ aut propter alias causas que infinite possunt accedere/ potest etiam dari casus in quo quis assumit rem honorabilem quam scit esse supra facultatem suam et tamen in hoc est magnanimus et non presumptuosus Casus est talis/ si sit puidendum alicui grauissime dignitati administrationem difficilem habenti et nullus sit qui eam sufficiat gerere. Tunc ille qui est maioris facultatis inter ceteros licet non sufficiat per consensum aliorum potest eam cum confidentia iuni auxilij suscipere/ quo auxilio tamen magis eum indigere constat quanto minus ad dignitatem illam gerendam sufficit.

Queritur tertio. An cuiuslibet presumptioni sua pusillanimitas opponatur. Arguitur que non presumptioni que est ex virtutum suarum confidentia nulla

Peccare
ingoranter
et peccare
ex ignoran
tia.

Tho. 2.2.
vbi supra.

Nota.
E

Duplex co
paratio.

Non omnis
appetit
honor que
non est dignitas
est presumptuosus.

puffillanimitas oppofita eft cū virtuoſum fit in nullo de viribus ſuis cōſidere igit. In oppoſitum arguitur quot modis cōtingit ſuphabundare tot modis cōtingit deficere ergo quod ſunt modi preſumptionis tot ſunt modi puffillanimitatis. ¶ Notandum eſt q̄ ſicut plures ſunt modi ſive ſpecies preſumptionis ita 2 puffillanimitatis. Contingit enim q̄ aliquis recuſet rem honorabilem quia quamvis ſufficiat admiſtrationi 2 honori diffidit tñ de viribus ſuis 2 ppter metū deficienti 2 fugā laboris ſine inſiſtione ſufficiente iudicat ſe non ſufficere. Secundo quia quāvis ſciat pbabiliter ſe ſufficere tamen fugit honorem et magis vult agere priuatā vitam 2 ſectari ocium ſicut habet Tullius pmo de officiis quāvis tamen honori ille ſibi ppter conditionem pſone debeat. ¶ Tertio cum quis aſſumptus ad dignitatem vel officiū non exequitur ea q̄ ſunt dignitatis vel officiū ſui neq̄ attribuit ſibi honores ad dignitatē vel officiū ſuum p̄tinetes nō quidē humilitatis aut exempli cauſa ſed ppter quādam incuriam. Quarto recuſat aliquis rem honorabilem eo q̄ ipe certitudinaliter ſcit q̄ ſine auxilio diuino nō pōt bene geri q̄ tamen diffidit de auxilio ſpeciali quod deus regulariter ſolet immittere innocantibus eum. Ideo eſtimat ſe non ſufficere 2 recuſat. ¶ Tunc ſit conſuſio prima Luilibet preſumptioni ſua puffillanimitas opponit / poſſet p̄barti cōcluſio inducendo p̄ ſingulas ſpecies preſumptionis. ¶ Secunda cōcluſio / p̄tina ſpecies puffillanimitatis eſt deterior preſumptione ſibi oppoſita / probat. ¶ Puffillanimitas ex vi ſue puffillanimitatis nullo etiā vicio alio adito priuat ſe multis 2 laudabilibus exercitiis p̄ quoz cōtinuationē poſſet de virtute in virtutē p̄ficere 2 bonas artes 2 diſciplinas quas hñt cōtinue augere preſumptuoſus aut ex vi ſue preſumptionis ſe bonis artibus 2 diſciplinis in re q̄ facultatē ſuam excedit ſe cōtinue exercet igitur. Secundo viciū puffillanimitatis eſt cōmunius et magis inſitū 2 cōplātatam nobis vt vult euſtracius ergo iſte deterior. Et confirmatur p̄ ariſtotelē quarto ethicoꝝ. Opponit autē magna nimitati puffillanimitas magis quā caymotes 2 ſit magis 2 deterior eſt vbi euſtracius dicit puffillanimitatem eſſe nobis magis a natura cōplātatam. ¶ Tertia cōcluſio Secda ſpecies puffillanimitatis eſt deterior preſumptione ſibi oppoſita pbat vt pcedens. ¶ Quarta cōcluſio tertia ſpēs puffillanimitatis eſt minus viciū quā preſumptio / pbat q̄ preſumptio nūq̄ eſt ſine iniuſticia q̄ p̄ ipſam vſurpat vel actus vel honor ad aliū p̄tinentes. ¶ Quinta cōcluſio preſumptio oppoſita quarta ſpeciei eſt deterior puffillanimitate. P̄tina pbatione aduertē qd̄ tā puffillanimitas quā preſumptuoſus ſim iſtā ſpecie detrahunt deo beneficiū qd̄ eſt hoibus largiturū ſc̄z ſpecielem aſſiſtentiā in rebus difficilibus 2 bonis q̄ p̄ ſumptuoſus dicit ſe nō egere illo beneficio / puffillanimitas dicit ſe indignū eo et ideo nō habiturū eū. Sed in hoc differunt q̄ preſumptuoſus detrahit beneficium illud tanq̄ eo non egeat et tanq̄ ſibi ipſi ſufficiat / puffillanimitas vero conſiderat illud eſſe ſibi neceſſariū ſed q̄ putat ſe non p̄meruiſſe illud ideo detrahit tanq̄ nō ſit habiturus eū Et quibus ſatis patet veritas cōcluſionis q̄ preſumptuoſus preſumit de viribus ſuis qd̄ nō facit puffillanimitas imo q̄tū ad hoc recte ſe h̄z puffillanimitas preſumptuoſus

eſt blaſphemius in deum in hoc quod dicit auxilium ſuū nō eſſe nobis neceſſariū in bonis operationib⁹ puffillanimitas nō blaſphemat in hoc ſed recte ſentit puffillanimitas dicit ſe indignū diuino auxilio qd̄ frequenter verū / preſumptuoſus dicit ſe tali nō egere / puffillanimitas diffidit diuini auxilium ſibi ad eſſe in quo grauius peccat / preſumptuoſus vero nec diffidit nec ſperat q̄ dicit illud nō eſſe ſibi neceſſariū. ¶ Contra primā cōcluſionē arguit ſic. P̄tina ſunt poſtremo quinq̄ ſpēs preſumptionis ſc̄z h̄c nō ponitur niſi q̄tuor ſpēs puffillanimitatis igit. Ad hāc rōnē r̄ſidetur q̄ p̄tina ſpēs puffillanimitatis opponitur p̄tine 2 q̄tē ſpēs preſumptioſis / q̄ q̄tē ſpēs ob hoc cōtingebat q̄ nōdū ſatis cōſtat appetētū quillo qd̄ appetebat eſſet intra facultatē ſuā / cuius oppoſitus defectus ſatis cōtinetur in p̄tina ſpēs. ¶ Contra ſc̄dam cōcluſionē. Arguitur ſic. Caymi ſim Ariſt. inſipientes ſunt 2 ſeipſos ignorātes / 2 puffillanimitas eſt ignorāſ ſeipm ſed nō inſipientes ergo caymuſ ſue preſumptuoſus eſt deterior puffillanimitate. ¶ Secundo caymi rōnabiliter redarguūt puffillanimitas nō redarguunt igit. ¶ Tertio. Preſumptuoſi ornant veſtibus p̄cioſis 2 manifeſtāt bonas fortunās ſuas exterius: 2 de ſe ipſis magna dicūt vt p̄ hoc videant honorabiliores / puffillanimitas vero h̄z oib⁹ abſtinēt igitur. ¶ Ad primā cōcedo antecedēs 2 nego conſequentiam q̄ puffillanimitas nō ſit inſipientes: eſt tamen ignorāſ 2 piger dicē te Ariſtotele non tñ inſipientes tales vident eſſe magis pigri: dicta autem eſt ſupra cauſa ppter quā dicunt caymi inſipientes q̄ ſc̄lz ignorāſ ſuam publicant. ¶ Ad ſc̄dam cōcedo antecedens et nego cōſequentiam quia q̄ illi redarguant et nō iſti non eſt q̄ illi vitioſi ſit et non iſti: ſed quia illi ignorantiam et defectus ſuos publicant 2 nō iſti publicatio autem vitii antecedit ſemper redargutionem que ſit a multitudine. Ad tertiam nego conſequentiam quia licet puffillanimitas non habeant iſta: habent alia q̄ ſunt h̄z de tertio ita dicente Ariſtotele de puffillanimitate. Talis autem opinio videt deterior eſſe facere. Singuli enim appetunt que ſim dignitatē. Diſcedūt autē 2 ab operationibus bonis 2 ab inuentionibus vt indigni exiſtentes. Similiter 2 ab exteriorib⁹ bonis. Ecce quō puffillanimitas vt ſue puffillanimitatis ſe multis 2 magnis bonis priuat. Et hec de q̄ſtione.

Conſequenter. Quertur de ambitione. Et pmo. Vtrū ambitio ſit peccatū. ¶ Arguit q̄ nō appetitus honoris nō eſt peccatū cū honor ſit maximū bonū inter externa bona ſed ambitio nō dicit niſi appetitum honoris ſc̄z ambitio nō eſt peccatū. ¶ In opoſitum arguitur p̄ illud ap̄li ad corin. xiii. caritas nō eſt ambitioſa non querit q̄ ſua ſunt / ſed quicquid repugnat caritati eſt peccatū ergo ambitio eſt peccatum. Notandum q̄ ſim beatum Thomam. q. c. xxxi. articulo p̄mo tripliciter cōtingit appetitum honoris eſſe inordinatū. Unomō p̄ hoc q̄ aliquis appetit testimoniū de excellentia quā nō habet qd̄ eſt appetere honorem ſupra ſuam propoſitionem. Secūdo mō p̄ hoc q̄ honorem ſibi cupit nō referē deo in deū. Tertio mō per hoc q̄ appetitus eius in ipſo honore deſcit nec refert ipm ad vtilitatē aliorum 2 q̄ ambitio impoſtat inordinatū appetitum honoris ideo manifeſtū eſt q̄ ambitio eſt peccatū.

Diuisio thome
insufficiens,

Ista opinio assignat tres modos ambitionis sed videtur michi esse alij preter istos ideo magis placeat diuisio supraposita. Dico ergo q appetitum honoris contingit esse inordinatum quadrupliciter: scz ratione qritatis/ rone finis: rone mediorum/ rone ratione vehementie. Ratione quantitatatis dupliciter. Unomō fm magnitudinem. Aliomō fm multitudinem. Secundum magnitudinē cōtingit dupliciter Unomō fm magnitudinē absolute quādo honor quē appetit excedit cōditionē appetentis r est signum excellentie alicuius quā nō habet appetens vt si inereditus in sacris litteris appeteret magistrū in theologia. Et iste est primus modus quez ponit sanctus Tho. Aliomō fm magnitudinem ratione alicuius circūstātie. Et hoc dupliciter. Unomō rone circūstātie debiti iusti r simpliciter obligatorij. Aliomō rone circūstātie debiti moralis siue fm moralem honestatē. Verbi gratia si sit honor aliquis distribuēdus quē ticius appetit qui honor fm rei veritatē nō excedit excellentiā tici/ est tamē aliquis alius ita excellēs (aut magis) sicut ticius qui multum officij in rem publicā aut aliomō pmeruit istum honorē/ ticius aut nullis. Tūc fm iusticiā distributū iste honor nō debetur ticio sed debet alteri r ticius appetēs ipsum ambitiosus ē. Si vero sit alius multis cōditionibus ticius excellens puta scientia nobilitate virtutibus licet etias nō pmeruerit honorē istū vllis officijs sicut nec ticius petit/ tū iudicabit tici⁹ ambitiosus si se velit alteri pferri nō qz honor excellat simpliciter r absolute sed qz excellit ex circūstātia aut qz alius notabiliter excellit cui ticius nō potest sine ambitione uelle se pferri. Secundum nūmēz cōtingit etiam dupliciter. Unomō ob solute cū quis appetit multitudinem honoz quoz quolibet seorsum est dign⁹ nō tamē est simul omnibus dignus. Et iste modus continet sub primo modo beati Thome. Scdōmō ex circūstātia vt cū quis cupit honoz multitudinem quibus r diuisim r cōiunctim est dignus multi tñ sunt digni honore etiā que aut plus qz iste: r qz iste ambit oēs multū alij priuant honorib⁹ quibus vel sine iniuria vel sine inhonestate carere nō pnt. Ideo in tali casu q multitudinē honoz appetit est ambitiosus. Rone finis cōtingit appetitū honoris esse dupliciter inordinatū. Unomō cū id qd debet esse finis honoris non appetimus tanqz finē honoris: sed potius appetimus ipsum propter honorem tanqz propter finem vt cū honor habet administrationem publicā r appetimus administrationem ppter honorem nō ecōtra tunc superhabundamus in appetitu honoris. Et iste est tertius modus quē ponit Thomas. Et hic peccat qz honor nō refert in finem particularē in quē refertur debet. Scdōmō cū nō referimus honorē in finē vniuersalē in quem referendus est scz in deum neqz in eo suscipiēdo de excellentia diuina sed de nostra magnificanda cogitamus. Et iste est secūdus modus beati Thome Rone mediorū appetitus honoris est inordinatus cū quis siue dignus siue indignus pcurat sibi res honorabiles p cibis ambitur alijs falsis aut subdolis artibus fm q ait. Gallustius bon⁹ r Ignauus gloriā honorē r imperiū sibi expetunt: sed ille vera via nititur iste qz bone artes desūt dolis ac falacijs contendit. Et hoc genere ambitionis captus videbatur ille qui dicebat q non nisi pro imperio fides

frangenda est. Quarto modo cōtingit rone vehementie cum scz vehementius et ardentius honorē etiā sibi debitū qz idem sit appetendus cupit ac desiderat. Dibus em̄ rebus suis modus addendus est. ¶ Prima cōclusio. Omnis ambitio est peccatū ¶ Probat ois ambitio est appetitus inordinatus honoris ergo ois ambitio est pctm̄. ¶ Secunda conclusio. Non cūlibet ambitioni sua pusillanimitas opposita est. Probat qz ambitioni ex parte finis nulla est pusillanimitas ex parte finis opposita cū liceat totaliter honores in deum et propter deū in utilitatem publicam referre neqz em̄ pusillanimitas id eo est pusillanimitas qz totaliter refert honorem in deum et nullo modo ppter se honorē appetit. ¶ Tertia conclusio. Cūlibet reliquoz modozū ambitionis sua opponitur pusillanimitas. pbatu ambitioni fm qritatē opponit pusillanimitas fm qritatem qua scz vel non tñ honorē vel nō tot appetimus qz tam vel tot recta ratio dicit nos debere appetere. Similiter ambitioni ex parte mediorū opponit pusillanimitas qua medijs veris r honestis r bonis artibus honorem psequi nolumus et ambitioni secundū vehementiā opponit pusillanimitas qua remissius qz oportet honorem appetimus cū scz volitio est tam remissa vt non possit esse regulariter principium actionis/ aut cum pro tempore pro quo debet esse imperatiua executionis ipsa non est imperatiua executionis/ aut est ita remissa q aliqua parua bona nolumus exponere periculo pro honore consequendo que tamen recta ratio dicit esse periculo exponenda. ¶ Contra primā cōclusionem. Arguitur sic quilibet absqz vitio potest appetere id quod sibi debetur pro premio/ sed honor est premium virtutis vt vult Philosophus primo secundo r octauo ethicoz ergo appetitus honoris non est peccatum. ¶ Secundo ois honor qz tuscunqz sit est imperfectum premium virtutis/ sed tñ tribuimus virtuoso qz nō habemus aliquid maius quod sibi inferamus vt habet arif. quarto ethicoz ergo nullus virtuosus excedere potest in appetitu honoris. ¶ Tertio michi per quod homo puocatur ad bonum r reuocatur a malo est peccatū sed per appetitū honoris hō puocat ad bonū r reuocat a malo ergo null⁹ appetitus honoris est peccatum. minor pbatu per arif. quarto ethicoz dicentē q fortissimi vident esse apud quos timidi in honozati fortes aut honozati. Et Tullius in libro de tusculanis questionibus ait q honor alit artes. ¶ Ad primam respondet beatus Thomas q honor non est pmium virtutis quo ad ipm virtuosum sed beatitudo eterna sed est pmium virtutis ex parte honorantiū qui non habent aliud maius qd tribuant q ex hoc ipso magnitudinē hz qz phibe testimoniu virtuti r ita nō est sufficiens pmium. ¶ Hec solutio nō michi placet. Tū primo quia nō est verum q cuiuslibet virtutis beatitudo eterna sit pmium/ sed virtutis meritorie. Actui em̄ bono moraliter r nō meritorie nō debet beatitudo eterna pro pmio Dico pterea q solutio non eneruat argumētū sed corroborat. nam si honor sit premium insufficientis virtutis r nichil aliud obstat hōmō insufficientiā nō concludit q appetitus eius sit inordinatus r vitiosus sed magis oppositum imo si non aliud obstat detur ex hoc sequi q qz tuscunqz honor appeti potest tanqz pmium ab habēte exiguissimā virtutem

Quartus
modus au
toris.

Tho. 2.2.
questio. 131
articu. 1.

Ambitios⁹
fm nūmēz

Primus
modus au
ctoris.

scdus
modus au
tho
ris.

Argumen
ta thome
scdā scdē
qstione. 131
argumen
to pmo.

cōtra thō

Solutio
auctoꝝ.

cum hmoi exigua virtute honor maximus sit indignus. Ideo aliter respondeo et concedo maiorem minorem et nego consequentiam sed tantum potest concludi ex illis primis quod quilibet potest absque vitio honorem appetere quod est verum sed tamen cum hoc fiat quod appetendo ipsum potest quis superhabundare et defendere modis supradictis sicut licet quilibet sine vitio possit appetere beatitudinem que est primum virtutis meritoze, potest tamen quis appetendo beatitudinem superhabundare si quis appeteret eam sine meritis aut ex virtutibus propriis / aut aliter quod recta ratio dicitur eam esse appetendam quod si ad rigorem sermonis respondendum sit maior est falsa rebus stantibus ut sicut quod homines aliqui sunt boni quibus debet premium aliqui vero sunt mali quibus nihil primum debetur quia tamen simpliciter possibile est omnes esse bonos ideo simpliciter hec concedenda esse quilibet potest appetere absque vitio id quod sibi debetur pro primo. ¶ Ad secundam concedo animum et nego primum: quia licet honor quod tunc sit minus bonus quod virtutis primum non tamen quilibet honor est cuiuslibet virtutis primum sed solum illius est virtutis primum cuius est signum. exhibetur enim in testimonium excellentie ideo si aliquis habens unam virtutem appetat honorem qui solet exhiberi in testimonium alterius virtutis peccat in appetendo. Et ideo secundum hoc peccat quis appetendo honorem cum appetit testimonium illius excellentie quam non habet et circa honorem quo est dignus adhuc multipliciter peccare contingit sicut dicitur est. ¶ Ad tertiam nego maiorem. Offensa enim dei puocat hominem ad implorandum diuinam misericordiam et tamen offensa dei est peccatum. Dico secundo quod licet appetitus moderatus honoris puocat ad bonum et reuocet a malo non tamen appetitus inordinatus honoris quia licet interdum ad aliqua bona puocat et reuocet ab aliquibus malis puta a malis ex quibus potest iudicari indignus honore et ab honoribus repellit simpliciter tamen ad plura mala puocat quod reuocat et etiam ad deteriora sicut quod declarat Salustius in catilina quod ex ambitioe et auaricia omnia mala orta sunt. Dico tertio quod appetitus inordinatus honoris non puocat ad verum sed ad ostensionem simulationem boni quia bona que sunt causa honoris non sunt vera bona sicut nec sicut Aristoteles in ethicis qui fortes sunt propter honorem et prima non sunt vere fortes nec reuocat a malis proprie sed tamen occultat mala et reuocat a publicatione eorum. Aliter autem de appetitu ordinato honoris. ¶ Contra secundam conclusionem arguitur sic. vbi quod contingit superhabundare et medio modo se habere tamen contingit deficere sed ambitioe ex parte finis contingit superhabundare et medio modo se habere ergo in ambitioe ex parte finis contingit deficere. ¶ Secundo ille deficit ex parte finis in ambitione qui appetit honorem inordinate inordinatione finis: sed constat quod quis potest appetere honorem inordinate ex parte finis ergo potest esse aliqua pusillanimitas opposita ambitioni ex parte finis. ¶ Ad primam dico primo quod concessus maior et minor primum non valet: quia plus concluditur in conclusione quam assumatur in maiore. In maiore enim assumebatur quod in tali contingebat deficere et in conclusione concluditur quod in tali ex parte finis contingit deficere. ¶ Dico secundum quod si in maiore sit distributio pro singulis generum ipsa est simpliciter falsa quod significat quod omnis

qui potest esse superhabundans et moderatus potest esse actus deficiens et hoc est falsum quod nullus actus pro se bonus potest esse malus / nec vllus pro se superhabundans potest esse defectuosus. Si sit distributio pro singulis etiam falsa est quia si aliquis actus sit pro se bonus nullus actus eiusdem speciei erit superhabundans aut defectuosus manente precepto. si sit distributio pro singulis concedo eam sed tamen dico quod non oportet quod in actu eiusdem generis qui est defectuosus defectus ipse et inordinatio proueniat ex parte finis: sed proueniet ex aliqua alia circumstantia. ¶ Ad secundam dico quod deficere ex parte finis accipitur dupliciter. Uno modo ut deficere idem est quod inordinate agere et sic concedo maiorem. Nam qui superhabundat hoc modo deficit et nego consequentiam. Alio modo accipitur deficere ut opponitur ad superhabundare et sic negatur maior dico quod talis superhabundat et non deficit. ¶ Ad rationem ante oppositam dico quod licet appetitus honoris ordinatus et moderatus non sit peccatum appetitus tamen inordinatus qui de ambitio est peccatum. Et ad probationem nego consequentiam quia ut dictum est in maximorum appetitu bonorum potest esse inordinatio ut ostensum est de appetitu beatitudinis.

¶ Veris secundo. Utrum

ambitio opponatur magnanimitati pro excessum? ¶ Arguitur quod non: quia vni medio tantum opponitur vni extremum ex vna parte sed magnanimitati pro excessum opponitur presumptio ergo non ambitio. ¶ In oppositum arguitur auctoritate Tullii primo de officiis sicut quisque inquit magnitudine animi excellit. Ita vult omnium solus princeps esse sed hoc pertinet ad ambitionem: ergo ambitio opponitur magnanimitati pro excessum. ¶ Notandum quod ambitio accipitur dupliciter. Uno modo generaliter pro superhabundanti appetitu honoris siue parui siue magni. Alio modo pro superhabundanti appetitu honoris magni. ¶ Tunc sit prima conclusio. Non quilibet ambitio primo modo dicta opponitur alicui magnanimitati. probatur: quia aliqua ambitio opponitur modestie: ergo non quilibet magnanimitati opponitur. ¶ Secunda conclusio quilibet ambitio secundum modo dicta magnanimitati opponitur. probatur: magnanimus dignificat se magnis honoribus quibus quomodo et qualiter dignus est / sed omnis ambitiosus dignificat se magnis honoribus quibus non est dignus: vel quomodo: vel qualiter non est dignus igitur. ¶ Tertia conclusio. Non quilibet ambitio cui libet magnanimitati opponitur: probatur: quia nulla ambitio opponitur illi magnanimitati que est appetitus rerum honorabilium graues administratione habentium nec opponitur magnanimitati que est fiducia ipsi. Assumptum patet: quod stat quod aliquis appetat honores et signa excellentie plus quam dignus est et tamen nunquam inordinate appetat res honorabiles difficiles administrationes habentes. Aliqui aliter hoc probantur impossibile est quod alicui eidem medio sicut speciem opponantur duo vitia superhabundantie nisi vnum eorum formaliter vel virtualiter includatur in alio sed ambitio et presumptio sunt specie distincta

et vnū eorū non inclufum in alio nec formaliter nec
virtualiter. ergo nō opponit magnanimitati eūdem
speciem. ¶ Ad quā rationem rñdet beatus Tho. q
magnanimitas ad duo refpicit ad vnū qdem ficut
ad finē intentū quod eſt aliquod magnū opus qd
magnanimitas attentat fm ūā facultatē z qd ad
hoc pſumptio opponit magnanimitati p excessū
q attentat aliquod opus magnū ūpā ūā facultate
tem. ad aliud aut refpicit magnanimitas ficut ad
materiā qua debite vititur ūz ad honozē et qd
ad hoc ambitio opponit magnanimitati p excessū
non eſt aut inconueniens fm diuerſa eſſe plures ex
ceſſus eiufdem medij. Hęc Tho. ratio facta non
fit bona tamen ſolutio non michi videt ſufficiens
niſi intellecta ad alium ſenſum qd fit ille q commu
niter accipitur in dictis verbis. ¶ Poſteſt em̄ dupli
citer intelligi q aliqua virtus refpicit duo vel tria
vnomodo tanq̄ obiecta pncipalia z hoc modo nul
lus actus vel habitus vnus refpicit aliqua duo fed
vnus habitus refpicit vnū et alius aliud: z habitus
et actus nō ſolum ſunt alterius ſpeciei/ immo etiā
ſub diuerſis generibus ſubalternis cōtinent. Alio
modo aliquis habitus vel actus dicitur refpicere
plura: vnum tanq̄ obiectū pncipale et commune:
et aliud vel alia tanq̄ obiecta circumſtantialia: z
hoc modo concedo q idem habitus vel actus po
teſt refpicere plura: z q eidē habitui hoc modo plu
ra refpicere poſſunt multa opponi fm excessum
vnum. quia fit exceſſus fm vnā circumſtantiam.
aliud quia fit exceſſus fm aliam circumſtantiam: z
hoc eſt q actus bonus integratur ex omnibus cir
cuſtantijs: ideo omnis actus eſt vitioſus q deficit
ab vna circumſtantiā ad integritatē actus boni
req̄ſitarū: et repugnat et opponit illi actui bonoz
hoc loquendo de actu vel habitu q refpicit plura.
vnum tanq̄ obiectum pncipale et cōmune: et alia
tanq̄ obiecta ſecūdaria et circumſtantialia ita
eſt aut q aliqua eſt magnanimitas q habet rē ho
norabilem p obiecto pncipali: et non hz honozē p
circumſtātia. aliqua eſt etiā q habet honozē p obie
cto z rem honorabilem p circumſtātia ficut illa qua
q̄ſcupit honozē debitum dignitati ſue vel nobilita
ti ppter deum. ergo ambitio non culibet magna
nimitati neq̄ etiā pſumptio culibet magnanimita
tati opponitur. Dico tñ q eidem magnanimitati
poſteſt opponi pſumptio et ambitio. Hāc volitioni
q̄ volo me dignificare honoz q dignus ſum haben
te adminiſtrationē nō excedēte vires meas. ppter
vtilitatem publicā opponit ambitio quo volo hu
ſuſmodi honozem ppter ſe et adminiſtrationē ip
ſam. ppter honozes: et eidem opponitur pſumptio
qua volo honozē quo nō ſum dignus. Et quo patz
q ratio illa non bene concludit. licet ſolutio Tho.
non eam ſufficienter euacuet. Et ideo poſteſt poni
quarta cōcluſio q eadem magnanimitate opponi
poſſunt ambitio et pſumptio. ¶ Patet ex dictis.
¶ Quinta concluſio. Ambitio opponit magnan
imitati p excessum: pbatur. ois habitus inclinans
ad appetitum honozis ſuphabundātius q̄ oportz
opponit magnanimitati p excessū: ſed omnis am
bitio inclinā ad appetitū honozis ſuphabundant
ius q̄ oportet: quia aut ad maiore q̄ oportz aut
ppter alium finem q̄ oportet: aut quomō non opz
vt inductiue pbari poſſet. igit. ¶ Contra ſecundā
concluſionem arguit ſic. Magnanimitas eſt circa

honozes: ſed ambitio eſt circa dignitates: ergo am
bitio nō opponitur magnanimitati. minor pbatur
p illud ſc̄di Zachabe. quarto q Jafon ambiebat
ſummum ſacerdotium. ¶ Secundo ambitio eſt
circa exteriorē apparatū. ſed magnanimitas non
eſt circa exteriorē apparatū. ergo magnanimitati
non opponit ambitio. aſis pbatur p illud quod ha
betur Actu. xxv. q agripa z bernice cum maxima
ambitione introierunt p̄torium. Et. 2. paralip. xv.
dicitur q ſup corpus aſa mortuum combuſcerunt
aromata et vnguenta abitione nimia. ¶ Ad p̄mā
cōceſſis p̄miſſis negatur cōſequētia. ex puris em̄
affirmatiuis inferitur concluſio negatiua qd nullo
modo fieri poſteſt niſi in qualibet parte anteceden
tis intelligatur vna negatio vt ſi argueretur ſic.
Magnanimitas eſt circa honozes et non circa di
gnitates z non circa honozes. quomodo intelligē
do conſtat q vterq̄ pars antecedentis erit falſa.
Dictum eſt em̄ poſt q magnanimitas eſt circa res
honorabiles et poſte ſunt tbi diuerſe ſpecies rerū
honorabilium et quia dignitates ſunt res honora
biles habentes tā honozem annexū q̄ etiam diffi
cilem adminiſtrationem: ideo aliquis appetit di
gnitatem poſteſt pertinere ad magnanimitatē/ pu
ta ſi appetantur dignitates neq̄ ratione honozis/
neq̄ ratione adminiſtrationis nullo modo facultate
noſtrā excedētes: vt quando et gra cuius opz
aliquis etiā poſteſt p̄tinere ad pſumptionem: vt ſi
appeterent dignitates ppter vſum dignitatis fa
cultatem appetentis excedentem. Si aut appeta
tur dignitas ratioe honozis am̄xi tū p̄tinebit ap
petitus ille ad ambitionem. Et in hoc cōcordamus
cū beato Thoma ita dicente q illis q ſunt indigni
tate conſtituti ppter qdā excellentiā honoz debe
tur. Et fm hoc inordinatus appetitus dignitatus
p̄tinet ad ambitionem. Si q̄ ante inordinate ap
petere dignitatem non ratione honozis ſed ppter
debitum dignitatis vſum ūā facultatem exceden
tem non eſſet ambitioſus ſed magis pſumptuoſus
¶ Ad ſecundam diſtinguo antecēdes vel q ſit am
bitio circa exteriorē apparatū fm q apparatus
et ſic ego nego: vel fm q ſignum honozis z ſic ego
concedo. ambitioſus em̄ vititur exteriorē appa
ratu: vt p hoc maior honoz ſibi exhibeatur: quia em̄
non ſufficienter comparat ſibi virtutibus et diſci
plinis tantum honozem q̄tum appetit niſi ipſum
comparare rebus extrinſectis et que apud vulgus
non apud ſapientes honozabiles habentur. Et ad
minorem dico q magnanimitas eſt etiam circa ex
teriorē cultum tanq̄ circa ſignum honozis: vbi
oportet et quando/et quomodo oportet: z hoc vel
volēdo vel nolendo appetēdo vel contēpnendo fm
q̄ recta ratio iudicat aliter z aliter ppter diuerſi
tatē circumſtantiā. ¶ Contra tertiā concluſionem
arguet ſic. ois ſuphabundātia circa honozes cuius
moderato appetitui honoz opponit: ſed ambitio
eſt ſuphabundantia circa honozes z ois magnani
mus eſt moderatus appetitus circa honozes. ergo
cuius magnanimitati ambitio opponit. Sc̄do alicui
eidē magnanimitati opponit ambitio z pſumptio
ergo culibet magnanimitati opponit ambitio
et pſumptio. ergo vlr culibet magnanimitati op
ponuntur ambitio z pſumptio. p̄mā cōſa. pbaf. qz
nō eſt maior rō de vna q̄ de ea. et ſc̄da pbaf. qz nul
la ē magnanimitas cui nō opponit pſumptio vel ambitio

contra tho.

arg. tho. 2 q. 131 ar 2

Appetitus honozis multa appetere pot

tho. vbi ſu. in ſolutioe ad ſc̄m

tho. vbi ſu. in ſolutioe ad ſc̄m

tertio p̄sumptio et ambitio non differunt sp̄e: ergo cuiusq; magnanimitati opponit̄ p̄sumptio: eidem opponit̄ ambitio et econtra. añs p̄bat̄ quia idē actus est p̄sumptio et ab̄itio vt pt̄z de actu quo q̄s cupit dignitatē cuius a d̄ministrationi non sufficit et cuius honore nō est dignus p̄tinet p̄pter debitū vs̄um dignitatis p̄tinet honorem annexū talis em̄ actus simul est p̄sumptio et ab̄itio vt cōstat ex diffinitionibus ambitionis et p̄sumptionis. igitur.

¶ Ad primā nego maiorē. est em̄ aliqua sup̄habundantia honoz̄ q̄ stat cū aliquo appetitu moderato honoz̄ vt supra ostēsum est: ideo. 2c. euilz. 2c. opponitur. ¶ Ad secundā concedo añs et nego primā cōsequentia: qz est aliqua magnanimitas q̄ habz rem honorabilē habentē administrationē p̄ obiecto p̄ncipali et honore p̄ circumstātia. aliqua aut̄ est que habet honore p̄ncipali obiecto z non hz rem habentem administrationē nec p̄ obiecto nec circumstantia ideo est aliqua magnanimitas cui opponit̄ ambitio z p̄sumptio. aliqua cui opponit̄ p̄sumptio tantū z aliqua cui opponit̄ ambitio tantū. Et iste magnanimitates p̄pter diuersitatē obiectoz̄ differunt specie. ¶ Ad tertiā nego añs. z ad p̄bationē distinguo vel formaliter et specificē et sic ego nego vel p̄ equivalentiā et sic ego concedo z ad p̄bationem dico q̄ talis actus nec est ambitio nec p̄sumptio formaliter p̄ equivalentiā. Et ad p̄bationem dico q̄ diffinitiones intelligende sunt cum debitis p̄cisionibus/ si sint diffinitiones eoz̄ q̄ formaliter talia sunt. aliqñ diffiniuntur non solum q̄ talia sunt formaliter sed etiā que talia sunt p̄ equivalentiā et in tali casu eisdē possunt cōpetere h̄mōi diffinitiones. et si q̄ras talis actus aut est formaliter p̄sumptio: aut formaliter ambitio. dico q̄ neutrum sed formaliter et specificē ab vtroz̄ distinguit̄. dico tñ q̄ vtroz̄ est p̄ equivalentiā. ¶ Contra quartā cōclusionem arguit̄ sic si eisdē actui opponuntur ambitio et p̄sumptio aut hoc est h̄m idē/ aut s̄m diuersa. non s̄m idem/ qz nulli eisdē medio opponitur diuersa extrema sup̄habundantie s̄m idem. neq; s̄m diuersa qz actus vel habitus q̄ est magnanimitas est simplex qualitas non composita ex partibus diuersarum rationū. ¶ Ad hanc rationē respondeo distinguendo primā partē añtis quia vel idē et diuersa dicunt aliqua intrinseca actui vel extrinseca si primū dico q̄ scdm idem z q̄ idēz oīno actus s̄m q̄cumq; eandē partem opponitur p̄sumptioni et ambitioni. sed dico q̄ s̄m aliqua diuersa extrinseca actui obiecto ipsius actus opponit̄ ipsi s̄m vnum et alteri s̄m aliud. Vel potest dici z forte meli⁹ simpliciter z sine distinctione q̄ scdm idem quia licet actus talis sit simplex z nō sit diuisibilis in partes diuersarū rationū ipse tñ omnino idēz manens est volitio vel nolitio diuersoz̄ obiectoz̄ non s̄m diuersas eius partes: sed s̄m quodlibet sui. Et ad p̄bationē negat̄ a p̄sumptū quia licz actui corespōdeant diuersa tanq̄ obiecta: tamen ipse actus respectu quoz̄cumq; obiectoz̄ idem est ideo simpliciter cōcedendū est q̄ s̄m idem argumentū tñ magnam apparentiā habet ad p̄bandū q̄ nisi vni actui corespōderent diuersa tanq̄ obiecta ei vitta sup̄habundantie sp̄e d̄r̄na non opponerent̄: nisi alterū esset ab alio inclusum. quicquid autē dixi volo intelligi de actibus p̄ se bonis et malis. et hec de questione De Inani gloria.



Queritur h̄trum appetitus glorie sit peccatū. arguitur q̄ sic auctori. Aug. v. de ciuitate dei dicens. sanctus videt qui z amorem laudis vitium esse cognoscit. ¶ In oppositū arguit̄ gloria non est aliud q̄ clara cū laude noticia q̄ nō est aliud q̄ bona opinio. sed appetere bonā opinionē et famā non est peccatū s̄m illud eccle. ix. li. curā habe de bono nomine. igit. ¶ Notandū q̄ glia quatuor ipoz̄tat. importat em̄ aliquod decoz̄z excellētia puta actū vel habitū: z hoc siue corporale siue spirituale. aliud est manifestatio illius decoz̄is et excellentis. tertio q̄ illa manifestatio fiat apud multos: etiā remotos z distantes. quarto q̄ ita esse iudicent et cōprobent. Ad dit tñ Tho. q̄ largius accepto nomine glorie non solū consistit in multitudinis cognitione: sed etiā in cognitiōe paucoz̄: vel vni⁹ aut sui solius dū scz bonum p̄ximū considerat vt dignū laude. quoz̄ vltimū non michi placet: q̄ s̄m oēs gloria importat quandā bonā opinionē vt hominē que ab alijs habet et ideo scdo rethorice videtur frequenter ponere bonā opinionē pro gloria em̄ inter bona externa habita est quod non esset si gloria in opinione ea cōsisteret quā q̄s habet de se xpo. ex quo pt̄z q̄ et quot addit glia sup̄ excellentiam: et ideo bene diffinit̄ ab ambio. glia cum ait. gloria est clara cū laude noticia. vnde glia claritatem quandā importat. q̄ claritas s̄m Augusti. sup̄ Tho. et decoz̄z quēdam hz et manifestationē. Glia potest dici vna tripliciter s̄m Tho. vno modo ex parte rei de qua q̄s gloriā querit: puta cum quis querit gloriā de eo quod non est: aut de eo quod non est gloria dignum sicut de aliqua re fragili et caduca. Secundo modo ex parte eius a quo quis gloriā q̄rit puta hominis cuius iudicium non est certum. tertio modo ex parte ipsius q̄ gloriā appetit. q̄ videlz appetitum glie sue nō refert in debitū finem puta ad honore dei vel p̄ximi salutem. Sed isti modi magis explicandi sunt z alij si qui desunt addendi ex eo quod nō est vt si auarus de liberalitate: aut luxuriosus de castitate. aut trānus de iusticia gloriā q̄reret/ de eo qd̄ non est glia dignum hoc cōtingit dupliciter. vno modo simpliciter z ex natura et genere rei. Alio modo ex circumstātia: p̄mo modo triplr. vno modo quia s̄m veritatem illud de quo q̄rit glia non est gloria dignū vt cū de re fragili et caduca aut de actu ad modū facili glia q̄rit secundo modo cū illud est glia dignū sed nō tanta q̄ta q̄ritur. vt Alexā. virtutes erāt glia digne sed nō tanta q̄ta q̄rebat nec poterat animus ei⁹ glia fatiari q̄ cū audisset anaxarchū dicentē infinitos esse mundos se miserū dixit q̄ nec vno q̄dez adhuc esset potius. tertio modo cū illud p̄ quod q̄rit gloria dignum esse supplicio aut infamia s̄m illud ps. Quid gloriaris in malicia q̄ potens es in iniquitate sicut cū luxuriosus ex luxuria sua gloriast̄: z potētes ex opp̄sionibus quomodo pausam⁹ se futuruz clarum z gloriosum credidit si philippū occidisset et ob hāc scelerate glorie cupiditatē eū interemit et q̄dam alius se gloriolosus futurū arbitrat̄ si diane ephesie templū incendisset. ¶ Circūstātia aut̄ vt Latus fabius q̄ cū in ede salutis parietes pinxisset nomen suū his inscripsit vt esset gloria p̄petua tātus em̄ vir cuius familia tot consultatibus facer-

tho. 2. 2. q.
131. artic. 1.

stra. tho.

gloria vā
na qd̄ est.

Alexāder
non poterat h̄ia
fatiari

pausamus
occidit
philippum
Latus fa-
bius

dotijs et triumphis ornata fuerat ex tã fordidola-
 bore nõ debeat gloriã petere. Ex parte vero eius a
 quo nõs gloriã q̄rit, puta hominis cuius iudiciuz
 nõ est certum, hoc cõtingit multipliciter intellige-
 re. Uno modo q̄ ois illa gloriã sit vana q̄ apud ho-
 mines q̄rimus quia iudiciũ hominũ nõ est certum
 Et de hoc modo dicemus in q̄stionibus, alio modo
 q̄ nõ a quibuscũq̄ hoibus debemus gloriã q̄rere
 sed a bonis sapientibus et nõ a vulgo quia iudiciũ
 vulgi est incertum, et hoc adhuc dupliciter cõtin-
 git intelligere, vno modo q̄ ois glia vana sit quas
 ab hoibus incerti iudiciũ q̄rimus; et hoc monstra-
 bitur esse falsum in q̄stionibus, secũdo modo sic q̄
 cum boni et sapientes cõtrariant in iudicando de
 aliquibus rebus vulgaribus nos nõ debemus con-
 tra iudiciũ bonoz et sapientum q̄rere gloriã et
 vulgo ex illis rebus velfactis quas vulgares com-
 probant et sapientes ac boni reprobandant vel nõ lau-
 dant et hoc est verũ quia hoc esset q̄rere gloriã ex
 rebus q̄ non sunt gloriã digne, exemplũ huius non
 debet q̄rere gloriã ex loquacitate; sed poti⁹ ex
 dictis disciplinatis quia lz vulg⁹ reputet loquaces
 sapientes et doctos. Tum q̄ nesciunt discernere
 inter dicta p̄tinentiã vero et apparenter. Tũ quia
 in multitudine frequenter cõtingit q̄ vniũ aut plu-
 ra eorum placet audientibus; tamen sapientes et
 docti que huiusmodi dicta discernere queunt; non
 ita reputant. Tertio modo inquit Thomas ex
 parte eius qui gloriã appetit quia scz appetitus
 gloriã sue nõ refert in debitum finem maluisset hic
 dicere contingeret q̄ sit vana gloriã ex parte finis
 quia scilz gloriã non refertur in finem in quem re-
 ferri debet tam creatum q̄ increatum. Increatum
 q̄dem quia nõ refertur in deum. Creatum quia nõ
 refertur in vilitate et primi de quo dicitur in cõ-
 clusionibus; q̄stichi autem videtur q̄ preter istos
 modos sunt alij modivane gloriã, vnus est cum q̄s
 p̄sequitur gloriã suam cũ detrimento gloriã alie
 ne, vt cum q̄s non putat q̄ de eo non possit haberi
 fama honesta nisi cum diffamatiõne alteri⁹ nisi aut
 detrahat gloriã alteri. Et hoc dupliciter. Uno
 modo cum detrahit alteri gloriã qua tamen est
 dignus; Alio modo cum detrahit gloriã et in se re-
 fundit quam tamen voluit exhiberi alteri quomo-
 modo de cupiditate gloriã resp̄ndunt nonnulli
 Ari. q̄ postq̄ donatus ret horice arti⁹ libros Theo-
 doto discipulo vt ederet in luces postea moleste tu-
 lit eoz titulum alteri cessisse, ob hoc vt hanc gloriã
 Theodoto detraheret et se refunderet in alio quo-
 dam volumine adiecit plinius de his in Theodo-
 ti libris dictum esse p̄ quod significauit libros suos
 non a Theodoto sed a se confectos fuisse. Alius
 modus est cum gloriã ardentius et cupidius q̄
 opz et res gloriã p̄stantiores appetimus vt Temi-
 stocles interrogat⁹ q̄ vox sibi esset auditu grauis-
 ma respondia fertur eius a quo artes mee optime
 canentur. Ecce quomodo inter cetera maxime de
 siderio gloriã tenebat alius cũ subdolis artibus
 et non veris gloriã q̄rit sicut qui adulatoroz officio
 famam et gloriã sibi comparant, aut q̄ simulatio-
 ne contemptus gloriã gloriã q̄runt sicut contin-
 git de his qui voluminibus q̄ scribũt de contemp-
 na gloriã nomina sua inscribunt; sed hijs ad p̄mum
 modum reducendi videntur/ quia de eo quod non
 est gloriã querunt.

¶ Prima conclusio. non omnis appetitus glie est
 peccatum: pbatur, quia si cupiditas glie est pctm
 hoc ideo est q̄ vel malũ est habere bona gloriã di-
 gna et hoc nõ vt constat immo malũ est his carere
 aut quia malum est bona sua a se cognosci, et hoc
 nõ cum dicat Aposto. i. ad Corinth. 2. Nos autem
 nõ spiritum huius mundi accepimus; sed spiritum
 q̄ ex deo est vt sciamus q̄ a deo donata sunt, nobis
 tamen etiã quia illa verũ esse maxima hominis sa-
 pientia seipsum cognoscere, neq̄ malũ est q̄ bona
 nostra ab alijs cognoscuntur sim illud mathei. v.
 Luceat lux vestra corã hominibus. Tum etiã quia
 bona nostra possunt esse p̄ncipium et causa bene-
 uendi alijs p̄ hoc q̄ ab eis cognoscuntur et appro-
 bantur, ergo non omnis cupiditas gloriã est pecca-
 tum. Secundo quicquid ad multa laudabilia et ho-
 nestã est vtile rationabiliter appeti potest, sed glo-
 ria est vtilis ad multa laudabilia et honestã; puta
 ad amicitias comparandas ad opiniones virtuo-
 sas et ad alia multa, p̄mum patet per titulum secu-
 do de officiis ita dicentem vehementer: aut amor
 multitudinis commouetur ipsa fama et op̄atio li-
 beralitatis beneficẽtie iusticie fidei/ omninoq̄ ear-
 um virtutum quod pertinet ad mansuetudinẽ mo-
 rum ac facilitatem. Secundum pbatur per illud
 eiusdem in questionibus tusculanis omnes ad stu-
 dia impellimur gloriã videmus etiã q̄ omnes qui
 laudẽ de aliqua virtutis operatione suscipiũt mul-
 tum incendantur ad consimiles operationes.
¶ Tertio Illud quod est merces bonoz operum si
 ue perfecta siue imperfecta potest sine vicio appeti:
 sed glia est huiusmodi vt patet per apostolum. ad
 Ro. ii. his q̄ sim patientiam boni operis gloriã
 et honorem. **¶ Quarto** illud q̄d est summũ bonum
 quod debent subiecti regibus et p̄ter quod nihil de-
 bent ab eis requirere potest sine vicio appeti: sed
 gloriã est huiusmodi, vt patet per Aristotelẽ quin-
 to ethicoz dicentem. Est autem p̄nceps custos iu-
 sti et paulo post merces, ergo q̄dam banda hec au-
 tem honor et gloriã q̄bus aut nõ sufficienter hec isti
 sunt tiranni. **¶ Quinto** illud quod tubemur dili-
 genter p̄curare nobis potest sine vicio appeti: sed
 gloriã est huiusmodi, igitur. **¶ Sexto** oẽ illud p̄t
 sine vicio appeti quod directe et p̄ se et regulariter
 potest esse cã salutis pximi sed gloriã est huiusmodi
 Itã p̄ hoc q̄ ille q̄ p̄dicat est bone fame et habz glo-
 riosuz nomẽ auditores libetius eũ audiunt magis
 sibi credunt et eũ sequunt. **¶ Secunda cõclusio.**
 gloriã p̄t laudabiliter appeti tã p̄pter finẽ crea-
 tum q̄ p̄pter increatũ de sine increato pbat quic-
 quid potest laudabiliter appeti potest laudabiliter
 appeti p̄pter deum; sed vt dicit p̄cedens conclusio
 gloriã potest appeti, ergo gloriã potest laudabiliter
 appeti p̄pter deum. De sine creato patet quia po-
 test appeti p̄pter salutem pximi vt dictum est nec
 enim opus esset vt lux nostra corã hominibus luce-
 ret nisi p̄ splendorem lucis nostre homines ad me-
 lioza adduci posse viderentur hoc em̄ modo temi-
 stocles cõfessus est se ad virtutes excitatum fuisse
 trophels nulciadis. Interrogatus em̄ quid in q̄-
 tas noctes transigeret resp̄dissẽ fertur q̄ metro-
 phea nulciadis de somno excitant. Confirmatur
 auctoritate gregozij super ezechielem / gloriã in-
 quit predicatoris est profectus auditoris vtraz
 etiã pbatur per Gregozium libro. xix. moralium

tho. vbi su,

Opinio
authoris,

aristoteles
nimishono-
ris cupidus

Temisto-
cles,

Licero
Glia p̄t
appetit
te.

gregorius.

dicentem aliquando sancti etiā coram hominibus
 cōpelluntur bona facere: aut etiam hominibus sua
 bona facta narrare: sed ad eū sinez referunt oia vt
 non ipsi eisdem opibus sed deus glorificetur dū em
 sancta p̄dicant. ipsa eoz p̄dicatio forte despiciunt
 quoz vita nescit cōpellunt. *Gr̄ia sua dicere vt an
 ditorz suoz valeant vitā mutare et facta sua refer
 runt et venerari appetunt vt reuerenter audiātur*
 Scriptum q̄ppe est animalia eleuabunt simul z ro
 te quia vtz cum auditoz mentes p̄dicantū vitam
 cōspiciunt necessario et in p̄dicatōne admirātur
 hinc est q̄ boni honorē p̄pter elationem fugiunt/ z
 honorāz p̄pter imitationē volunt/ et libro. xx. *Se
 pe omnioprens deu selectos suos cum bonis inte
 rioribus etiam bonioribus subleuat. cumq; eos p̄fe
 rendo ceteris honoribus latius reddit: latius imi
 tabiles ostendit.* ¶ Tertia cōclusio. *Et si in solo
 deo gloriari sit cōsiliū z magne p̄fectionis. In bo
 nis tamen q̄ quis non ex solo deo habet gloriari p̄t
 q̄s sine pctōi p̄batur p̄ma pars multis a uctoꝝ
 ritibus sanctorz. ait em ambrosius de iaco. libro p̄
 mo. non habeo vnde gloriari possim in opib⁹ meis
 non habeo vnde me iactem. Et ideo me gloriabor in
 x̄po. non gloriabor quia iustus sum. sed quia michi re
 missa sunt peccata. non gloriabor q̄ p̄fui cuiq; neq;
 quia p̄fuit michi quisq; sed quia p̄ me apud p̄sem
 aduocatus est x̄ps/ quia p̄ me x̄pi sanguis est effu
 sus facta est michi culpa mei merces redēptionis
 p̄pter quam x̄ps aduenit: p̄pter me x̄ps mortē su
 stinuit fructuosoz culpa quā innocētia atrogantē
 culpa subiectum reddidit. ¶ Aduerte tñ quod hi
 auctoz sermones nec ampliandi sunt: nec semper
 in extremo sermonis rigore accipiendi. ¶ *Mā hec
 p̄positio fructuosoz culpa: quā innocētia de rigore
 sermonis significat/ q̄d omni innocētia aliqua
 culpa est fructuosoz quod tñ nō intēdit ambrosi⁹.
 innocētia em x̄pi aut marie nulla culpa fuit fru
 ctuosoz/ sed vult dicere q̄ aliqua culpa est aliqua
 innocētia fructuosoz. verbi gr̄a/ de culpā p̄pter
 quā quis conteritur et se subditū reddit: z de inno
 centiam p̄pter quā quis gloriatur supbit et arro
 gantior redditur. constat q̄ illē ex culpa sua malo
 rem fructum cōsequit̄ quam ille ex innocētia sua
 Eadem cōclusio p̄batur auctoritate pauli v̄cēntis.
 absit michi nisi in cruce dñi nostri iesu x̄pi glo
 riari. tertio modo p̄batur aucto. Bernardi sup̄ cā
 tica ser. xiii. nemo velt laudari in ista vita: q̄ quic
 quid hic fauētis captas q̄d ad deum non retuleris
 ipsi furaris em tibi vnde gloria putride puluis.
 Si sanctitate fulges. sp̄s est q̄ sanctificat sp̄s.
 dico non tuus sed dei si p̄digis z signis effulgeas
 qui in manu tua sunt sed virtute dei. Et idē in eodē
 securus gloriōz si tēte cōscientia de gl̄ia con
 ditoris nichil michi vsurpo securus plane quia nō
 contra dñm sed in dño hec gl̄iatio non solū p̄hibe
 tur sed suadet/ reuera em in solo deo gloriari est.
 ¶ Aduertendū tñ q̄ cōtingit gl̄iari in dño triplicet
 ter. vno modo cōtingit gl̄iari in dño quia gl̄i amur
 de beneficiis q̄ totaliter a deo recepimus. Et hoc
 modo gloriandū esse vult in dño ambrosius in aucto
 ritate allegata ad p̄batōnē huius cōclusiōis.
 Secundo modo cōtingit gloriari in dño: hoc est
 apud deū cum maxime petimus eum esse cōsiliū et
 approbatōnem factoz nostroz. Et hoc modo ac
 cept gl̄iari in dño bernardus sup̄ cātica, sermone**

xxvi. cum ait. Non p̄t quicquid deo esse accepti
 us ymagine sua si p̄prio fuerit deore vestita pro
 p̄terea et omnis gl̄ia sanctorz intus non fortis est
 hoc est non in flore frui z ore vulgi sed in dño. vnde
 dicit. gloria nostra hec est testimoniū cōscientie non
 stre q̄ conscientie n̄re arbiter placere solū vera z sin
 cera gl̄ia est. Tercio modo cōtingit gl̄iari in dño:
 quia de gloria nostra semp aliquid etiā q̄d est in ea
 potissimū deo tribuimus z hoc modo gl̄iari in dño
 non cōsiliū tantū sed etiā p̄cepti quia nullum vere
 bonū habere possumus nisi deo specialiter adiuuā
 te. Quarto modo cōtingit gloriari in dño quia p̄
 p̄ter deū gloriāmur. Et hoc dupl̄. vno modo quia
 gloriā nostram sicut z virtutes nostras in deū tāq;
 in vltimū finem referimus. Secundo mō quis glo
 riā nostrā p̄pter dei gloriā finaliter q̄rim⁹ istos
 varios modos posui quia sancti et auctores antiq;
 non semp eodē modo visū sunt in ista aut cōclusio
 ne ergo accipio gloriari in dño p̄mo mō z nō alius
 modis. Et ideo p̄batur illa pars p̄ma rōne illud
 est cōsiliū et p̄fectionis et non p̄cepti q̄d ideo sua
 demur facere tantū vt ab eo quod p̄ se malum est z
 p̄hibitu⁹ magis elōgemur sicut s̄m Augu. contra
 faustum nō iurare verū non p̄cepti q̄ ideo tantum
 suademur nō iurare verū vt elōgemur a periurio z
 nē p̄ cōsuetudinem irrandi verū inducamur in fa
 cilitatem p̄iuri sed suademur nō gloriari de bonis
 q̄ partim dicunt esse nostra. sed em de his q̄ tantū
 a deo habemus nisi vt p̄ hoc elōgemur ad inordina
 to glorie appetitū. igit gl̄ia in solo deo illo modo
 nō est p̄cepti sed cōsiliū et p̄fectiōis. Secūda pars
 p̄batur p̄ gl̄iam inditii secūdo dicētem. Iustus est
 vt qui dei fructur amore ab omnibus habeatur di
 gnus honore. Tū p̄ illud gl̄ose sup̄ psalmos penitē
 tiales. Gloria est honoz actū frequens laudatio
 de qua iustitientē in cubilibus suis. i. in cōsiciētia
 nō illud gregoz in registro. Quid me os dñi quid
 lucernā dicitis q̄ loquendo multis p̄desse multifas
 lucere p̄hibetis estimatōnē meam in dubietatem
 maximā p̄uexistis cōsidero em quis sim z nichil in
 me ex his bonis dephendo cōsidero etiā qui estis
 et vos mentiri posse nō arbitro. Lum ergo crede
 re volo quod dicitis contradicit michi infirmitas
 eū disputare volo q̄d in laude mea dicitur cōrad
 cit michi sanctitas vestra. ex q̄bus patet q̄ in his
 q̄ habemus mediante libertate arbitri n̄ri cōcur
 rente. tamē deo sp̄aliter licz gloriari sicut sunt ope
 rationes virtuose z laudabiles. Quarto p̄ illud se
 necē in homine id laudandū est q̄d ip̄sū est familiā
 foimofam habet et domū pulchram multū sit mul
 tum fuerat. nichil in x̄po: sed circa ip̄sum lauda in
 x̄po quod nec eripi/ nec dari potest q̄d p̄prium est
 hominis. ¶ Quarta cōclusio. Et si in alio quaz in
 deo gloriari possumus. secūdo modo talis tñ appe
 titus glorie est multū p̄culosus p̄batur p̄ma pars
 quia possumus gloriari etiā licite de opationib⁹
 nostris non tñ apud deum/ sed etiam apud hoies:
 et possumus capere nō solum habere deū teste opi
 nostroz bonoz: sed etiam homines vt supra p̄batū
 est. Secūda p̄batur q̄d in hominibus est maxime
 naturale illud facile sit inordinatu⁹ sed appetitus
 glorie est hominibus q̄ maxime naturalis. igitur
 minor habetur a cicero in multis locis ab Ari.
 etiam in multis locis imo p̄pter hoc d̄ sudos/ vt

In domino gloriari multum tiphariam cōtingit.

Gloria sup psalmos penitentiales

Seneca.

ambrosi⁹.

6

in semp innocētia minor est opa.

6

et oras/et honores. 2c. hmoi esse delectabilia q: in
 eis sit optio excellentie. Secundo pbatur p illud
 Crisostomi in epistola ad hebreos quavalde appe
 tens est glorie genus humanu ppterea opprobriat
 etiam facile captiuat. ¶ Tertio p illud Augu. lib.
 decimo tertio de ciuitate cap. xiii. poeta vt. oes
 homines sese laudari optant. ¶ Secundo quicqd
 natum est corrumpere mores no nisi periculose ap
 petitur/ sed gloria est corrumpere bonos mores si
 cut et honores sicut et honores fm illud Radul
 phi sup leuiticu. Solent honores corrumpere mo
 res. ¶ Tertio bonu est gloriosuz esse. ergo est picu
 losum gloriā appetere/ anis est certum etiam apud
 eos q gliam appetunt/ et consequentia. pbaf. quia
 gloria quo magis appetit: eo magis fugit/ et quo
 minus appetit eo minus habet quod pbatur pmo
 p bernardu in epistola ad episcopos acqante di
 cente quo gliā plus affectat: tanto minus apphe
 di dephendit. Quid demq: tā in gliosum q dephē
 di glorie cupidū. Secundo patet p illud theophili
 sup marcum. qm fuges gliam tm psequitur. z si
 tu ipam psequis: ipa te fugiet. Tertio p illud con
 tene gliam: et eris gloriosus. ¶ Quarto quicqd fa
 ciliter nos inducit ad vsurpādū gloriā deo debitā
 facile sit inordinatū et illa nō nisi cū piculo appe
 titur si appetit? glorie nos facilliter iducit ad vsur
 pandum gliam deo debitā. ergo nō nisi cum piculo
 gloria appetitur/ minor pbatur. nam ppter hoc sa
 cri doctores cupidos glorie tanq: vsurpatores glo
 rie diuine reprehendūt/ quod pbatur p castianū sup
 psalmistā. p. lvi. dicētem. homo zelat gloriā suam: z
 deum audet velle defraudare de sua/ quasi nō zelā
 tem. audi qd dicat gloriā meam alteri nō dabo/ et
 maior pbatur p illud ysidori de summo bono. nulla
 est inq: tas maior q nō in deo sed in se velle quēptā
 gloriari. Cōfirmatur hec ratio: quia appetit? glo
 rie facilliter inducit homines ad hoc q gloriantur
 in bonis suis: ac si nō acceperint ea/ sed sint totali
 ter ab eis. sed hoc est viciofum vt patet p illud ber
 nardi de diligendo deū. Si acceperis qd gloriaris
 quasi nō acceperis nō ait simpliciter ad glaris qua
 si non acceperis vt asserat reprehensibilem nō q in ha
 bitis: sed q tanq: in non acceperis gloriā. ¶ Quinto
 omnis appetitus in quo verisimiliter timetur cōfussio
 et detrimentū salutis est piculosus: sed appetitus
 glie in alto q in deo est hmoi igit: maior est certa.
 Et minor pbatur pmo p gliam sup matthet. v. c.
 Quāto qā de laude hominū letatur/ tm de oppro
 brio tristatur/ q laus extollit vituperatio depumit
 vbi qā qrit gloriā ibi timet cōfussionem. q qrit tā
 tum gloriā apud deū: non timet cōfundi in conspe
 ctu hominū. Secundo p illud Crisosto. sup math.
 qm qā de laude hominū letatur: tm de vitupe
 ratione tristat. q vero gliam cōcupiscit in celo op
 probia nō timet in terris. Tertio patz idē p illud
 Augu. in sermone de cōsecrationis sue. Laudari
 a male viuētibz nolo et detestor/ laudari autē a
 bene viuētibz si dicā nolo: mentoz/ si dicā volo:
 tūc nō ne sim hūanitatē appetētiō q soliditatis.
 Quid ergo dicā ne plene volo/ nec nolo/ non plene
 volo in laude humana picitari/ non plene nolo ne
 ingrati sint qbus p dico. Cōfirmatur p illud grego
 ri in pastorali. Cū recto operi laus trāstioza qrit
 7. Sexto omnis appetitus est piculosus. et facilliter

fit inordinatus q maxime inducimur ad statuēdū
 opationibus nostris finem a quo pident omnem ra
 tionez bonitatis licet appetitus glorie facilliter in
 ducit nos ad hoc q opemur ppter gloriā tanq:
 ppter finem vltimū quod si faciam? opatio nostra
 nō erit bona nec laudabilis/ et deum sibi gloriā si
 bi debita frustrabimur igit. maior pbatur quia si
 cut actus fortitudinis ppter honore factus finali
 ter non est fortitudo/ ita nec opus factum finaliter
 ppter gloriā est virtuosum: et ideo in bonis opib?
 tutius est multo q laus subsequatur quā appetat
 fm illud glorie matthet. v. Cū bona opa facis laus
 hominū non debet appeti: sed subsequi. Septimo
 quicqd inclināt ad appetendū falsam et vanā glo
 riam illud est piculosum/ sed appetitus glie etiam
 vere inclināt ad falsam et vanā gliam sicut cōue
 tudo iurandi verum inclināt ad iurium igit. ma
 ior pbatur quia falsa gloria est fugienda. fm illud
 Lesariensis laudes si vere sint pconia sunt si false
 cōiūta. Cū etiam p illud augustini cōfessionum li
 bro. x. Qui laudari vult ab hominibus vituperan
 te te nō defendit/ ab hominibus iudicāte te. nō eri
 pietur dāpnante te. Ex qbus omnib? apparet eui
 denter q piculosuz est appetere gliam ab omnib?
 siue laudari in alto q in deo. ¶ Quinta cōclusio.
 Et in deo gliari pmo modo sit tutissimū glia tamē
 ex virtutibus et bonis opibus rationabiliter z or
 dinate suscepta est virtuosio magis ppria pbatur
 quia q gloriā in dño/ hoc est de beneficijs totalit
 a deo susceptis de bnficio et ope bono alieno glo
 riatur et tal commedando hmoi bona aliena lau
 dat. q vero recte z ordinate de virtutibus suis glo
 riatur non laudat totaliter aliena. Cum nichil sit
 magis ppriū homini q virtutis opus. igit. Secū
 do gliosus est bene egisse q bene passus esse: sed vi
 cto modo gliatur in dño q bene passum sit. q vero
 gloriatur de virtutibus suis gloriā q bene z lau
 dabiliter egit: igit. Tertio gloria q est cōmunitā
 bonis q malis nō est ita ppria virtuosio sicut glo
 ria q cōuenit virtuosis z bonis tantū: sed glia que
 est in dño cōuenit tā bonis quā malis/ nam mali re
 dempti sunt sicut boni: z malis interdū remittūt
 peccata sua et mali apud patrē habent xp̄m adno
 catum sicut boni: et effusus est sanguis Christi in
 terra p malis sicut p bonis. Et si qras qd ergo
 luit Ambro. alii sancti doctores cū dixerunt tantū
 esse gloriādū in xp̄o illo pmo modo. vt patuit in au
 ctoritāte supra allegata ¶ Respondeo q dupliciter
 vno modo q sancti doctores voluerunt nos ex intē
 tione reuocare et retrahere ab appetitu inordina
 to laudis. hoc autē maxime cōsequimur cū gloriā
 mur in dño siue pmo/ siue secundo/ siue tertio mo
 dis maxime tm cuz gloriāmur in dño pmo mō quia
 ille modus gliandi nullo modo inducit nos ad ap
 petitum inordinatū glie. Et ideo nisi sunt nobis q
 in lubrico versamur suadere vt tantum in dño gliā
 mur. Dico secundo q Ambro. et alii sancti dicunt
 q tantū modo in xp̄o gliandum est isto. pmo modo
 intelligit de laudibus oie nostro expmēdū quā
 tācūq: em virtute et scientia polleremus laus nra
 in dño nō solum in ore nostro nō sozde erit: sed etiā
 nunq: satis a nobis ppellari potest. hec em est quā
 p theatra p vicos et plateas infatigabiliter deuotio
 ne ppellare debemus. Et ita p istos duos modos
 dissoluuntur multe auctoritates q forte multis vi

radulphus

Theophilus

Cassianus

Ysidorus

Bernardus

Crisostomus

Augustinus

Gregorius

deretur extranee. ¶ Sexta cōclusio pōt ordinate quis appetere gloriā ppter nullū finem creatum alium a se. pbarum quicquid seclusa omni vtilitate potest esse ornamentū habetis illud potest appeti ppter nullū finem creatū alium ab appetēte sed gloria seclusa vtilitate est ornamentū habetis causa etiā multo excellentis q̄ sit pulchritudo corporalis ergo gloria pōt appeti modo dicto. ¶ Secundo quicquid est simpliciter in quocūq; melius ipsius quā nō ipsum potest ppter nullū finem creatū alium ab appetente rationaliter appeti sed gloria simpliciter in quocūq; est melior ipsa quā nō ipsa vt cōstat igitur dixi aut in p̄dicta cōclusione ppter nullū finem creatū q; non nego omnē appetitū glorie esse in deū tanq; finem increaturū referendū dixi alium ab appetente q; ornatus s̄m q; h̄mōi appetitur ppter eum qui eo ornatur. ¶ Septima conclusio. Gloria de pprijs virtutibus est simpliciter magna fugienda quā appetēda pbarum illud cuius appetitus s̄m naturam est periculosus magis fugiendum quam appetendū sed glorie appetitus est huiusmodi vt patuit in quarta cōclusione in multis rationibus pbarum est. Quilibet etiam p̄nt addi alte omnis appetitus inclinans et inducēs ad periculosum/māior pbarum quia qui detrahit alteri laudem est iniurius. Et minor pbarum quia vt plurimū homines non sibi videntur satis magna gloria affecti nisi alij qui gloria digni sunt reddantur in gloriosi. Secundo quicquid impedit fugere laudem cū recta ratio dicat eam esse fugiendā illud est periculosum sed appetitus laudis est huiusmodi igitur/minor probatur per illud gregoriū in registro. Nescit laudem cū suppetit fugere qui ad hanc didicit euz deesse anhelari. Tertio non inclināt ad excessiua delectationem illud est periculosum sed appetitus glorie est huiusmodi igitur/minor probatur p̄ illud glose. i. thess. ij. quas vires nocendi habeat humane glorie amor non sentitur nisi et bellum indicetur quia et si nunq; facile sit laudem non cupere dum negatur difficile tamen est ea nō delectari cum offerit. Hec dicta sint de appetitu glorie / de inani autem gloria dicetur in sequentibus. ¶ Contra primam conclusionem et etiam contra sextam arguitur. aut. et. ysidori de summo bono nulla est iūctas māior q̄ non in deo sed in se velle quēpiam gloriarī. Secūdo arguitur. per augustini libro. x. confessionū video me non laudibus meis pbarum me sed ppter p̄mi vtilitatem moueri oportere. Tertio arguitur. p̄ illud virtuosum nō decet honores petere sed et non petenti bandi sunt multa alia possent adduci contra istas conclusiones que nego aducta sunt / s; h̄is dissolutis satis patebit eorum intellectus. Quarto omnis appetitus periculosus periculo spiritua- li est peccatum: sed appetitus glorie saltem nisi in deo est periculosus periculo spirituali igitur/māior pbarum qui se exponit periculo peccati peccat licet ois habens appetitū periculosum se exponit periculo peccati ergo ois talis peccat. Ad primā dico q; auctoritas ysidori intelligit de gloriari in deo. Tertio modo: quia enim gloriatur et non in domino illo. Tertio modo furatur id quod est dei et sibi ipsi illud attribuit: ideo omnis talis peccat. ¶ Ad secundā concedo q; augustinus et alij san cti viri mouebāt laudibus non ppter se sed ppter p̄mi vtilitatem non quia malum erat appetere gloriā: tāq; orna-

tum quandam referendo tamen in deum sed q; appetitus quo appetitur gloria ppter vtilitatem p̄sumierat perfectior et excellentior quā ille quo appetitur vt ornatus quidem appetentis. sancti enim viri q̄ tam cacumen perfectionis conscenderant nō solum fugienda eis esse mala: sed etiā māiora bona minoribus esse p̄ferenda sentebant. ¶ Ad tertiam cōcesso ante negatur cōsequētia q; petere honore plus importat q; appetere: licet enim ego nō possim petere honorem possim tamē petere honore dārī michi etiā non petenti petere enim honorem vltra appetere importat p̄secutionem et sollicitudinē quandā de honore habendo importat etiā p̄p̄tari laudū recitationē que tamē in ore pp̄io fordescūt nullus enim honore peti quā curis sibi debeat re ferat. Dico vltorius q; sicut supra allegarum est licet etiā in casu se laudare et ita etiam gloriam petere sed nō regulariter. ¶ Ad quartam nego māiorē vniuersaliter intellectam: et ad p̄bationem dico q; duplex est periculus scilicet obuiens et circumstans concedit assumptū de periculo obuiens et cōstanti sed negatur de periculo circumstanti et maxime cum is qui subit illud periculum videtur quomō sit illud euasurus. Et ad secundā partē assumpti dico q; periculus illud nō est obuiens et cōstantis sed est periculum circumstans nisi. Contra secundā partē tertie cōclusionis arguit auctoritates p̄ p̄mā partē ad ductis. Et p̄mā em auctoritate habet qd nō habet mus vñ gloriari possumus in opibus nris et q; est m̄chi gloriandū q; iustus sum: aut q; p̄mā cuiq;. Ad has oēs auctoritates r̄sideo trip̄t: p̄mo q; multe earū intelligēde sunt de gloriatione q; ore nostro fit et hoc significauit ambrosius qui post q; dixit nō habeo vnde gloriari possum in opibus meis statim subiungit / nō habeo vnde me iactā. ¶ Secūdo dico q; sancti dehortantur a glia pp̄tior operum non quia mala sit sed q; cōsuetudo eius facilius inclināt ad gloriā falsam et inanē. Tertio dico q; multe earū intelliguntur de gloriā in pp̄is operibus q; non referuntur in gliam dei et per quam deo gloria sua quā etiā ex pp̄is operibus nostris debemus substrahitur vt expresse patet ex auctoritate bernardi ad eandem conclusionem adducta. ¶ Contra sextā cōclusionem. Arguitur. Non potest quis rationaliter appetere gloriā nisi ppter gliam dei: sed glia dei est quid creatum igitur. Secundo gloria que non ordinatur in aliquem finem creatum est vana et inanis sed nulli licet vanam gliam appetere ergo nulli licet ppter nullum finem creatum gliam appetere. Tertio p̄bo q; licet etiam ppter nullum finem tam creatum quam increaturū gliam appetere. Cuius oppositum in eadem conclusione dicitur quia secundum aris. p̄mo ethicorū / honor est ppter se eligibilis ergo et gloria cum glia manus sit bonū quam honor et per consequens glia potest appeti ppter nullum finem tam creatum quam increaturū. ¶ Ad primam dico q; gloria dei accipitur dupliciter. vno mō p̄ bonis diuinis innotescētibus actualiter vel aptitudinaliter et sic concedo māiorem et nego minorem quia huiusmodi bona diuina sunt in creatura cū sint ipse deus / secundo mō accipitur glia dei p̄noticia huiusmodi bonorum diuinorum et sic nego māiorem et concedo minorem. ¶ Ad secundum nego antecedens quia stat q; non ordinatur in finem creatum / et tamen q; debite in

Orna inter
appete ho
nozem et pe
tere.

Acceptio
glie dei.

finem increatum referatur et nichil glorie deo sub-
 strahatur. Ad tertiam dico qd si ly propter se exclu-
 dat omnem finem tam creatum quam increatum sic
 ego nego maiorem / si autem excludat finem creati
 sic ego concedo / et qd ista sit intentio aristoteles pz
 ex pbatione sua / nullo enim adueniente eligerem?
 vniquoq; ipsorum. Ex quo patet qd aristoteles no
 vult dicere nisi qd possumus eligere honorem etiam
 si nichil boni debeat nobis per ipsum euentu con-
 stat autē qd ea que possunt euenire non sunt creata
 vel creabilia tm. Et ibidem cuz pbat qd ista etiam
 ppter aliquid eliguntur aliquid seipsi manifeste ex-
 plicant qd aliquid eliguntur ppter aliud bonum crea-
 tum. Eligimus autē inquit et felicitatis gratia cō-
 stat autē quod felicitas de qua loquit aristoteles
 est bonum creatū. Et hoc solutio confirmat: quia
 quod dicit de honore idem dicit de voluptate et in
 intellectu et omni virtute. ¶ Respondeo secundo qd
 vbi aristoteles oppositū assereret non esset sibi cre-
 dendum quia hec veritas quod omnium bonorum
 appetitus et amor in deum referendus est: est veritas
 qd non ex principiis aut traditionibus philosophic
 moralis accipitur sed inspiratione diuina sanctis vi-
 ris potius reuelata est quam ab eis vi naturalis
 inquisitionis inuēta: ideo illi qui passus Aristotelis
 videretur in oppositum sonare melius est eos beni-
 gne interpretari quam per hoc huic veritati contra-
 dicere. ¶ Contra vltimam conclusionem. Arguit
 pmo nichil per quod homo deo assimilatur et ipm
 imitari est fugiendum sed in hoc qd quid querit glo-
 riam imitatur deum ergo gloria est magis appetē-
 da quam fugienda maior pbatur quia Apollolus
 ad ephesios quirit. Quadet vt simus imitatores
 dei et minor pbatur quia deus ab hominibus que-
 riam suam secundum illud ysai. xlii. omnem qui in-
 uocat nomen meum in gloriam ueiam creauit eum.
 ¶ Secundo illud nō est fugiendum per quod quis
 prouocatur ad bonum sed per appetitum glorie pr-
 uocantur homines ad bonum ergo appetitus glo-
 rie non est fugiendus / minor pbatur per illud tullii
 Omnes ad studia impellimur gloria. ¶ Tertio il-
 lud quod promittitur tanquam merces bonorum operū
 nō est fugiendum sed gloria promittitur pro bonis
 operibus secundum illud ad romanos secūdo. his
 qui sunt secundum patientiam boni operis gloriā
 et honorem. ¶ Quarto ad petrus laudabilis fa-
 me nō est fugiendus secundum illud ecclesiasti. xli.
 Curam habe de bono nomine et ro. xii. prouidētes
 bona non solum coram deo sed etiam coram homi-
 nibus sed gloriā non est nisi laudabilis fama secū-
 dum illud tullii in sua retho. Gloria est frequens
 aliquo fama cum laude. Tum etiam secundum illud
 ambrosii. Gloria est clara cum laude noticia.
¶ Notandum tertio quod bernardus ponit duodecim gradus superbie duodecim gradibus humilitatis correspondentes vt dicit Tho. Primus est curiositas. leuitas. inepta leticia. iactantia. singularis arrogancia. presumptio. defensio peccatorum fallax et superba confessio. rebellio libertatis. peccandi consuetudo peccandi. Curiositas opponitur primo gradui humilitatis quo quis defixis in terram aspectibus humilitatem ostendit. Nam qui vbiuincit stat ambulat oculis vagatur caput erectum et auris suspensus portat: et curiosus in aliorum rebus cognoscere dum videtur et tumidus. ¶ Secundus gradus scilicet leuitas animi: que significatur ex leuitate motu oculorum leuitate sermonis que in multitudinibus et clamore: et in consideratione consistit opponitur secundo gradui humilitatis quo pauca verba et non clamorosa voce loquimur per hanc autem leuitatem contemptimus eos cum quibus loquimur et versamur. ¶ Tertius gradus scilicet inepta leticia qua leta semper appetimus et tristia fugimus: opponitur gradui humilitatis quo risus facillitate fugimus. Isti tamen gradus non videntur pertinere ad perfectum superbos de quibus dicit aristoteles in quarto ethicorum quod imitantur magnanimum quorum possunt: et maxime in signis exterioribus magnanimitatis magnanimitate autem constat graues sunt aspectu: in uentris: in sermone: et in omni gestu nec facilliter inuenitur in risum. ¶ Quartus est iactantia qui opponitur taciturnitati quarto humilitatis gradu quibus tamen iactantia non a dequate et per se opponitur taciturnitati ubi ad interrogaciones. Cum etiam sine iactantia possit perdit taciturnitas ordinata ¶ Quintus singularitas per quam intelliguntur hi qui ultra ceteros appareat plus cercius agunt qui

bus non sufficit monasterii regula et in operibus suis singulares et quasi diuisus et separatus vult ieiunare cum alii non ieiunant: vult orare ubi alii non orant: vult refectionem separatim sumere et semper aliquid agere per quod videamur aliquam excellentiam super ceteros obtinere. Et ideo humilitas est obseruare que habet communis monasterii regula sed tamen interdum vera virtus per vicio singularitatis nonnullis offertur. Contingit enim interdum quod viri docti et ingenio vigentes non sequuntur communes et vulgares auctororum opiniones sed ab his certis et multum manifestis rationibus dimouentur: et propter hoc viciu singularitatis obicitur falso quidem quia cum non sint ad huiusmodi aliorum opiniones vulgares obligati habent certitudinem rationes in oppositum et patenter cognoscunt quod rationes vulgare opinionis sophistice sunt et nullius efficacie. Tum etiam quia in his que probabilia sunt omnino liberum vt vnicuique ratio indicat sentiri et ideo in hoc non singularitas sed vera ingenii libertas non est singularitas: sed falsitatis declaratio non est singularitas: sed falsarum opinionum emendatio. neque enim errare tenor cum illis quos etiam vera docentes sequi non obligor nisi id certa et iudicanti ratione manifestum fecerint. ¶ Sextus est arrogancia qua sibi et meritis suis omnia bona que habet immo etiam plura quam non habet arrogat contra sextum humilitatis gradum quo quis existimat se omnibus viliozem. ¶ Septimus est presumptio qua quis existimat se ad multa et ardua singulariter posse sufficere. Et ideo respondit frequenter non vocatus procedit non missus reordinat ordinata residit iam facta et nichil existimat bene factu nisi quod ipse fecerit contra septimum humilitatis gradum quo quis se ad omnia indignum et impotentem putat ¶ Octauus est defensio peccatorum. Superbus enim egre fert si reprehendatur. et ideo vbi non potest negare factus defendit id a se factum esse contra octauum humilitatis gradum qui est peccatorum confessio ¶ Nonus est fallax et superba confessio. confessio dicitur fallax qua quis mente non contritus se contritum simulat: et ore desertatur ad quod adhuc corde et animo afficitur. Dicitur autem confessio superba qua quis non vult patienter ferre et amplecti penam illam quam peccatis suis promeruit: et ideo ordinatur illam simulationem contritionis et doloris et excutit a se lachrymas vt iam satis dedisse penam videat et ne amplius quodque supplicii transferatur. contra nonum humilitatis gradum quo per obedientiam in duris et asperis patientiam amplectimur. ¶ Decimus est rebellio/ consequens est enim vt qui non vult patientiam duorum amplecti nec potest eam per simulationem contritionis et emendationis fugere quod contra oppositum eam suscipit aut contra superioris sit rebellis et a parte contradicendo fugere nitatur quod dissimulando reitcere a se temptauerat contra decimum humilitatis gradum quo iubemur nos maioribus cum obedientia subicere: et eis in omnibus obedire. ¶ Undecimus est libertas peccandi. Nam qui propter rebellionem obedientiam superioris presentiam ac auctoritatem eius effugit cum non habeat quod eum coherceat iam libere et sine timore reprehensionis peccat: et qui se ab obedientia alterius eximit propriam voluntatem libere et cum delectatione adimplet contra undecimum humilitatis

Superbia
dupliciter
capiturDuodecim
gradus su-
perbie sicut
bernardum

2. gradus.

3. gradus.

4. gradus

6. gradus.

7. gradus

8. gradus.

9. gradus.

10. gradus

11. gradus.

12. gradus

Tres gra-
dus supbie

tatis gradum quo cum delectatione ppria voluntate phibemur implere. ¶ Duodecimus gradus est consuetudo peccandi postq̄ prima flagitia impunitas sequitur experta voluptas libenter repetitur/repena blandis: ratio ligatur / et timore det ac reverentia pceptozum suozum sublati consuetudo peccandi inducitur contra duodecimum humilitatis gradum quo admonemur semper timere deum z mandata eius reuereri z in memoria habere. Notandum quarto q̄ supbia sicut z cetera peccata potest diuidi in tres gradus / in supbiam incōtinentie / supbiam malicie siue intemperantie / et supbiam bestialitatis. Superbia incōtinentie est amor inordinatus excellentie pprie contemptive infra communem facultatem hominū positus contra quem supbus patitur stimulos conscientie reluctantis z ad meliora deprecantis. Et iste gradus diuinus iter in incōtinentiam pprie dictam z perfeuerantiam. Superbia malicie siue intemperantie est amor inordinatus excellentie pprie contemptive infra communem hominū facultatem positus contra quez supbus nullo patitur conscientie stimulos nec reuifum rationis: sicut contigit in his qui iam p longam consuetudinez ita obdurati sunt vt in scelera sua ex electione et cum magna delectatione ferantur sine vilo remorsu conscientie. Supbia bestialitatis est inordinatus amor excellentie pprie cōtemptive qui aut ex natura actus: aut ratione alicuius circumstantie ē extra cōmunem facultatem hominū ita q̄ nulli sunt aut rari q̄ non propter abiectionem vel summam maliciam tales actus eum abhorreant et eum exerceantur sicut est supbia in deum per actualement z positium contemptum eius et mandatorum suozum. ¶ Tunc sic cōcluso responsiua ad questionem. Superbia conuenienter diuiditur in tres gradus. Itaz ex dictis nec obstat q̄ bernardus ponit duodecim gradus: z alii ponunt tres quia ista vltima diuisio cōphendit oia q̄ continent in aliis duobus. Ista autē vltima gradus positos a bernardo videt continere z comprehendere supbiam bestialē quam nō ponit bernardus q̄ tantum loquitur de supbia monachoz inter quos forte hic tertius supbie gradus non fuerat expertus quo tñ infectus fuisse: videt Julianus apostata qui veluti certamen aduersus cristum per incredibilem supbiā suscepisse vltimum vite spiritus exsuffans ait. Uicisti galilee vicisti. Sed de superbia mouent aliqua dubia. **Primum dubiū** in quo sit tollerabilior superbia vel in paupere docto: vel in diuite indocto ceteris paribus. Arguit q̄ in paupere docto: quia in eo magis tollerabilis est amor excellentie pprie q̄ maiorē excellentiam habet / sed paup doctus habet maiorē excellentiā q̄ diues indoctus cum sciētia sit bonū excellentiū diuitis igit. In oppositum arguit per illud vulgātū et tritū q̄ paup superbus est vna de abusionibus seculi. Ad dubium respondet q̄ supbia est tollerabilior in diuite indocto q̄ in paupere docto: huius ratio est quia supbia est amor excellentie contemptive quā se estimat ita excellentem vt ceteris non indigeat sed eos potius cōtempnat z spernat. Ita est autē q̄ paupertatem suam maxime debet cognoscere se indigere aliis cum paup dicatur cui de sunt etiam alimenta aut saltem cui desunt necessaria: aut ad vitā aut etiam ad decentiā et honestatē

diues autem indoctus non caret nisi doctrina que carentia doctrine non ita conuincit eum indigere aliis sicut paupras pauperē et ideo supbia in paupere docto est intollerabilior q̄ in diuite indocto. ¶ Secūdo paup doctus nichil habet incitans eū ad supbiam. Nam q̄uis doctrina nata sit excitare ad eam inq̄tum est excellentia q̄dam tamen vt videtur q̄tum excitat tantū etiaz distrahīt inq̄tum est ablatiua cecitatis: inq̄tum etiā habet paupertatem circumstantē q̄ maximā habet inclinationē contra supbiam. diues autē indoctus habet diuitias q̄ nate sunt excitare q̄ non habent aliquod retractiuum aut impeditiuū eo q̄ est indoctus et p̄ p̄ns cecitati mentis. primū ideo paup doctus superbus est intollerabilior q̄ diues indoctus. p̄robat tertio auctoritate bernardi sup cantica sermone. lv. dicentis. Quis non tollerabilior ē in diuite supbia q̄ i paupere dicat ve mihi si tam dure in potente illō aduersum est p̄ eo q̄ eleuatiū est cor illius nec ei p̄huit q̄ cognata potētibus esse cognoscit supbia quod de me exigendum estz misero et superbo.

Secundus dubiū vnde est q̄ supbia vt sacri doctores asserunt vicina est et cognata potentibus.

¶ Ad hanc q̄stionem respondet Ari. iiii. ethicoz. capitu. de magnanimitate ibi despectores aut vbi aristoteles ostendit hoc esse verū de potentibus q̄ sunt sine virtute cuius vis rationis cōsistit in hoc omnes q̄ habent bonas z p̄peras fortunas quas nō possunt ferre moderate credunt se excellere alios z sunt despectores et supbi / sed potentes sine virtute existentes habent bonas fortunas scz potentatus z diuitias z eas nō possunt ferre moderate q̄ sine virtute nō ē facile moderate ferre bonas fortunas: ḡ tales credunt excellere alios z sunt despectores z superbi. Antecedens p̄bat quia oēs tales sunt cōtemptui alioz et cum sint magnanimo dissimiles conantur imitari magnanum imitatur autē eū in contēptu z despectione alioz sed nō vere q̄ magnanimo vere contēpuit z vere glificat isti aut indifferentes oēs contēpnuunt. ¶ Secundo potest p̄bati quia potentes q̄ carent virtute credunt se nullis indigere / ceteros autē indigere auxilio suo ergo omnes tales facilliter sunt supbi. Antecedens patet quia licet eis desint bona scientie et virtutis / tamen quia sine virtute nō credit se egere illis nec cognoscunt dignitatem vtilitatemz necessitatem hoz bonozum immo putant q̄ omnia humane vite necessitas et subuenit sit in diuitiis posita: ideo facilliter sunt cōtemptores z despectores ceterozum. ¶ Confirmant ista auctoritate platonis q̄ interrogatus a Dyonisio tiranno qd sit q̄ philosophi frequentant limina p̄ncipumz principes non frequentant scolas phōrum Respondisse ferē qz philosophi intellunt se egere bonis tyranoz scz diuitiis / sed tyranni non intelligunt se egere bonis phōz puta sciētiis z virtutibz. Et q̄bus p̄bis apparet q̄ indigentia bonoz fortune magis sensibilibis z per p̄ns magis respiciua a supbia q̄ indigentia bonoz alioz. Similit̄ etiā vtilitas z fructus bonoz fortune ē magis sensibilibis q̄ vtilitas z fructus bonoz alioz: z id sunt magis excitatiua ad supbiā et elationē cū incidit in eo q̄ virtute caret. Et z quo infertur: q̄ gloriofus est potentibus vincere super-

dubium

Nota,

biam. patet quia hoc est multum difficile et ob hoc Ber. in epistola ad senon. ait. In alto posito nō alta sapere difficile est et omnino inutilitū sed quanto difficilius tanto gloriosius. Sequitur secundo in diuite inducto est tollerabilior: q̄ i diuite docto. patet quia in diuite docto est excitatio ad supbia non repressum. In diuite vero docto illud excitatio p doctrinam reprimuntur q̄uis doctrina fm q̄ excellens bonū incitet ad supbiam tamen fm q̄ est ingenti lumen et claritas et oculos mentis aperit magis reprimunt q̄ exercitet et est repressiva nō solū respectu sui/ sed etiam respectu conditionis p̄spectu fortune.

Queritur consequenter

de vitiis oppositis patientie. scilicet de de impatientia. Queritur ergo Utrū impatientia sit peccatum? Arguitur q̄ non q̄ aliqua impatientia non est peccatum ergo nulla. antecedens probat quia aliqua ira non est peccatū alias non diceret psal. Irascimini et nolite peccare.

In oppositum arguit impatientia opponit virtuti scz patientie: ergo impatientia est peccatum.

Morandum q̄ vt ex supradictis patet/ patientia est virtus qua homo inter aduersa equabilitatem animi seruat ita q̄ p̄pterea nullo modo a vera hominis desicitur dignitate hoc tamen nō sufficit ad patientiam p̄ptie dictam: quia vt supra ostensum est patientia habet vitiū in defectu quod Grego. appellat insensibilitatem: constat aut̄ q̄ insensibilis non desicit a vera hominis dignitate. p̄pter aduersa: et ita si illud sufficeret ad patientiam insensibilis esset patientia quod falsum est/ ideo sicut dictum est supra ad patientiam p̄ptie dictam et tertij generis exigitur tristitia pueniens ex eo q̄ talia accidunt/ requiritur enim aliqua volitio aduerso rum: ideo si q̄s affectet huiusmodi aduersa vt euitet supplicia eterna: aut vt emendetur: aut vt maiorem retributionem habeat licet tollerantis eoz sit patientia: vel primi: vel secundi: vel quarti generis. non tamen est patientia tertij generis et adhuc in talibus esset tristitia. id est nolito aliqua cōditionata/ puta si hec aduersa non essent in emendationem meā nollem ea: aut aliqua consimilis

Dico ergo q̄ cum aduersa incūbunt toleranda eo modo quo in tertio genere patientie cōtingit ille qui nullam volitionem eoz habet nec absolutam: nec conditionatā/ immo nec nitit̄ eis resistere aut resarcire incommodū et ex tolerantia non est aliquam commoditatem suscepturus: aut saltem de hoc nichil cogitat: talis dicitur insensibilis et deficit non in equabilitate: sed in tristitia: quam fm rectum dictamen rationis tenetur suscipere. ille aut̄ qui tantam tristitiam suscipit vt ab ea vincatur et equabilitatem mentis perdat dicitur impatiens q̄ vero moderate se habet in huiusmodi tristitia: ita scilicet vt nec rem suā negligat nec damnū suū ita ferat: vt omnino non contingit nec tamen equabilitatem mentis perdat: sed maneat semp̄ firma et solida mens vt et agenda et fugienda cognoscat et incognitis etiam omnino vt prius p̄sistat tunc talis dicitur vere patiens. Tunc sit prima conclusio. Impatientia est vitium patet ratione. ponit oppositum. Secundo omnis perturbatio mentis est vitiū sed impatiētia est perturbatio mentis: ergo impa-

tientia est vitium. maior est nota et minor pbatur quia auferit equabilitatem a mente. ¶ Secunda conclusio. impatientia est vitium piculosissimū probatur omne vitium inclinans ad vicia multa et graua est periculosissimum. sed impatientia est huiusmodi igitur. minor probat quia inclinatur ad iram/ inuidiam/ odium/ homicidium vltionez in clinet ad blasphemiam diuini nominis/ execrationes cōtempum dei/ p̄ceptorum et consilioz eius. secundo pbatur omne illud p̄ quod aduersitas grauissima nocumenta affert eam immoderate ferentibus est vitium piculosissimum: sed impatiētia est huiusmodi/ et econuerso est patientia huius q̄ habent eā igitur minor probatur per Ber. in quadā epistola dicentem q̄ q̄ dignus siue quē mūdus odit. i. et per malam famam a dextris et p̄ bonam a sinistris xp̄i miles graditur nec extollit laude nec vituperatione fragit non diuitis tumet non confunditur paupertate et leta contempnit et tristitia. Et sequitur sicut sanctis et electis tribulatio opatur patientiam patientia p̄bationem/ p̄batio spem/ spes autem mortē an̄ confundit. sic dānatis et reprobus tribulatio econuerso parit pusillanimitatem/ pusillanimitas turbationem/ turbatio desperationem/ desperatio autem interemit vbi p̄ pusillanimitatem cōtrariuz patientie quod est impatiētia intelligit. Tertio quicquid priuat nos oibus bonis q̄ nati sumus affert qui p̄ patientiam et affert nobis omnia mala contraria est piculosissimum vitiū/ sed impatiētia est huiusmodi. maior patet quia bona que assequimur p̄ patientiam sunt magna et mala contraria multū graua. Per patientiam enim corrigimur a viciis p̄teritis et transimus ad virtutes fm illud Hiero. sup Joel. sepe fit diuina p̄uidencia vt q̄ non cognouerunt deum in p̄speris et qui delictis abusi sunt: ad virtutes p̄ patientiam corrigant/ econtra autez si impatiētia habeatur voluntate in deliciis manemus nec vicia deserimus nec ad virtutes transim⁹ sed deteriora flagicia in tuo q̄ boni fuerunt si in aduersis fuerint impatiētes a virtutib⁹ ad vicia trāseunt. patientia tribulatum facit magnū. impatiētia vero dilectissimum. p̄mum p̄ illud Ber. de cōsideratione ad euge. magnus enim q̄ incidēs in aduersa non excidit vel parum a sapientia. patientia confert tribulatio ad contemplationem diuinam econtrario autē impatiētia retrahit immo ad blasphemiam inducit. p̄mum p̄ Grego. xiii. moralium dicentis sit miro omnipotentis dei moderamine vt cum in hoc mundo mens iusti aduersitatibus plus laborat se ad auctoris sui contemplandam faciem amplificat patientia tribulatio a peccato mundat et fortiozem reddit/ econtra autem impatiētia magis inq̄nat et sordidat et reddit debiliozem. p̄mum p̄ auctoritate Senec. lib. de p̄uidencia. auda est inquit piculi virtus et quo tendat. non quid passa sit cogitat gubernatōre in tempestate in acie militem intelligas. calamitas virtutis occasio est nos verberat. nos lacerat fortuna: patimur non est seuitica certamen est quod si sepius adierimus fortiozes erim⁹ solidissima pars est corporis quā frequens vsus agitauit pbatur etiam p̄ glo. sup psal. ix. dicentes/ fornax tribulationis ligna/ vitiōz cinerat et aurum virtutum purgat/ vnde malos viciat/ bonos purgat quod in tellige malos p̄ impatiētia/ bonos vero p̄ patientiam.

Tertio conclusio, insensibilitas est vitium oppositum patientie, primo probatur auctoritate Beati Gregorii, supra inducta ubi de patientia agit. Secundo omne illud, quo quis amplectitur aduersitatem, cum finem dicitur recte rationis non est amplectenda est vitium, sed insensibilitas est huiusmodi igitur maior probatur quia aduersitas non semper amplectenda est: ut patet per illud Gregorius, xxxi. moralium, valde precepit quod semper aduersis se obicit et valde pauidus est qui se semper abscondit neque enim ille durus sapiens est quod contra hostiles cuneos exercitum precepit mouet neque enim ille durus fortis est quod semper hunc ab hostis facie cauendo subducit. Confirmatur si quis ita esset in aduersitatibus insensibilis quod cum videret domum suam propinquam combustioni eo quod iam domus vicini incensa esset et non occurreret incommodo et futuro detrimento propter insensibilitatem quod scilicet non plus auget eum nec contristat patientia aduersitatis quam absentia: ille ab omnibus merito vituperetur, sicut etiam iure vituperatur quidam cantor parisiensis, qui ut refert Bernardus odoris incensa domo sua cum turba incontinenter clamaret ad ignem magistristratus est propter clamorem incombustum in insuauem quam propter combustionem domus sue et magis voluit occurrere clamori incombusto quam domum perire: et ita cum domus sue igne absumeret turbam finem qualitate vocis disponebat et tam armonice et continue clamare docebat nemo est qui tale non dicitur potius stultum quam patientem: aut humana finem moderationem rationis continentem. Ex quibus satis patet quod insensibilitas est vitium. Contra secundam conclusionem, arguitur sic impatientia inclinatur ad deprecationem, ergo non inclinatur ad mala declarata in eadem conclusione. Hinc probatur auctoritate Bernardi, allegata supra ratione. Ad hanc rationem respondetur quod impatientia nominatur tristitia auferentem equabilitatem mentis et deiectionem infra dignitatem hominis ista autem deiectione et inequalitas habet varios effectus, aliquando enim hinc per effectum cessationem a bonis operibus quibus primus incumbebat: aut incumbere intendebat et tunc impatiens se hinc velut fractus iacens et languidus, aliquando vero cum huiusmodi deiectione hinc in motum contrarium eorum ab quo inclinatur patientia et tunc impatiens deiectus si malus est fit in malicia pertractator: et si propositus ante aduersitatem respicere, nunc post impatientiam proponit persistere. Si autem primus bonus erat post impatientiam ea durante contingit, aliquando quod non solum cessat a bonis operibus, sed etiam malis incubit: aut incubere proponit et in utroque est turbatio et desperatio. Contra tertiam conclusionem arguitur sic huiusmodi insensibilitas autem est pusillanimitas: aut caymotes non caymotes cum nullo modo dignificat se honoribus / imo magis indignificat: non pusillanimitas quod ut iam allegatum est Bernardi, impatientiam sibi contrariam pusillanimitatem vocat. Secundo insensibilis autem potest equabilitatem mentis aut non. Si sic ergo est impatiens, si non ergo est patientis / cum aduersa non auferant ab eo mentis equabilitatem. Tertio omnes sancti et philosophi suadere nituntur ut non tristemur propter aduersa: sed eundem vultum inter prospera et aduersa geramus ergo insensibilitas aduersitatis apud philosophos et sanctos reputata est vera virtus et vera patientia. Ad primam dico quod in vitiis oppositis patientie non reperitur ita proprie caymotes et pusillanimitas sicut in ambitione aut inani gloria aut presumptione ac superbia, possumus tamen considerare im-

patientem finem affectionem excessiuam quandam in istam quam habet ad bona externa propter quas affectionem frangitur et delicitur a vera hominis dignitate cum eis fruatur et contra insensibilem finem quod caret omni affectioe etiam ordinata ad ea in quantum scilicet valent vel ad necessitatem vel ad verum ornatum et decorum vite et tunc impatiens dicitur caymotes et insensibilis dicitur pusillanimus, alio modo considerantur quantum ad deiectionem ipsam quam facit aduersitas impatienter tolerata quam tamen deiectionem non facit in insensibili ratione cuius insensibilis habet modum sperantis et impatiens desperantis et sic insensibilitas dicitur caymotes et patientia dicitur pusillanimitas. Et inde est quod Bernardus, volens ostendere quod impatientie mouet ad desperationem impatiens appellatur pusillanimitatem, neque est inquit in conueniens quod in his quod aliquibus nominibus non proprie sed per translationem appellatur aliquid fortiter appellaciones contrarias propter diuersas considerationes in talibus ab affirmatione vnius ad negationem alterius valet prima. Ad secundam dico quod insensibilis non potest equabilitatem mentis propter aduersa quod eam non habet, ad equabilitatem enim mentis ita pertinere continere externa ut tamen ea curemus quantum recta ratio aut per necessitatem aut vero ornamento vel tamen iubet ea esse curanda. Ex quo patet quod non valet ista consequentia insensibilis propter aduersa non potest equabilitatem mentis ergo est patientis. Ad tertiam dico quod duplex est tristitia quidam est confundens et vincens, et illa cum ob aduersa suscipitur dicitur tristitia impatientie. Alia est insultans et excitas et hec est quam dicimus ad patientiam erigi contra pugnam grauius sententis philosophi et sermici deseruerunt non contra secundam. Et si dicas quod socrates laudatur quia in prosperis et aduersis eundem vultum gerebat. Respondetur quod tristitia que in tanto viro sicut socra, fuisse tanta ut vultum permutasset et alterasset fuisse forte nimium excessiuam quod quid sit tamen hoc non arguit esse nullam tristitiam propter aduersa suscepisse sed eam quam suscipiebat ita moderasse ut nulla in exterioribus iudicia causaret vel imprimeret.

Consequenter queritur

De caymote et pusilla nimitate, vtrum cuiuslibet magnanimitati sit sua caymotes et pusillanimitas opposita. Arguitur quod non / quia non omnis magnanimitas est circa honores: ut patet de humilitate patientia / sed omnis caymotes et pusillanimitas sunt circa honorem igitur. In oppositum arguitur per ea dicta sunt supra. Notandum quod ista questio nota est ideo tantum ut in paucis recolligantur aliqua que de caymote pusillanimitate dicta sunt sicut enim habitum est supra, duo sunt genera magnanimitatis vnum est quod est positum in rerum externarum contemptu alterum quod est positum in rerum arduarum desiderio aut administratione. Primum genus diuisum est in duo secundum diuisionem rerum externarum, quedam enim sunt prospera et in talium ordinato contemptu consistit humilitas, alii sunt aduersa et in talium moderato contemptu consistit patientia finem autem genus consistit in administratione et desiderio rerum arduarum sicut magnarum admi-

administratorem et honoris et glorie et secundum
hec diuerse species magnanimitatis sumuntur / et
diuerse etiam caymotes z pusillanimitatis differē
tie magnanimitati em̄ que est rerum arduarū ordi
nate administratiua opponit caymotes excedens
in administratioue z pusillanimitas in eadē admi
nistratioue suscipienda deficiens magnanimitati
que consistit in honoz ordinato appetitu opponit
caymotes que est suphabundantia in honozum ap
petitu z pusillanimitas in honoz appetitu magna
nimitas que est ordinatus glorie z bone opinionis
apponit / opponitur caymotes que posita est in ex
cessu et suphabundantia appetitus glorie z pusilla
nimitas que est posita in defectu inordinato eiusdē
appetitus: magnanimitati p̄mi generis q̄ consistit
in ordinato contemptu rerum p̄sperarum z excel
lencia opponitur caymotes supbie que consistit in
amore inordinato excellentie contemptiue z pusil
lanimitas que consistit in inordinato contemptu
eiusdem excellentie magnanimitati eiusdem gene
ris que consistit inordina to contemptu rerum ad
uersarum opponitur caymotes. Impatientie que
consistit in suphabundanti odio aduersoz z pusilla
nimitas insensibilitatis que cōsistit in defectu odii
aduersoz. Tunc sit p̄ma conclusio. Nullibet ma
gnanimitati opponitur sua caymotes z etiam sua
pusillanimitas. patet ex dictis. Secunda conclu
sio. omnis pusillanimitas est vitium. patet q̄ om
nis pusillanimitas est opposita virtuti. Contra se
cundam partem p̄me conclusionis. arguit sic p̄mo
ignorantia opponitur prudentie: sed pusillanimitas
omnis est ignorans vt habet Ari. quarto ethicoz
igitur pusillanimitas opponit prudentie. Secun
do dicit. rrv. feruus qui p̄pter pusillanimitatem
noluit vti pecunia vocat dñs malum z pigrum: et
Ari. quarto ethico. dicit. q̄ pusillanimitas videt p̄
gri: sed pigricia opponitur sollicitudini q̄ est actus
prudentie. Tertio pusillanimitas p̄cedit ex timore
fm̄ illud Isa. xxxv. dicit pusillanimes confortami
ni z nolite timere: sed inordinatio timoris opponit
fortitudini et non magnanimitati: igitur. Quarto
pusillanimitas p̄cedere videtur ex inordinata ira
sz illud ad colloce. iij. p̄des nolite indignationē
puocare filios vestros vt non pusillanimo animo
siant: sed ira opponitur mansuetudini: igitur. Ad
p̄mam concedo maiorem z minorem et nego conse
quentiam: sed tantum sequit q̄ pusillanimitas habz
aliquid oppositum prudentie. Ad secundam con
cedo antecedens et nego consequentiā: quia licet
pusillanimitas sit piger pusillanimitas tamen nō est
pigricia. Ad tertiam dico q̄ pusillanimitas nō tan
tus p̄cedit ex timore immo ipsa est timor: negatur
minor vniuersaliter intellecta quia solus timor: bel
licus inordinatus opponitur fortitudini z non qui
libet timor inordinatus. Ad quartam similiter ne
gatur consequentia / quia licet causa pusillanimita
tis scz ira opponatur mansuetudini non tamen
ipsa pusillanimitas mansuetudini opponitur. Vtrū
autem pusillanimitas p̄cedat ex ira quesito est: et
dicit beatus Tho. q̄ non p̄cedit pusillanimitas ex
ira fm̄ rationem. p̄p̄rii motus ire hoc est. fm̄ q̄ per
eam quis extollitur in vindictam: sed ira hoc mo
do magis aufert pusillanimitatem: sed ira ratione
causarum que sunt iniurie illate ex quibus deific
animus patientis inducit pusillanimitatem ex hoc

enim q̄ iuuenis nimis frequenter reprehenditur z es
que fere bene egit vilipenduntur in ducitur iuuenis
in veram pusillanimitatem qua nichil audeat diffi
cile z arduum attentare. nam q̄ torrens reprehensus
est et correptus est tanq̄ deficiens in facilibus non
cōfidit se posse aliquid difficile laudabiliter tracta
re. et ad hanc pusillanimitatem ira filioz puocata
a parentibus maxime inducit quia non est filii pro
pter huiusmodi iram moueri ad appetitum vindi
cte: ideo oportet q̄ moueantur ad desperationem
et pusillanimitatem. ¶ Contra secundam conclu
sionem arguitur sic. omnis vitio quis efficitur ma
lus: sed pusillanimitas non est malus vt habet Ari.
in quarto ethicoz igitur maior patet quia om̄ vir
tute quis efficitur bonus. ¶ Secundo nullus est di
gnus magnis bonis nisi virtuosus: sed pusillanimitas
fm̄ Ari. in quarto est dignus magnis bonis: ergo
pusillanimitas est bonus z virtuosus. ¶ Tertio inuitū
omnis peccati est supbia: sed pusillanimitas nō p̄
cedit ex supbia cum supbus se extollat super id qd
est et pusillanimitas se deiciat igitur. ¶ Quarto di
gnificat sancti se minoribus q̄ sunt digni ergo sunt
pusillanimitas et p̄ consequens pusillanimitas non est
vitium. p̄ma consequentia tenet p̄ diffinitionem pu
sillanimitas / et antecedens p̄batur de Moyses qui hu
militate recusauit officium sibi iniunctum a domino
vt haberetur Exodi. iij. et Ihe. ix. ¶ Ad p̄mam res
ponsum est supra p̄ distinctionem de malicia.

¶ Ad secundam conceditur totum argumentum.
pusillanimitas em̄ est virtuosus et tamen habet ha
bitum vitiosum quia non vitur virtute et facultate
sua vbi et quando oportet. nō enim quodlibet vi
tium cuiuslibet virtuti repugnat: sed detrimentū de
trimentoz. ¶ Ad tertiam concedo de initio po
tentiali / concedo etiam q̄ pusillanimitas p̄cedere
potest de facto aliquādo. p̄cedit ex supbia ex hoc
scilz q̄ aliquis p̄p̄rio sensu nimis inuitur z credit
plus sibi de se q̄ sapientibus fm̄ illud puer bioz
xxvi. Sapientior sibi piger videtur virtus sapienti
bus sententias. z Grego. in pastoral. dicit de moy
se q̄ supbus fortasse esset si ducatur plebis sue sine
trepidatione acciperet / z rursus superbus existeret si
auctoris imperio obedire recusaret. ¶ Ad quartā
dico q̄ sancti considerantes p̄p̄rie infirmitatis in
sufficiētiā dignificant se minoribz q̄ digni sunt
cum auxilio diuine gr̄e et fm̄ hunc modū se reputa
uerunt indignos moyses z Ihere. hoc tñ non ece
runt ex pusillanimitate nec etiam fecerunt p̄tinaci
ter quia alias in supbiam lapsi fuissent.



Consequenter agendū

est de mollicie et p̄tinacia viciis opposi
tis p̄seuerantie et fm̄ extensionē nomi
nis etiam oppositis continentie z mar
tiritio. Queritur ergo p̄mouituz mollicies sit viciū
oppositum p̄seuerantie. Arguitur q̄ non: q̄ molli
cies est species luxurie ergo non est viciū oppo
situm p̄seuerantie. In oppositum est aristote. vij
ethicoz. Notandum q̄ mollicies est equiuocū. ali
quando enim accipitur mollicies vt est nomen vi
cij. de qua Apo. i. ad corintheos. v. nec aduulteri nec
molles vbi glosa. hoc est muliebrata patientes: hoc
modo enim. est species luxurie / de qua postea dicitur.
Aliquando vero est nomen gradus vitiij et tñ
accipitur ¶ In modo cōmuniter et tunc mollis dicitur

Acceptio-
nes molli-
cici,

ditur qui propter vehementes passiones tristitia-
rum discedit a sententia vel electione quibus recta
ratio immanendum esse dictabat / et hoc siue passio-
nes excedant communem hominum facultatem siue
non: et tunc mollicies opponit tam p̄seuerantie q̄
martirio. ¶ Secundo modo accipitur mollicies
pp̄ie p̄ vicio quo quis p̄pter passiones vehemen-
tes tristitiarum non tamen excedentes communem
facultatem hominū discedit a sententia vel electio-
ne quibus recta ratio dicit esse immanendum. Et
hoc modo de mollicie loquitur Aristo. vij. ethicoꝝ
et dicit eam opponi p̄seuerantie per hoc quod dicit
tristitiarum se includitur incontinentia que distra-
hit p̄ passiones delectationum per hoc dicitur non
tamen excedentes. zc. secluditur mollicies oppo-
sita martirio que tamen vt dicit thomas non pro-
p̄ie debet appellari mollicies eo q̄ molle proprie
dicitur q̄ facile cedit tangentis non iudicatur ali-
quid molle ex eo q̄ cedit fortiter impellenti. Nam
parietes cedunt machine p̄cutienti et tamen non
dicuntur molles. Et ideo philosophus dicit. vij.
ethico. q̄ si quis a fortibus et sup̄ excellentibus
tristitiis vincatur quas pauci homines vincant ta-
lis non dicitur mollis nec est mirabile sed cōdona-
bile si contra tendat. Vult autem beatus thomas
q̄ fm̄ philosophum pp̄ie mollis dicitur qui recedit
a bono p̄pter tristitias causatas ex defectu et carē-
tia delectationum. pbatur / quia mollis dicitur qua
si cedens debili mouenti sed tristitia ex carētia vo-
luptatum est debilius mouens retrahendo q̄ volu-
ptas attrahendo: et est etiam debilius mouens q̄
metus periculorum. ergo mollis dicitur qui rece-
dit a bono ex defectu et carētia voluptatum et de-
lectationum minorem. pbatur pro p̄ma parte quia
carētia voluptatis est purus defectus / pro secun-
da autem parte probat per tullium. j. de officijs di-
centem non consentaneus qui metu non frangitur
eum frangi cupiditate nec qui inuictum se a labo-
re p̄stitit vinci a cupiditate. Ista opinio non michi
videtur conformis sententie Aristo. fm̄ enim Ari-
st. in. vij. circa calorem et frigus est mollicies et tamen
constat q̄ calor et frigus non dicunt absentiam de-
lectationum sed etiam positionē malorum causa-
santium tristitiam igitur. Secundo fm̄ aristotelem in
eodem. vij. q̄ est circa delectationes incontinentia
illud est circa tristitias mollicies / sed constat q̄ sunt
alie tristitie / gustus et tactus q̄ carētia delectatio-
num et circa huiusmodi tristitias non est inconti-
nētia: ergo circa eas est mollicies. Tertio qui per-
mittit pendere in lorum extremitates vestis s̄ue vt
non habeat tristitiam et mollescit in leuando ille
dicitur mollis et delicatus / sed qui est huiusmodi nō
solum habet tristitiam ex carētia voluptatū: sed
etiam malo positue affligente igitur: maior patet
per Aristo. ibidem exemplificantem de molli et de-
licato et dicentem qui retrahit vestimentum vt nō
laboret secundum eam que a leuare tristitia talis
scilicet dicitur mollis. Et si dicas q̄ in eodem cap.
Arist. expresse dicit q̄ mollicies causatur a tristitia
que est ex defectu concupiscentie sub hīs verbis
non eligentium autem hic quidem dicitur propter
delectationem / hic autem propter fugere tristitias
que est a concupiscentia et in hoc ponit differentiā
inter incontinentiam et molliciem. Respondeo q̄
recedere a bono p̄pter fugam tristitie p̄uenientis

ex absentia delectatiōis bene est mollicies nec hoc
negamus. Sed dico q̄ non omnis mollicies est ta-
lis immo aliqua est qua receditur a bono p̄pter fu-
gam tristitie p̄uenientis alioquo ex afflictioe et si ex-
tendatur nomen p̄pter fugam cuiuscunq̄ tristitie
quattuor conditionibus additis p̄ma est q̄ illa nō
excedat communem facultatem hominum. Secun-
da q̄ huiusmodi tristitia non sit obiectum p̄ncipa-
le illius boni actus a quo receditur secundum totā
speciem suam non quilibet qui deserit bonum fortitu-
dinis propter fugam periculorum et tristitie ex illis
periculis p̄uenientis dicitur mollis. Et ita etiam
de magnanimitate diceretur. Tertio q̄ non conue-
niat talivinci p̄pter naturam generis. Quarta q̄
non propter egritudinem. Et istas duas vltimas
conditiones ponit Aristotelem in septimo dicens ita
sed et si quis a quibus multi possunt abstinere et ab
hīs vincitur et non potest contendere non propter
naturam generis vel egritudinem puta insit haruz
regibus mollicies p̄pter genus et vt femininū a ma-
sculino distet vbi Lucretius victus igitur a quasi
nullis tristitiis non p̄pter naturam generis vel p̄-
pter egritudinem mollescit. Tunc sit p̄ma conclu-
sio. Non omnis mollis dicitur qui recedit a bono
p̄pter tristitias causatas ex defectu delectationum:
probatur per tertiam et quartam conditionem hic
positas. Secundo secundum Aristotelem in septi-
mo sunt alique delectationes necessarie sed q̄ pro-
pter carētiā huiusmodi delectationum recedit
a bono non est mollis igitur. non omnis est mollis
qui recedit a bono p̄pter tristitias causatas ex
defectu delectationū minor patet quia vincere hu-
iusmodi carētiā delectationum necessarium ex-
cedit communem facultatem hominū et multo diffi-
cilius q̄ vincere delectationes ipsas aut etiaz res
alias tristitias p̄ presentiam suam inferentes et ma-
ior est aristotelis in septimo vbi ait. quia autē que-
dam delectationum necessarie sunt: hec autē nō
vsq̄ ad quem superhabundantie autem neq̄ defe-
ctus. Et statim post eum vult dare differentiam in-
ter intemperatum / incontinentem / et mollem / non
loquitur nisi de superhabundantia delectationū
et de delectationibus necessariis. Secūda conclu-
sio. aliquis est mollis quia recedit a bono propter
tristitias causatas positue a rebus tristabilib⁹
patet auctoritatibus parum ante allegatis.
Secundo inter huiusmodi tristitias sunt alique q̄
non excedunt communem facultatem hominum /
hoc est quas homines vt in plurimū supant quas
tamen fugiunt non p̄pter electionem: sed quia vin-
cuntur ab eis / ille autem qui vincitur ab eis autē
incontinens aut mollis aut intemperatus aut be-
stialis: aut est ei condonabile non incōtinens quia
talis non vincitur a delectatione: nec intempera-
tus quia talis nō fugit p̄pter electionem: sed quia
vincitur nec bestialis quia talis fuga non est ita vt
lis vt delicit hominem infra communem hominum
dignitatem nec est huiusmodi vincit cōdonabile s̄-
cut etiam plures superantur ab ea ergo relinquit
q̄ talis dicitur mollis. Ista ratio videt michi mul-
tum efficax fm̄ principia aristotelis. Tertio cōclu-
sio extenso nomine mollicie ad gradus vici oppo-
situm p̄seuerantie fm̄ totum ambitum eius mol-
licies non est tantum circa tristitias gustus et ta-

Conditioes
mollicie.

cōtra tho.

ctus probatur circa quancumque tristitiam potest
reperiri gradus perseverantie circa eam potest
reperiri gradus mollicie sed circa alias tristitia-
as a dictis potest reperiri gradus perseverantie
ergo et mollicies maior est nota ex oppositio-
ne que est inter perseverantiam et molliciem et mi-
nor probata est factis ubi acrum est de perseveran-
tia et de martirio. Alie enim tristitie possunt esse
retractivae a bono opere et vehementes et tamen
non excedere communem facultatem hominum.
Secundo secundum aristotelem in principio septi-
mi circa mores fugiendorum sicut tres species
tantum incontinentia malicia bestialitas sed con-
stat quod deserere opus precepti aut iusticie propter pe-
riculum perdende pecunie est fugiendum et hoc non
est bestialitas quia hoc modo deicit hominem infra com-
munem hominis dignitatem. nec malicia quia sup-
posito quia non facit hoc ex electione: sed quia vincit
est incontinentia et non est incontinentia proprii
me dicta quia illa est circa delectationes ergo est in-
continentia secundum aliam speciem que dicitur
mollicies. Tertio in tali non est concordia partium
anime sed pugna et contentio et contrarietas:
ergo vicium eius non est malicia nec est vicium
super omnem maliciam positum ergo non est be-
stialitas ergo est incontinentia non strictissime dic-
ta ergo est incontinentia secundum speciem que
est mollicies. Prima consequentia nemini qui
aristotelem in septimo legerit dubia esse debet et
probatur per eustracium. Ita dicentem in princi-
pio septimi quare et in maliciis oppositis virtuti-
bus moralibus concordia quedam est partium
anime in incontinentia autem non est concordia
partium anime.

Secunda consequentia probatur per eundem
eustracium commento sequenti dicentem de bestia-
litate quod est species malicie super omnem malicia.
Quarto deserere opus iusticie propter tristitia-
as tactus et gustus est iniusticia secundum gra-
dum mollicie ergo deserere idem opus propter
tristitias aut pericula amissionis pecuniarum aut
alias tristitias que habeant condiciones supra-
positas est iniusticia secundum gradum mollicie
consequentia tenet quia constat quod est iniusticia
secundum aliquem gradum et non secundum gra-
dem temperantie nec secundum gradum bestiali-
tatis nec secundum continentie stricte accepte:
ergo secundum gradum mollicie. Tum secundo
quia non est ratio quecumque propter quam vincit
a tristitia gustus et tactus constituat iniusticiam
in gradu mollicie quin per eandem concludatur
quod vincit ab aliis tristitiis sub conditionibus supra-
positis constituat etiam iniusticiam in gradu mo-
licie. Et sicut argutum est de iniusticia ita argui
potest de generibus aliorum viciorum.

Quarta conclusio non est circa tantum tristi-
ciam venientem ex diuturnitate operis laborio-
si probatur quia perseverantia non est tantum circa
huiusmodi tristitiam ergo nec mollicies consequen-
tia ista nota est et antecedens probatum est diffuse
cum agebatur de perseverantia.

Quinta conclusio mollicies est vicium oppo-
situm perseverantie patet factis ex his que dicta
sunt de perseverantia unde secundum arif. in septi-
mo, frequenter recitatum est vicium morale di-

uiditur in tres species vel gradus in maliciam/
incontinentiam et bestialitatem contra maliciam
est virtus contra bestialitatem heroicavirtus / co-
tra incontinentiam continentia. Continentia di-
uiditur incontinentiam stricte acceptam que est
circa delectationes et perseverantia que est cuius
quis bene se habet. Contra oppugnantem tristitia-
as non qualibet: sed quales dicte sunt continen-
tie stricte opponit incontinentie stricte accepta
et perseverantie mollicies. Contra secundam
conclusionem arguitur primo ratione Tho. posi-
ta in recipiendo opinionem suam.

Secundo tristitie causate a rebus afflictis
sunt multum vehementes ergo circa eas non est
mollicies. Tertio arguitur auctoritate eustra-
cis in septimo dicentis et iam allegatum est vir-
tutis igitur a quasi nullis tristitiis non propter
naturam generis vel propter egritudinem mol-
lis est ubi eustracius dicit mollem vincit a quasi
nullis tristitiis. Ad primum dico quod molle na-
turale est cedens debili mouenti molli autem
moraliter est cedens mouenti quod non excedit
communem facultatem hominum quod scilicet
superatur a pluribus: et quod etiam plures supe-
rat et tale dicitur debile mouens vel impellens/
cui scilicet resistitur a pluribus et non tantum a
paucis.

Ad secundam dico quod aliquae tales tristitie sunt
vehementes quia tamen non excedunt commu-
nem hominum facultatem ideo constituunt victi-
um in gradu mollicie. Ad tertiam dico quod eu-
stracius dicit huiusmodi tristitia esse quasi nul-
las non simpliciter cum secundum aristotelem mul-
ti ab eis vincantur sed per comparationem ad tris-
ticias communem facultatem hominum exceden-
tes sicut tristitia que provenit ex supplicio ignis
aut periculo mortis imminentes et gravissimi
tormentorum. Contra tertiam conclusionem
arguitur auctoritatibus aristotelis et primo au-
toritate eius in principio sexti capituli primo tra-
ctatus ubi comparat incontinentiam/molliciem
et intemperantiam inter se. Dicit enim circa eas autem
que per tactum et gustum delectationes et tristitia-
as / et concupitias / et fugas / circa quas tempe-
rantia et intemperantia. Distincta prius est qua-
dem sic se habere ut vincit et. ubi patet expresse
quod ponit predicta circa delectationes et tristitias
gustus et tactus. Secundo arguitur auctoritate
eiusdem capitulo. 4. ubi expresse dicit et probat
quod circa delectationes non necessarias ut ire lu-
cri honore et huiusmodi non est incontinentia nec
continentia nec mollicies et quod superhabundantes
in talibus non dicuntur simpliciter incontinentes
sed cum addito ut puta incontinentes pecuniarum
aut lucri. Tertio auctoritate eustracii ibidem
dicentis quemadmodum enim principaliter seu
proprie incontinentes dicuntur propter superfluum
veneris sic et isti dicuntur incontinentes eius
appositionem ut superflue amplexantes vin-
ceri ditari. Propter istas auctoritates et aliquas
alias similes volunt aliqui quod continentia perse-
verantia et eorum opposita non contingant nisi cir-
ca voluntates et tristitias gustus et tactus. Ad pri-
mam ergo respondeo quod arif. loquitur de illis delecta-
tionibus gustus et tactus non quod circa eas solas

confistat continentia: sed quia circa eas manifestius consistit et per eas conuenientius et melius nobis natura horum innotescit. ¶ Ad secundam concedo quod in illo loco ar. non vult probare nisi quod non omnis concupiscentia honoris est incontinentia similiter sed tantum est incontinentia honoris immoderata cum quo stat quod deserere bonum iusticie vel alterius virtutis propter tristitiam prouenientem ex periculo perdedi honorem est mollicies et deserere bonum iusticie propter honorem consequendum est iusticia secundum gradum incontinentie nec oppositum dicit ar. Ad tertia similiter. ¶ Contra quinta conclusionem arguitur sic. Esse deliciosum pertinet ad intemperantiam: sed secundum aristotelem in septimo ethicorum. Delicia mollicies quodam est ergo mollicies non opponitur perseverantia sed intemperantie. ¶ Secunda esse lusuus est contrarius eutrappeli: sed lusuus secundum ar. in eodem septimo est mollis ergo mollicies opponitur eutrappeli et non perseverantie. ¶ Ad prima respondet beatus thomas quod delicia est quedam mollicies: sed mollicies proprie respicit defectum delectationum. Delicia autem respicit causam impediendam delectationem scilicet laborem deliciosum enim secundum eum dicuntur qui non possunt sustinere laborem: nec aliquid quod voluntatem diminuat secundum illud deuteronomio tricesimo octavo tenera mulier et delicata que super terram ingredi non valebat nec pedis vestigium figere propter mollicies. Hec solutio michi non placet nam si delicia est quedam mollicies delicia secundum modum loquendi aristotelis est species molliciei ergo delicia et mollicies non habens illas diuersas connotationes quas dicit thomas. Secundo quia ex omnibus ipsis videtur oppositum delicia enim a delicia que voluptates quedam sunt dicitur ergo proprie deliciosus est qui non potest ferre absentiam delectationum.

¶ Tertio si delicia est quedam mollicies et delicia omnia pertinet ad intemperantiam constat quod aliqua mollicies ad intemperantiam pertinebit ergo mollicies non erit secundum totum genus suum opposita perseverantie. Ideo pro significatione horum terminorum aliter dico scilicet quod mollicies significat vicium illius qui propter fugam tristiticie qualis supradicta deserit opus virtutis siue illa tristiticia causetur ex presentia tristabilium siue ex absentia delectationum. Delicatus enim propter fugam tristiticie ex absentia delectationum prouenientis deserit opus virtutis. Quis tamen dubium sit utrum extendatur ad venerarum tristiticias. Ad formam tamen rationis nego maiorem nisi quis esset delicatus propter electionem et non propter passionem. Delicatus autem propter electionem non esset mollis nec talis delicia esset mollicies.

¶ Ad secundam respondet beatus thomas. quod in iudo duo sunt consideranda scilicet delectatio et licet inordinate lusuus opponit eutrappelo. Aliud est remissio siue quies que opponitur labori. Et hoc modo pertinet ad molliciem quia sicut non potest sustinere laboriosa pertinet ad remissionem ita nimis appetere remissionem ludi vel quantuncumque aliam quietem pertinet ad molliciem. Hec solutio non videtur michi consona dictis eiusdem

SI viros nostre tempestatis illustres qui in sacris aut scripserunt aut aliquid ediderunt litteris liber ille de scriptoribus ecclesiasticis insignis commemorat qua in curia aut potius iniuria posteritati tuum nomen commendare peperit non satis demitor moralissime martine pariter & doctissime dignus enim es cuius memoria eternitati donetur qui non modicis lucubrationibus sed maximis vigiliis precipuas morales philosophie partes que de cardinalibus virtutibus tractant tuis libris argutissime inseruisti quarum prima parte (que de fortitudine agit cum fortissimis hostibus manus conferendo eosdemque modo laevis nuncenibus necnon pugionibus argumetosis vincendo fortissime es aggressus & illos cum propriis armis differes suis telis subiugare conabaris adeoque vicisti ut de charissimis non sit qui vellet eis a desse auxilio quibus tandem semivulvis relictis victoriam adeptus diceris. & asecutus non minus patiens ne temperantiam ritentes opprimere subiecisti conculcasti materiamque illam tunc fructuosam tunc statui ecclesiastici accommodatissimam cum eisdem viris certamen continuas non minus clare quam subtiliter terminasti & non modicum utilitatis feruentibus studiosorum in theologia ais indicaris nec immerito attulisse. Hanc ob rem te scriptorum ecclesiasticorum numero censeo ascribendum denique tua morale ac preclaram vitam cum opusculis editis prout a fide dignis accepero stilo ferme eodem utens quo & ille ecclesiasticorum descriptor usus est paucis plurima complectens recensebo.

Martinus natione gallus turonensis diuine barbare gymnasiū primariū eiusdemque ampliator magnificus in utraque philosophia non mediocriter doctus sacrarum litterarum Parthiliensis eruditissimus professor subtilis ingenio sermone scolasticus aliorumque impuginator acerrimus preclara scripsit volumina e quibus subiecta feruntur.

De fortitudine	librum vnum
De temperantia	librum vnum.
De consequentiis	librum vnum.
De predicabilibus	librum vnum.

Alia insuper nonnulla edidit de iusticia (ut fertur) librum vnum super fundamenta mundi lectiones per vtilis sed hec ad nostram noticiam non puenit claruit tempore christianissimi regis gallorum Ludouici vndecimi cuius & confessor fuit sub quo & die clausit extremam. Postremo clericali ad diuine virginis edem in pace sepultus est eo in loco quo & Ludouicus ipse quiescit ut quibus regio lateri adherebat mortuus se iungeretur minime.

Prima questio



Vtrum fortitudo cōmunis sit virtus cardinalis. Arguitur primo q̄ non, Nature communes dormierunt cum Iohanne hijs & Iheronimo pragenſe in confiſſo conſtancienſi ſuos aſtutores pertinaces condempnantes ſed fortitudo cōmunis (ſi qua foret) eſſet natura cōmunis quia certum eſt q̄ ly fortitudo cōmunis nō eſt virtus cardinalis: ſicut nec terminus aliquis: Igitur fortitudo cōmunis non eſt virtus cardinalis.

In oppoſitum: Eſt cōmunis Philoſophorum Theologorum: & Doctōrum eccleſiæ ſententia philoſophorum ſuper ethicorum tertio tractatu ſecundo theologorum diſtinctione trigefima: iij. tertij ſententiarum Doctōrum eccleſiæ:

Nam Gregorius 22 moraliū Ambroſius ſupra lucam & auguſtinus libro de morib⁹ eccleſiæ vno ore fortitudinē inter virtutes cardinales enumerant. Sed doctōres locis præallegatis non capiunt fortitudinem pro fortitudine bellica tantum aut pro quolibet habitu particulari fortitudinis ſive bellice ſive magnanimitatis. Nec pro collectione omnium aut multorum habituum particularium fortitudinis vt inferius patebit ex conſiſſionibus Relinquit ergo q̄ fortitudo a doctōrib⁹ capitur pro habitu cōmuni fortitudinis Pro reſponſione ad queſtionē ſuppoſitis acceptionibus huius nominis fortitudo. ex prima queſtione huius libri pariter & huius termini virtus dicendum eſt pro declaratione tituli queſtionis quare aliqua virtus vocatur cōmunis ſeu generalis quod idē eſt & hoc pro primo notabili & quare aliqua virtus vocatur cardinalis ſeu principalis p ſecundo notabili Prima declaratur per aliquas propoſitiones (quod dico de vna virtute cardinali Intellige de alijs dictum) Prima propoſitio fortitudo non ideo dicitur cōmunis quia eſt natura cōmunis diſtincta formaliter a qualibet fortitudine particulari & cū qualibet earum identificata realiter hanc rationem ſuadet argumentum ante oppoſitum.

Secunda propoſitio fortitudo nō ideo dicitur cōmunis quia eſt nata prædicari de pluribus ſub ea contentis quia quelibet fortitudo eſt actus vel habitus voluntatis & certum eſt q̄ quelibet talis ab omni termino diſtinguitur igit. Tertia propoſitio fortitudo non ideo dicitur cōmunis quia immediate inclinatur in actus ſpecie differentes patet habitus immediate ſolum inclinatur ad ſimiles actus hijs ex quibus genitus eſt ſed ex nullis actibus ſpecie differentibus procreatur habitus vt prædicatur ſecunda ethicorum igit.

Quarta propoſitio fortitudo ideo dicitur cō-

munis ſeu generalis quia generaliter circa materiam fortitudinis verſatur & ſub diſiunctione ad ſuos act⁹ formaliter vel virtualiter ſive de actu ſive de habitu loquamur vt volitio qua ſortes vult fortiter facere aggrediendo vel expectando & habitus ex ſimilibus actibus genitus.

Correlarie ſequitur q̄ actus fortitudinis ideo dicitur ſpecialis quia ſpecialiter circa materiam & actus fortitudinis verſatur vt pote circa aliquā partem materie generalis vel circa determinatū actum eius vt hæc volitio volo fortiter agere aggrediendo fortitudo ſpecialis dicitur. Sequitur ſecundo q̄ ideo fortitudo dicitur generaliffima quia circa adequatam materiam fortitudinis ſub diſiunctione ſuorum actuum imperatiue formaliter vel virtualiter ſecundum omnem combinationem vel euentum verſatur vt aſus quo volo fortiter agere expectando aggrediendo fugiendo vel cunctando vel fugiendo & cunctando &c. qui formaliter ſic imperat ſicut actus iſte virtualiter: volo fortiter facere Et ideo propter breuiſſimum vt aſus iſto actu volo fortiter facere in ſequentibus ex quo & ſimilibus actibus generatur habitus generaliffimus fortitudinis qui vocatur a doctōrib⁹ fortitudo ſimplex non conſtituens aliquē gradū ſpeciale virtutis.

Pro declaratione ſecundī dicti etiā ponuntur aliquę propoſitiones pro ſecundo notabili.

Prima propoſitio eſt virtus non ideo dicitur cardinalis quia principaliter ſibi vendicat aliquam illarum conditionum quæ pertinent ad rationem virtutis in cōmuni ſcilicet q̄ ex certa ſcientia & electione vel propter finem aut quia firmiter & immobiliter ſit Hanc propoſitionem relinquo probatama doctōre inde fortitudine & temperantia Queſtionibus ſecundis contra thomam.

Secunda propoſitio virtus non ideo dicitur cardinalis quia habens eā eſt ſimpliciter bonus & oppoſitum habēs eſt ſimpliciter malus: hæc propoſitio ſimiliter probata eſt cōtra buridanū a doctōre locis præallegatis.

Tertia propoſitio virtus non dicitur cardinalis ſecundum proprietatem ſermonis ſed metaphorice ſeu ſimilitudinarie ad cardines hoſtij vel ad cetum cardinalium & maxime ab vltima comparatione denominationem accipio licet forte contra vocabula ceperunt ſuas denominationes eo q̄ virtutes prius cardinales dicte ſunt q̄ cetus cardinalium denominationem ſibi vendicavit ſed ſicut in eccleſia dei vnum ponimus pontificem ſummum cui aſſiſtunt cardinales in directione grauium & arduarum cauſarum eas expediendo ſic in regimine mentis vnam ſummam &



generalissimam virtutem existimo ponendam cui assistunt virtutes cardinales in suis materijs proprijs generalissime summum pontificem in virtutibus iuuantes in inclinationem aliarum virtutum quia in quantum virtus est generalior in tantum in plures inclinat virtutes speciales.

Quarta propositio: Virtutes non ideo dicuntur cardinales; quia sunt potiores id est perfectiores in regimine mentis: nec quia inclinant immediate: nec quia limitant: sic actus omnium aliarum virtutum: quod si propter aliquam circumstantiam occurrentem oportet dimittere actum virtutis cardinalis: vel alterius potius esset dimittendus actus alterius virtutis quam actus virtutis cardinalis: licet hæc conclusio videatur contra doctorem & ex consequente contra Guillelmum Parisiensem quem in sequitur in libro de virtutibus & vitijs tractatu decimo septimo suadet tamen quoad singulas partes.

Prima pars probatur: siue teneatur cum doctore in de temperantia questione secunda: quod ly virtus cardinalis est terminus collectiuus supponens pro collectione habituum siue teneatur cum doctore in de fortitudine questione secunda: quod ly virtus cardinalis est terminus diuisiuus pro quolibet habitu fortitudinis supponens.

Si enim dicatur: primum tunc vel talis est collectio omnium habituum fortitudinis possibilium: vel collectio aliquorum & aliorum non non primum: dabilis quia non est collectio omnium possibilium vt suppono: nec secundum est dicendum quia quacumque collectio virtutum circa materiam fortitudinis data: dabilis est aliqua collectio perfectior: puta illi adiungendo alias virtutes circa eandem materiam postquam prima collectio non est maxima possibilis: Etiam nulli collectioni tali conueniunt duæ aliæ conditiones scilicet Inclinare: & limitare actus aliarum virtutum vt postea patebit.

Si secundum contra non quilibet in habitus fortitudinis est æque perfectus essentialiter vel inesse virtutis sicut dilectio dei super omnia pro tempore pro quo quis non tenetur diligere deum: & tamen talis dilectio non est virtus cardinalis: vt supponitur. Maior patet: Quia in infinitum perfectius obiectum habet quam actus fortitudinis: vel habitus eius.

Item multi actus fortitudinis solum referuntur ad defensionem reipublice: & actus liberalitatis affabilitatis vel veritatis referuntur in deum ergo priores actus non erunt perfectiores actibus secundis & tamen talis relatio in finem non variat virtutem cardinalem in non cardinalem.

Secunda pars conclusionis probatur quia habitus solum inclinat immediate in actus similes hijs ex quibus est genitus maxime habitus acquisitus vt patet ex præcedenti notabili: sed certum est quod actus ille qui cardinalis dicitur non est acquisitus ex actibus omnium aliarum virtutum igitur.

Item si immediate inclinaret in actus aliarum virtutum sicut in actus suos adequatos eque naturaliter & prompte exiret in actus cuiuscunque virtutis sicut in actus sibi proprios quod est contra experientiam quia arguitur morales philosophi solum cognoscunt habitus nobis inesse propter promptitudinem quam habemus post frequentatos actus potius quam ante.

Tertia pars conclusionis sic suadet quia si virtus cardinalis sic limitaret actus virtutum etiam non cardinalium ad sensum tactum in conclusione: sicut pretendit doctor: sequeretur quod redeundum esset ad opinionem Buridani quam ibi impugnat scilicet quod actus aliarum virtutum non cardinalium sunt solum pro decorum & vitia opposita sunt malitiæ secundum quid scilicet peccata venialia: & actus virtutum cardinalium: redderent homines simpliciter bonos: & malitiæ oppositæ essent malitiæ simpliciter puta peccata mortalia.

Cuius oppositum dicit Doctor contra Buridanum conclusione secunda prædictæ questionis Probatur tamen sequella quia si propter aliquam circumstantiam occurrentem oporteret dimittere actus alterius virtutis & exequi actum virtutis cardinalis hoc esset propterea quia minus malum esset contrauenire actui alterius virtutis quam actui virtutis cardinalis & si sic hoc est quod buridanus vult dicere quod actus oppositus virtuti non cardinali: habet solum maliciam venialem vel potius nullam maliciam quia tales virtutes sunt de consilio tantum vt claret ex deductione buridani questione decima nona tercijs ethicorum.

Et confirmatur probatio huius conclusionis retorquendo argumenta doctoris contra Buridanum in factorem sequitur bene: aliquis actus oppositus magnanimitati est peccatum veniale tantum vt probat Doctor primo argumento contra Buridanum adducendo sententiam Aristotelis quarto ethicorum quod aliquis amor excessiuus pecuniarum seclusa iniusticia ad alterum est peccatum mortale & tamen talis amor est oppositus liberalitati tantum tunc sic: si virtus cardinalis limitaret actus alterius virtutis ad sensum datum in conclusione: sequeretur si propter aliquam circumstantiam vel oporteret contrauenire magnanimitati prout opponitur ei peccatum veniale vel oporteret contrauenire illi liberalitati cui est op-

positum peccatum mortale secundum Doctorem potius oporteret contravenire liberalitati faciendo peccatum mortale quam magnanimitati faciendo illud quod alias esset peccatum veniale quod non est dicendum.

Quinta propositio: Virtus ideo dicitur cardinalis: quia generaliter inclinatur in actus aliarum virtutum eos producendo quando recta ratio dicitur: & eorum corruptiōni resistendo: quos naturaliter conseruat: & limitat. Probat: quia aliqua ratione virtutes dicuntur cardinales seu principales: & non propter generales conditiones virtutum: vt dicit primo propositio secundum non obliuiscibilis: nec quia per eas: habens dicitur simpliciter bonus vt dicitur secunda propositio: nec dicuntur cardinales a proprietate rerum: vt dicitur tertia: nec dicuntur cardinales: quia sunt potiores id est perfectiores: nec quia inclinant immediate: nec quia limitant actus aliarum virtutum ad sensum prius declaratum. Relinquitur ergo quod dicuntur cardinales: propter generalem inclinationem medietatem & productionem actuum aliarum virtutum & maxime virtutum eiusdem generis: ad quorum actus regulariter & prompte inclinatur ratione recta dictante de aliqua circumstantia particulari: sed in actus aliarum virtutum non sic regulariter inclinatur: sed duabus tantum de causis quantum possumus ex dictis doctorum excerpere: vt patebit in responsione ad argumenta. Iste praemissis ponuntur conclusiones pro responsione ad titulum questionis.

Prima conclusio: Nulla collectio habituum fortitudinis est virtus cardinalis: cuius oppositum intendit doctor in secunda questione in de temperantia in solutione ad primum argumentum.

Probat conclusio: quia nulla talis collectio est virtus. Postquam non est habitus: ergo non est virtus cardinalis negativè ad superius ad inferius. Nec valet dicere quod ly cardinalis facit terminum capi collectiue cui adiungitur quia ly cardinalis vt attribuitur homini habenti dignitatem non collectiue accipitur: nec facit terminum cui additur collectiue capi.

Item si sic ly communis debet facere ly homo capi collectiue quia est maior apparentia: & sic ista esset vera: fortes & plato sunt homo communis.

Item licet ly virtus cardinalis esset terminus collectiue tamen ly fortitudo non capitur collectiue: & sic ista est vera nulla fortitudo est virtus cardinalis.

Confirmatur ratio: quia fortitudo belli-

ca & magnanimitas non essent partes subiectiue fortitudinis: vt est virtus cardinalis: sed essent partes integrales tantum vt constat intelligenti. Sed consequens est contra doctorem in de fortitudine per totum vbi melius videtur sentire quam questio ne secunda in de temperantia vbi dicitur quod temperantia est virtus cardinalis tamen nec quilibet temperantia est virtus cardinalis: nec aliqua sic & aliqua non quod implicat terminis virtutis capitis: quia sequitur bene temperantia est virtus cardinalis: ergo aliqua temperantia est virtus cardinalis ab eequivalentibus.

Item ex altera parte sequitur: non quilibet temperantia est virtus cardinalis: ergo aliqua temperantia non est virtus cardinalis per primam regulam equipotentiarum & sic semper est danda aliqua temperantia quae est virtus cardinalis: & aliqua quae non est virtus cardinalis: vel male concedit quod temperantia est virtus cardinalis & non quilibet.

Secunda conclusio. Non quilibet fortitudo est virtus cardinalis: cuius oppositum concedit Martinus secunda questione de fortitudine in solutione ad primam contra quartam conclusionem. Probat conclusio quia non cuiuslibet habitus fortitudinis conueniunt illae tres conditiones quas tangit Martinus in conclusione tertia eiusdem questionis: scilicet quod sit potior in regimine mentis: quod inclinet & similiter actus omnium aliarum virtutum: multi sunt habitus magnanimitatis quibus non conueniunt illae conditiones potius quam habitibus libertatis: vt ipsemet concedit in solutione: ad tertium contra tertia conclusionem: saltem de illa conditione quod est inclinare in actus aliarum virtutum: & eadem est ratio de alijs conditionibus duabus vt patet ex probationibus positus in quarta propositione secundum notabilis.

Tertia conclusio. Fortitudo communis vniuerso communissima est virtus cardinalis vna de quattuor enumeratis a Philosophis moralibus & Doctoribus allegatis in oppositum questionis. Probat conclusio nulla collectio habituum fortitudinis est virtus cardinalis: vt dicitur prima conclusio: nec quilibet habitus fortitudinis est virtus cardinalis: vt dicitur secunda: ergo aliqua sic & aliqua non & non est aliqua dabilis cui conueniunt conditiones praenominatae nisi fortitudo communissima ex generalissimis actibus fortitudinis generata: quae ideo dicitur potior in regimine mentis propter principatum quem habet in productione aliarum virtutum: & in earum conseruatione & protectione & sic ly & debet capi expositiue

sic q. due secunde conditiones exponit illud qd importatur per primam: quia dicitur potior: propter inclinationem & limitationem actus aliarum virtutum. &c. Et sic patet q. nomina bene consonant rebus in comparatione similitudinis vitime ad eorum cardinalium: quia sic cardinales assistunt summo pontifici in decisione causarum particularium suppositorum ecclesie: sic virtutes cardinales assistunt virtuti generalissime & potissime in regimine mentis inclinantes in actus particularium virtutum.

¶ Secundo probatur: quia in materia fortitudinis habitus genitus ex talibus actibus volo fortiter facere aggrediendo expectando fugiendo vel cunctando inexistens voluntati recte ratione dictate ratione alicuius circumstantie particularis q. fortiter est aggrediendum prompte inclinante mediante actu elicto in fortem aggressum & idem actus generalis dictante ratione recta ratione alterius circumstantie occurrentis q. fortiter est faciendum expectando inclinante in fortem expectationem: sic exemplificare potes de cunctatione: & fuga. Idem est si habens habitum generale fortitudinis tentetur per pecunias vel blanditias inclinabit fortitudo generalis in actum fortitudinis continentie gradus. Et si tentetur per minas verberum inclinabit in actum perseverantie: & si tentetur per minas mortis aliter q. in bello in quo faciendum est fortiter inclinabit in actum fortitudinis heroici gradus etiam intellexi de verberibus extra tale bellum. ¶ Et sic patet q. fortitudo generalissima est illa de qua dicunt doctores q. est fortitudo simplex non contracta ad aliquem gradum specialem virtutis. Sed quomodo hoc debeat intelligi patebit ex solutionibus argumentorum.

Secundo sequitur q. admodum doctores dicunt q. duntaxat sunt quattuor virtutes cardinales sic non sunt nisi quattuor habitus circa quattuor adequatas materias illarum virtutum intelligo non coincidentes specie scilicet fortitudo generalissima: temperantia generalissima: sic de iustitia & prudentia sentias vt paucis absoluamus.

Contra terciam conclusionem. Arguitur Si fortitudo generalissima debeat vocari virtus cardinalis propter generalem inclinationem & limitationem omnium actuum in materia fortitudinis: sequeretur q. esset habilis aliqua virtus que debet vocari papalis propter generalem inclinationem quam habet in actus omnium virtutum moralium circa quam unq. materiam sed consequens est falsum & contra modum loquendi doctorum moralium falsitas consequentis patet q. a

illa virtus papalis se haberet tanq. genus generalissimum in coordinatione virtutum sub quo statim collocarentur quattuor virtutes cardinales sub quibus partes subiective earum & rursus partes subiective illarum partium vsq. ad specialissimas virtutes illius coordinationis sed hoc non est dicendum quia nulla virtus cardinalis est virtus papalis: nec pars subiectiva virtus cardinalis esset virtus cardinalis quod tamen requiritur in coordinatione predicamentali scilicet q. superiora de inferioribus predicentur.

Et confirmatur sequeretur q. esset habilis aliqua virtus generalior in inclinando q. sit aliqua virtutum cardinalium etiam contenta sub habitu generalissimo virtutum sequela patet de habitu genito ex talibus actibus volo iuste vel fortiter facere vel ex talibus volo iuste vel temperanter agere habitus talis non solum inclinaret in actus temperantie sed in actus iusticie: etiam regulariter & prompte.

Item si esset aliquis habitus generalissimus virtutum habilis maxime esset habitus genitus ex talibus actibus volo bene agere sed talis habitus non esset generalissimus virtutum imo habitus genitus ex istis actibus volo bene vel male agere esset generalior & talis habitus esset studiosus quia disiunctiva debet insequi fortiolem partem & per consequens actus latus super bonum vel malum sub disiunctione meliorem partem insequitur.

Secundo sic tales virtutes generales sunt ceteris virtutibus imperfectiores in genere rei & in esse virtutis: ergo non debent dici cardinales per excellentiam: consequentia est apparetis: probatur antecedens: quia noticia in quantum est generalior in tantum imperfectior: ergo idem est de actibus voluntatis alias fructio dei clara in patria vel eius dilectio non esset perfectior sua fructione vel dilectione in via nec magis quietaret fructio beatifica voluntatem q. fructio generalis omnium spirituum quod tamen est falsum.

Confirmatur. Superuacane essent tales habitus generales: ergo non sunt ponendi: tenet consequentia: probatur antecedens quia non essent formaliter imperatiui executionis vt habitus generalissimus fortitudinis non sufficit mouere membra per actum suum ad aggrediendum nec similiter ad expectandum vel fugiendum dictante recta ratione de aliquo illorum quia actus ille fortitudinis generalissimus est vel le quo quis equaliter vult aggredi vel expectare fugere vel cunctari sed si fortes vellet equali

ter alterum istorum scilicet currere vel sedere non propter hoc potius mouerentur membra ad currendum quam ad sedendum ergo idem est in proposito postquam aggredi & expectare sunt impossibiles sicut sedere & stare non magis per illud uel le mouebuntur membra ad unum quam ad reliquum.

Tertio sic omnis virtus moralis debet esse extremorum vitiorum media: sed fortitudo generalissima non est extremum vitiorum media: quia maxime esset media inter timorem & audaciam: & hoc non: quia virtutes generalissime debent habere extrema generalissima sicut virtutes speciales extrema specialia: sed timor non est extremum generalissimum in materia fortitudinis: ymo timor vel vecordia est extremum generalissimum & similiter audacia non est generalissimum in materia: quia generalius est audacia vel intimitas. Nec valet dicere quod hec duo distincta: audacia vel intimitas timor vel vecordia sunt extrema fortitudinis generalissime quia si sic sequeretur quod esset dabile vitium generalissimum sicut data est virtus generalissima quod non est dicendum: quia tunc vel tale vitium esset malum in superhabundando & sic non comprehenderet mala in deficiendo: vel esset malum in deficiendo: & sic non comprehenderet vitia in superhabundando.

Confirmatur: sequeretur quod essent aliqua vitia dicenda cardinalia & plura quam virtutes cardinales sequella patet: quia generalia vitia tantum inclinatur & limitantur actus particularium vitiorum sicut virtutes generales limitantur actus virtutum particularium & cuiuslibet virtuti generali duo extrema generalia opponuntur. Igitur

Quarto sic. Vel virtus cardinalis inclinatur in actus omnium aliarum virtutum immediate & hoc non ut patuit ex primo notabili vel mediate id est mediante suo actu adequato elicitio: & hoc non quia tunc talis actus elicitus subito actus omnium aliarum virtutum produceret ymo infinitos actus simul: vel dabis rationem potius de aliquibus quam de aliis & quare potius uno tempore quam alio: forte dicitur in latitudine materie virtutis cardinalis multe cadunt virtutes particulares ratione circumstantiarum occurrentium & in actibus illarum virtutum virtus cardinalis inclinatur regulariter & prompte mediante suo actu propter participationem materie. Contra ad minus habetur quod virtus cardinalis non regulariter inclinatur in actus aliarum virtutum non participantium in materia quam virtus non cardinalis. Et confirmatur ratio actus elicitus virtutis cardinalis est agens naturale & intellectus est passum bene dispositum

ut suppono ad suscipiendum actum cuiuscumque alterius virtutis ergo cum primum talis actus virtutis cardinalis est in intellectu bene disposito productus tam cito cuiuscumque alterius virtutis actum producit quia non est maior ratio quam unius virtutis actum producat quam alterius nec valet dicere quod non est causa sufficiens actus alterius virtutis sed requiritur dictamen prudentiale particulare alterius virtutis. Ex hoc sequitur quod si in intellectu lectu ad ymaginationem essent infinita particularia discrimina aliarum virtutum cum primum in illa voluntate produceretur actus adequatus virtutis cardinalis tam cito infiniti actus aliarum virtutum particularium naturaliter producerentur quod non est dicendum ut constat: igitur.

Quinto sic. Tertia conclusio non inicitur autoritati nec rationi & simpliciter omni probabilitate caret: ergo non est tenenda: consequentia est apprensiva & patet antecedens quia datur doctorum vel rationes apparentes. Et confirmatur non est dabile aliqua virtus specialissima circa materiam fortitudinis Ergo neque aliqua virtus generalissima. Consequentia tenet ex terminis probatur antecedens: des unam virtutem specialissimam circa materiam fortitudinis.

Sexto sic. generalissimus habitus virtutum non inclinatur ad actus prudentie postquam prudentia est habitus intellectualis & datus habitus generalissimus est habitus voluntatis modo habitus voluntatis non inclinatur in actus intellectuales nec contra postquam spectant ad diuersas potentias.

Et confirmatur bene sequitur est dabilis generalissimus bonus habitus voluntatis: ergo est dabilis generalissimus habitus bonus intellectus intelligo semper generalitate inclinationis sed non est possibile dare generalissimum habitum intellectus generalitate inclinationis ergo nec erit dabilis generalissimus habitus voluntatis in ordine ad talem inclinationem.

Septimo sic. habitus specialis non solum inclinatur in actus ei adequatos: sed & generalis actus in adequatos ab eis specie differentes ergo habitus generalis non solum inclinatur in actus eis adequatos immediate sed et inclinatur in actus eis adequatos: adequatos tamen respectu aliorum habituum particularium: tenet consequentia quia videtur esse eadem ratio utrobique probatur autem prior auctoritate doctorum in solutione argumenti contra quintam conclusionem prime questionis & ad hoc videtur esse ratio quia habitus specialis specialiter includit actum habitus generalis ergo non potest inclinare in actum ei adequatum quin inclinatur in actum generaliter confirmatur: vel illa virtus generalissima versatur

solum circa pericula mortis in bello / & hoc non quia tunc non haberet generalissimam materiam neque hoc modo accipiunt doctores fortitudinem in ratione virtutis cardinalis ut satis deducit doctor contra Buridanum questione secunda huius vel versatur circa arduum siue istud sit periculum mortis in bello siue sit aliqua periculosa administratio & grauis ut per hoc distinguatur a temperantia cardinali: & hoc non quia alia est ratio magnanimitatis & alia fortitudinis bellice per consequens fortitudo communis non versatur circa vitamque materiam.

Item non videtur martinus recte posuisse se illam distinctionem inter fortitudinem & temperantiam prima questione de temperantia quia sic nullam daret virtutem non contentam sub altera illarum postquam facit distinctionem per contradictoria.

Octavo arguitur sic habitus genitus ex talibus actibus nolo temperanter iuste & fortiter agere est generalissimus in inclinando / ergo conclusio non recte sapit de habitibus generalissimis consequentia est apparens / probatur antecedens quia actus ille generaliter copulatiue latus super materias diuersarum virtutum imperatiue formaliter: & simul inclinatur in actus particulares multarum virtutum: & actus disiunctiue latus super eandem materiam non imperatiue formaliter & simul inclinatur ergo talis actus virtualiter copulatiue est vniuersalior & perfectior in inclinando quam alter actus latus disiunctiue super eandem materiam.

¶ Et confirmatur actus qui fortiter vult fortiter facere / si fortiter faciendum est adeo generaliter inclinatur in actus cuiuscumque virtutis sicut actus latus disiunctiue super talem materiam igitur conclusio male vocat solum actus latus disiunctiue formaliter vel virtualiter actus generalissimos fortitudinis.

Ad argumenta respondetur ad primum conceditur consequentia cum consequente / & nego falsitatem consequentis nec modus loquendi est contra doctrinam multorum philosophorum moralium sed preter eorum sententiam & ad nomen / satis est pro tali denominatione habenda dare rationem similitudinis quia sicut fortitudo vel iusticia habet nomen dignitatis cardinalis latus propter promptam & regularem inclinationem quam habet in actus particularium virtutum circa materiam fortitudinis vel iusticie sic habitus genitus ab istis actibus generalissimis vobis bene agere generalissime inclinatur in actus om-

nium virtutum prompte & regulariter circa quamcumque materiam virtutis. Ad probationem falsitatis consequentis distingo quod talis virtus cardinalis esset tanquam genus generalissimum in coordinatione virtutum vel secundum naturam predicationis & sic nego: quia modus predicationis solis terminis attribuitur / vel secundum naturam inclinationis in actus aliarum virtutum / & sic concedo: quia talis habitus generalissime inclinatur indifferenter circa materias omnium virtutum mediante actu suo elicto & dictamine prouidentiali particularis virtutis.

Et ulterius concedo quod sub illo habitu statuuntur virtutes cardinales generaliter & regulariter inclinantes in actus circa materiam propriam / & sub illis alii habitus donantur specialiores quo ad inclinationem / ut habitus genitus ex adequatis actibus fortitudinis bellicę vel habitus genitus ex adequatis actibus magnanimitatis & sic ulterius procedendo usque ad specialissima secundum inclinationem nolo tamen dicere quod isti termini fortitudo bellica magnanimitatis sint partes subiunctiue ad istum terminum fortitudo cardinalis: sed potius istius termini fortitudo ut generaliter significat omnem habitum moderantem passiones arduas sub quo etiam fortitudo cardinalis continetur tanquam pars subiunctiua ab aliis distincta.

Ex hec patet quid sit dicendum de veritate istarum propositionum nulla virtus cardinalis est papalis nulla pars subiunctiua virtutis cardinalis est virtus cardinalis sunt ambe vere & distingo quod requiratur superiora de inferioribus vel re predicari / vel superiora in predicando / & sic conceditur: vel superiora in inclinando & sic negatur: modo ratio intendo loqui de coordinatione virtutum secundum naturam predicationis sed secundum naturam inclinationis.

Ad confirmationem transeat consequentia cum consequente nolo dicere quin sit dabilis aliquis habitus sub habitu generalissimo qui est generalior secundum naturam inclinationis quam aliqua virtutum cardinalium: sed satis est mihi quod quilibet virtutum cardinalium est habitus multum generalis quo ad inclinationem ymo generalissimus in sua materia ratione cuius denominationem accipiunt Et habitibus generalioribus possunt nomina dignitatum / patriarcharum / & legatorum imponi sed transeo.

¶ Ad aliud conceditur maior & negatur minor. Ad probationem dato quod habitus generis ex illis actibus esset generalior inclinatio non sequitur quin alter habitus sit generalissimus in coordinatione virtutum quare nego hunc actum esse studiosum volo bene vel male agere quia voluntas per illum actum non conformatur se dictamini recto: nec actum elicit quia circa bonum versatur sed quia indifferenter circa bonum vel malum forte tamen non caret probabilitate dicere illum actum esse bonum propter argumentum placet mihi oppositum.

¶ Ad secundum nego consequentiam quia virtutes non dicuntur cardinales propter excellentiam quam habent inesse vel nec quia eorum actus sunt perfectiores actibus aliarum virtutum particularium siue perfectio capiatur ex difficultate operis siue capiatur ex perfectione obiecti siue a pluritudine circumstantiarum informantium actum quia omnibus his modis actus in se specialior tanto perfectior. Sed dicuntur cardinales propter excellentiam inclinationis regularis quam habent in ordine ad actus omnium aliarum virtutum: & propter protectionem & conservationem illorum actuum ut patuit ex Secundo notabili.

¶ Ad confirmationem conceditur consequentia negatur antecedens ad probationem antecedentis transeat quod habitus virtutis cardinalis non sit formaliter imperatiuus immediate executionis operis exterioris est quod sit formaliter elicitiuus sui actus adequati a quo formaliter imperantur actus imperatiui executionis aliarum virtutum non cardinalium exempli gratia si fortes solum haberet habitum genitum ex talibus actibus volo fortiter facere vel aggrediendo vel expectando dictante recta ratione quod fortiter esset aggrediendum habitus illegalis mediante actu suo elicitio inclinaret in primum actum fortitudinis particularis aggressiue qui est formaliter actus exequatiuus ipsius aggressus hanc solutionem satis videtur colorare confirmatio adducta quia volitio qua fortes vult sedere vel stare non magis unum quam reliquum imperat: sic in proposito.

¶ Contra istam solutionem replicatur si esset exercitus hostium ante me & haberem istam volitionem precise volo aliquem istorum occidere per emissionem istius sagitte illa volitio sufficit mouere membra ad sagittandum ergo actus generalis non minus est formaliter imperatiuus executionis quam actus specialis respondetur quod non est simile quod ista volitio est particularis respectu emissionis istius sagitte & propterea sufficit monere

membra ad emittendum sagittandum. Sed forte replicabis ego solum volo emittere sagittam hoc vel illo modo sub disiunctione ergo non sufficiebat monere membra ad emittendum eo modo quo emissa est. ¶ Et similiter potest probari quod volitio quae volo aggredi non sufficit mouere membra quia per illam volitionem solum imperatur aggressus hoc vel illo modo secundum dictamen rationis.

Respondeo quando emittitur sagitta hoc modo actus voluntatis non solum imperat hoc vel illo modo sed particulariter imperat emissionem hoc modo ratione circumstantiarum. &c.

¶ Et dicendum est consequenter quod volitio qua aliquis vult emittere sagittam hoc modo vel illo modo non sufficit ad emittendum sagittam hoc modo, vel illo modo.

¶ Et eodem modo dicendum est quod volitio qua quis vult aggredi hoc vel illo modo non est sufficienter imperatiua executionis actus exterioris sed requiritur volitio qua vult aggredi hoc modo.

¶ Ad tertium conceditur maior & negatur minor ad probationem minoris nego assumptum si audacia capiatur ut distinguitur contra intimitatem & timor ut distinguitur contra vecordiam etiam dato quod fortitudo bellica esset virtus cardinalis ut probabiliter imaginatur buridanus sed si audacia capiatur generaliter ut comprehendit intimitatem sit quod actus eius esset subire periculum mortis in bello quando recta ratio dicit non esse subeundum & timor comprehendat sub se vecordiam cuius actus generalis esset non subire periculum mortis in bello quando recta ratio dicit esse subeundum quia sic terminis generaliter captis significarent extrema generalia virtuti cardinali opposita sed quia sentio cum doctore extendente fortitudinem in ratione virtutis cardinalis ad magnanimitatem communiore inquirenda sunt extrema: quemadmodum communius est medium & possumus circumloqui per disiuncta extremorum fortitudinis bellice & magnanimitatis ita quod disiunctum ex audacia & caymote erit extremum in superhabundando extendendo nomen caymotis prout dicit martinus non esse extendendam questionem quadragesima tertia. &c. Ad intentionem huius doctoris extremum in superhabundando esset subire inconsiderate & excessiue difficultates arduas siue in bello siue extra bellum.

¶ Et extremum in deficiendo esset inconsiderate non subire huiusmodi arduas difficultates quando recta ratio dicit tunc ad probationem quae equaliter

monet contra vtramq; opinionem consequenter ad dicta nostra concedo consequens illarum scilicet qd deueniendum est ad extrema generalissima virtutum qd admodum p̄babiliter data est virtus generalissima cui opponuntur.

¶ Et quando queris vel illud vitium generalissimū est vitium in superhabundando vel in deficiendo sup̄pōis falsū qd duo vitia generalissima: vnū generalissimum in superhabundando: & aliud in deficiendo, Et sic patet qd probatio posita vterius non procedit.

Sed contra istud replicatur: Dato illo vitio generalissimo in superhabundando: dabile est vnum vitium generalius complexens superhabundantiam & defectum simul sub disiunctione: & talis habitus esset vitiosus: vt notum est. Igitur alterum non fuit generalissimum.

Et confirmatur Replica. Virtus generalissima est genita ex talibus actibus volo bene agere: sed non contingit dare vitium in superhabundando in bene agendo: nec vitium in deficiendo in bona actione: igitur:

¶ Item conclusio responsiva huius questionis aliquid ymaginatur contra Butidanum: & Martinum: ergo eorum modi dicendi non sunt citandi in medium.

¶ Pro solutione Argumenti. Ad replicam: dico duo. Primū est Argumentum suadet apparet: qd dabitur vnum vitium generalius secundum naturam inclinationis q̄ quodcumq; dabile quod potest vocari generalissimum in superhabundando, & ex consequenti generali in deficiendo.

¶ Secūdo: Dico qd satis est ad propositum quod datur duo vitia generalissima sic qd nullum est vitium generalius in illo genere malicie: nec oportet tantam vnionem regiminis habere in politia aristocratica vel thimocratica sicut in vera politia regali: & aristotelica modo coordinatio virtutum directioni prime politie comparatur vbi ponuntur plures directores eque principales.

¶ Sed coordinatio virtutum regali regimini: & aristotelice politie est comparanda.

¶ Ad confirmationem: transeat maior: & similiter minor. ¶ Dico qd vitium in superhabundando non est superhabundare in bene agendo: Sed est habundare circa illam materiam circa quam actio est bona hoc vel illo modo. Exempli gratia. temerarie agere circa materiam fortitudinis: temperantie vel iusticie: id est velle latum super illis materijs, sub disiunctione est extremū in superhabundando. Et velle quo quis non fert super illas materias sub disiunctione recta ratione dictate qd sit sic volendum est extremum in deficiendo.

¶ Ad aliud tactum in replica. Verū est quod conclusio aliqui dicit intendit contra eorum modum.

Dicendi tamen est mihi impertinens siue fortitudo: vt est virtus cardinalis solum dicatur de fortitudine bellica: siue etiam extendatur ad magnanimitatem dummodo capiatur solum pro habitibus generalissimis circa tales materias adæquatas.

¶ Ad confirmationem principalis argumenti Transeat consequentia cum consequente: & forte non minor erit conueniens similitudo illorum ad cetum cardinalium q̄ sit comparatio virtutum cardinalibus: quia sic vicissitudines rerū fiunt qd luminaria magna predecessorum in corpora opaca succedentium conuertantur: vel si non placet vitia maioribus in ecclesia dei comparare Oloferni & Nabusardo fiat illorum comparatio satis est qd aliqua demus vitia generalia que precipantur participatione inclinationis in ordine ad alia vitia: sicut virtutes ḡnales in ordine ad virtutes speciales

¶ Ad quartum cum sua confirmatione simul respondetur: quia ferme eandem petunt difficultatē, Responsum est arguendo in quarto argumento vsq; ad vltimam replicam: quæ querit Vtrum virtus cardinalis regularius inclinēt in actus virtutum non participantium in materia q̄ virtus non cardinalis.

Et quare potius vno tempore q̄ alio in actus illæ virtutum inclināt,

¶ Ponūt doctores duas causas quare vnus virtus inclināt in actus alterius. Prima causa est Si in voluntate sit aliqua virtus: & occupat vitium natum impedire actum illius virtutis in sua electione: vel conseruatione: tunc virtus quæ inest inclināt in actum virtutis oppositæ illi vitio per suum actum elicitem

¶ Secūda causa quando vna virtus est nata meliorare: & facilitare actum alterius virtutis: vt habitus circa cultum diuinum inclinet mediante actu suo elicitō in actū paupertatis temperantie & obedientie. Quia illa facilitat actum cultus diuini: alias ad hæc non astringeretur religiosus.

¶ Sed quia istæ causæ nō regulariter occurrunt: debent intelligi de virtutibus non participantibus in materia facile esset istas causas impugnare: sed transeo,

¶ Ad confirmationem: etiam responsum est Arguendo vsq; ad vltimam replicam. Dico qd dictamina particularia aliarum virtutum cum actu elicitō non sufficiunt ad producendum actum circa materiam alterius virtutis: sed requiritur libertas voluntatis: hoc est requiritur eius concursus liber in productione sc̄tus quia voluntas libere ponit suum concursum circa materiam illius virtutis: & nō circa alia: non sequit̄ productio infinita actuū etiā dato qd essent infinita dictamina. Sed

Forte quæris unde prouenit quod actus vnius virtutis potest immediate concurrere ad productionem actus alterius virtutis: & vna virtus non potest immediate concurrere ad actum alterius virtutis? Et difficile est dare rationem satisficientem intellectui.

¶ Ad quæritum nego antecedens per quilibet parte. Ad primam omnes auctoritates doctorum potius applicantur huic sententiæ quæ cuiusque; alter vel si occurrat aliqua auctoritas in contrarium adducas: & facile ad eam respondebitur. Ad secundam partem adducta est ratio sufficiens in probatione conclusionis tertie. Tertia pars negatur quia satis apparet opinionis probabilitas in responsione ad argumenta contra tertiam conclusionem. ¶ Ad confirmationem transeat consequentia & negat antecedens dico quod habitus generatus ex talibus actibus volo istum hostem aggredi hoc tempore hoc loco hoc modo quia recta ratio dicitur pro defensione rei. est fortitudo specialissima: nec hic in diuisa quaerimus quia standum est in specialissimis. ¶ Ad sextam negatur antecedens ad probationem dico quod actus voluntatis bene inclinatur in actus intellectus & econuerso & dato quod sint potentie diuersae tamen mutuo se iuuant ut facile potest practicari de imperio voluntatis respectu actus fidei & econuerso licet nollem concedere imperium voluntatis inclinare ad illum actum fidei a quo causatur. ¶ Ad argumentum autem oppositum concessa maiore negatur minor cum consequentia quia licet fortitudo communis non sit terminus communis: nec natura communis identificata cum virtutibus particularibus realiter sub ea contentis: & ab eis formaliter distincta cuiusmodi predicti viri fuerunt assertores est tamen fortitudo communis habitus generaliter inclinans ad actus virtutum particularium: ut patet ex dictis in notabilibus. ¶ Ad confirmationem transeat consequentia: Dico quod habitus generatus ex istis actibus est bene agendum est habitus intellectus bonus generalissimus generalitate inclinationis quia talis habitus inclinatur saltem mediate ad omnes actus intellectus perficientes. ¶ Ad septimum concedo consequentiam & nego antecedens. ¶ Dico quod auctoritas doctorum non est recipienda quia videtur esse contra sententiam aristotelis secundo ethicorum dicentis quod habitus est solum productiuus similibus actuum hijs ex quibus est generatus: nec valet dicere quod hoc intelligit de actibus adequatis illius habitus quia contra eum arguitur ratione sic vel quilibet habitus est productiuus actuum dissimilium specie differentium vel aliquis sic & aliquis non est potest dici secundum: quia utrobique est eadem ratio ut constat nec primum: quia capio habitum generalissimum inclinando: tunc sic certum est quod talis habitus est productiuus suorum actuum adequatorum: vel ergo est etiam productiuus immedi-

ate actuum inadequatorum vel non est: si non habet intentum: quod non quilibet habitus est productiuus etiam: &c. Si sic vel ille actus inadequatus cuius est productiuus est generalior quam suus actus adequatus: & hoc non quia suus actus est generalissimus ex suppositione ergo si inclinatur in aliquem actum inadequatum ille actus erit specialis respectu illius habitus: Et sic habitus generalis inclinabit immediate in actum specialem quod erat probandum cuius oppositum dicit Doctor in solutione tertij argumenti contra eandem propositionem allegatam hec ratio me mouebat ad ponendum tertiam propositionem primi notabilis huius questionis.

¶ Ab confirmationem patet ex solutione tertij argumenti quia utrumque est probabile prolixum tamen esset insistere quæ illarum opinionum esset alteri preponenda sentio tamen cum doctore sic ut prius quod fortitudo in ratione virtutis cardinalis versatur circa arduum siue sit periculum mortis in bello siue aliqua periculosa administratio. Tunc ad rationem dico quod aliqua est vna ratio communis fortitudini bellicæ & magnanimitati sub ratione ardui Et propterea non inconuenit dare vnam virtutem utriusque communem. ¶ Ad aliud vbi tangitur distinctio quam ponit martinus inter fortitudinem cardinalem & temperantiam cardinalem est apparentia quod difficile esset saluare aliquam esse virtutem quin sub aliqua illarum contineretur quod negaret et ratio est quia sua distinctio videtur fieri per contradictoria sub quorum altero quælibet virtus dabilis continetur Sed hec ratio non vincit quia Martinus non distinguit illas virtutes penes arduum & non arduum sed penes cohibere & moderari passiones arduas & passiones non arduas: ut facile patet consideranti: modo passio ardua & passio non ardua non sunt contradictoria nec moderari passiones arduas & moderari passiones non arduas, Forte dicitur quælibet virtus moderatur passiones arduas: vel moderatur passiones non arduas: igitur Argumentum semper stat in suo vigore: Antecedens patet: quia nulla est virtus moralis quin circa passiones versetur. ¶ Ad obiectum Distinguo antecedens vel quælibet virtus moderatur passiones arduas vel non arduas per se: & realiter: & sic negatur: vel per accidens et non regulariter: & sic conceditur: modo sub fortitudine & temperantia virtutibus cardinalibus solum collocantur virtutes per se: & regulariter cohibentes passiones arduas & non arduas: alias argumentum probaret iusticiam comprehendere sub aliqua istarum.

¶ Sed forte nec hac euasione eris contentus quia ex ea sequitur gradum heroicam temperantiae virtutis non comprehendere sub hac virtute cardinali quæ temperantia dicitur nec fortitudinis bellicæ

gradum continentie aut temperantie sub fortitudine cardinali quod est extraneum sequela patet. quia gradus heroicus temperantie passiones arduas per se moderatur & gradus continetie vel saltem gradus temperantie fortitudinis bellice passiones non arduas. hec ratio videtur ferme peremptoria contra distinctionem martini & declaratio nem prima que de temperantia propterea mihi videri potius distinguntur fortitudo & temperantia virtutes cardinales penes condiciones materia rum communium circa quas versantur que penes passiones. eo scilicet quod materia communis circa quam versatur fortitudo cardinalis a toto genere est gravis & laboriosa & non materia communis temperantie cardinalis. Ideo ille virtutes secundum quod cardinales sunt adinvicem distinguntur.

¶ Ad octavum cum sua confirmatione dico non procedunt contra conclusionem quia tales actus virtualiter includuntur in actu generalissimo virtutis ut pote in bene agere que tantum valet sicut volo temperanter iuste vel fortiter vel temperanter & iuste facere & sic quasque combinationes includendo.

Queritur circa materiam predictae questionis utrum ceteris paribus circumstantia communitatis obiecti vel inclinationis bonitatem & maliciam actus diminuat Et arguitur quod non peccatum primi pariter reputatur a doctoribus omnium peccatorum gravissimum eo quod maxima incommoda infert sed actus malus in quantum generalior est plurium incommodorum illatius eoque ratione sue communitatis in actus malos inclinat & quanto generalior est actus tanto universalior est sua inclinatio in maliciam ut dicit questio precedens eodem modo potest suaderi quod actus bonus in quantum generalior intantum est melior ceteris paribus in oppositum arguitur. sortem qui vult luxuriari non tantum peccat sicut ille qui vult incestum vel adulterium committere nec ille qui vult bene agere tam bene agit sicut ille qui diligit deum super omnia vel qui vult pro defensione fidei martyrium sustinere igitur.

¶ Pro declaratione terminorum positum in titulo questionis videndum est quid circumstantia quid bonitas quid malicia actus pro primo notabili Pro secundo dicetur quid est bonitatem vel maliciam actus augeri vel minui ex parte circumstantiarum & precipue ex parte circumstantie communitatis obiecti diffinitur sic circumstantia apud philosophos morales est accidentalis conditio operationis humane per quam operatio redditur bona vel mala aut melior vel peior Correlarie videtur sequi ex illa diffinitione quod conditiones informantes actum obiective vel ab actu indistincte non debent vocari circumstantie quia tales non accidunt actui quia ab eis de per se substantia actus dependet quod

est contra olzam & suos sequaces Et videtur esse contra aristotelem tertio ethicorum qui omnes causas actus per circumstantias innuit a quibus actus essentialiter dependet Et ideo ut non excludatur hic modus loquendi potest describi sic circumstantia actus moralis Est Conditio operatiois humane aliquid vel aliquo modo faciens ad bonitatem vel maliciam actus siue sit ipsemet actus siue aliquid ab ipso distinctum siue obiective coocurrat siue non huic diffinitioni est satis conformis diffinitio quam ponit dominus altissimus doréus tractatu tricesimo secundi libri. Circumstantia est proprietas persone vel negocii ex se pertinens ad laudem vel vituperationem diminuendo vel augendo vel contrahendo in genus in hac diffinitione ultima duplex innuitur divisio circumstantie prima divisio circumstantiarum quedam sunt assistentes alie sunt circumstantie informantes actum primum membrum innuitur per istam particulam proprietas persone que regulariter actui assistit unde circumstantiam actui assistere est talem circumstantiam non esse obiectum actus hoc est volitam Secundum membrum innuitur per istam particulam proprietas negocii per negocium doctor intelligit actum humanum seu liberum cuius condiciones regulariter cadunt in obiectum actus hoc est sunt volite ut circumstantia finis aliqui huic divisioni superaddit aliud membrum scilicet circumstantia imitans sed illa debet reduci ad aliquod predictorum membrorum quia vel informat & sic reducitur ad secundum vel non & sic comprehenditur sub primo membro Alia divisio innuitur in diffinitione supradicta scilicet circumstantiarum quedam augment bonitatem vel maliciam quedam diminunt illam & quedam contrahunt ad bonitatem vel maliciam nonnulli superaddunt aliud membrum quod alique sunt circumstantie nihil facientes sed impinentes ad bonitatem vel maliciam nullas tales inuenio propterea reputo illam divisionem sufficientem facilia sunt exempla istarum circumstantiarum quedam aggravant mortaliter quedam venialiter ut patet in processu septem assignatur circumstantie a philosopho tertio ethicorum & totidem a tullio partium discrepantes que hoc carmine complectuntur Quis quid ubi quibus auxiliis cur quomodo quando due respiciunt condiciones extrinsecas scilicet ubi quando Alie quoque causas necessarias quas causam efficientem principalem quibus auxiliis efficientem minus principalem Cur causam finalem Quid causam materialem quomodo formalem & huic postreme circumstantiam communitatis actus reduco quia quantitate obiecti respicit bonitas & malicia actus ut existimo non sunt entitates distincte ab actu malo vel bono ut recte sentit olzam quolibeto tertio propterea sufficit actum

bonum moralem pariter & moraliter malum describere. Sufficenter describitur actus bonus moraliter a Gregorio ariminensi distinctione trigesima octava secundae sententiarum: Sic virtualiter est actus liber recte rationi conformis dictanti de omnibus circumstantiis debitis. Et opposito modo actus dicitur nominaliter malus: qui est actus liber recte rationi difformis dictanti de omnibus circumstantiis debitis. Ista definitio declarare vel impugnare non est presentis speculationis: Sed manifeste sequitur ex illis quod moralis virtus consistit in conformitate actus ad rectam rationem & opposito modo malitia moralis in difformitate actus ad rectam rationem. Quod sit fundamentum materiale vel formale huius confirmatis vel difformitatis propinquum vel remotum vide Buridam tertio ethicorum questione duodecima non minuzanda non est difficultas.

¶ Notandum est secundo quantum ad propositum sufficit actus trifariam potest augeri vel minui uno modo augeatur vel diminuitur intensius. & hoc dupliciter vel quoad substantiam actus quae sit per additionem non gradus: vel per deperditionem gradus praecedentis a priori latitudine & illa est proprie dicta intensio vel remissio. Alio modo augeatur vel diminuitur actus intensius quoad bonitatem vel malitiam & non oportet hoc fieri per additionem vel deperditionem noui gradus quantum ad substantiam actus. sed satis est actum intendi vel remitti inesse malitiae vel bonitatis ut si aliquis actus continuaretur per unam totam horam cuius continuatio in prima medietate prohiberet sub poena veniali: & eadem continuatio prohiberet in secunda medietate sub poena mortali: Et contrario modo prohiberetur in hora sequenti continuatio: prioris actus augetur malitia: & secundi actus remitteretur malitia. ¶ Secundo modo actus augeatur vel diminuitur obiectiue & hoc bifariam: uno modo propter maiorem vel minorem multitudinem rerum cadentium in obiecto. ¶ Alio modo propter maiorem vel minorem perfectionem obiecti siue sit maior multitudo rerum siue non: & dilectio fortis hoc modo dicitur diminui respectu dilectionis dei Et contra dilectio dei augeatur obiectiue respectu dilectionis fortis & neutro istorum modorum proprie philosophice aliquid augeatur vel diminuitur: quia priori quantitate neque sit additio neque subtractio sed theologice sit additio vel subtractio extensius quoad multitudinem vel nobilitatem obiectorum: & licet istud augmentum vel decrementum sit impertinens augmento vel decremento intensius quoad substantiam actus non est tamen impertinens augmento vel decremento bonitatis vel malitiae actus quia sequitur bene hic actus bonus vel malus augeatur obiectiue ergo augeatur vel diminuitur quoad malitiam actus: & similiter sequitur bene hic actus diminuitur obiectiue: ergo

hic actus augeatur vel diminuitur quoad malitiam vel bonitatem actus: sed non sequitur hic actus augeatur obiectiue: ergo augeatur quantum bonitatem vel malitiam actus alias odium huius multitudinis demonstrando collectionem celestium includendo deum ceteris paribus esset peius inesse malitiae odium dei solum: & sic odium dei non esset grauissimum peccatorum cuius operum sita communiter oppinant Doctores. Nec sequitur Hic actus diminuitur obiectiue: ergo hic actus diminuitur quoad malitiam suam: patet de odio de respectu totius multitudinis. Et propterea semper in correlariis precedentibus ad augmentum obiectum in tali augmentum vel decrementum malitiae & ad decrementum obiectum idem infertur nonnunquam ratione unius partis disiecti & aliquando ratione alterius. ¶ Tertio modo Actus augeatur vel diminuitur inclinatiue respectu alterius secundum quod natus est in plures vel pauciores actus inclinare & licet etiam hic modus augmenti vel decrementi sit impertinens intentioni vel remissioni substantiae actus non est tamen impertinens intensio vel remissioni bonitatis vel malitiae actus: ut patebit ex conclusionibus.

¶ Ista praemissa ponuntur conclusiones. Prima conclusio. Circumstantia comitatis obiecti vel inclinationis actus bonitatem vel malitiam non diminuit intensius quoad substantiam bonitatis vel malitiae saltem non oportet

¶ Secunda conclusio. circumstantia comunitatis obiecti diminuit actum intensius quoad bonitatem vel malitiam actus: hoc est talis circumstantia est ratio quare actus est minus bonus vel minus malus quam ceteris paribus fuisset actus sine tali circumstantia.

¶ Tertia conclusio. Circumstantia comitatis inclinationis actus extrinsece augeatur bonitatem vel malitiam sicut circumstantia comunitatis obiecti bonitatem vel malitiam augeatur: quoniam intrinsece. Probatum prima conclusio quia certum quod non oportet actum generalem comunitate inclinationis esse interiore: nec similiter oportet actum generale comunitate obiecti habere plures gradus unitiue & penetratiue quam actus qui est valde specialis. ut pote circa unum obiectum determinatum: & eodem modo de inclinatione: nec aliam probationem adduco quia conclusio est clara de se.

¶ Secunda conclusio probatur: non est tam difficile ceteris paribus facere conformiter ad rectam rationem dictam de circumstantia comunitatis obiecti quam difficile est facere conformiter ad rectam rationem dictam de particulari obiecto: ut si essent duo quorum unus sacerdos iniungeret per satisfactionem suorum peccatorum dare scutum pauperibus & alteri iniungeretur dare scutum fructum vel duodenum, suppositis ceteris paribus ex parte illorum videlicet quod sint equaliter diuites non erit tam difficile conformare se isti dictamini dandum est scutum fructum vel duodenum pauperibus sicut est alteri conformare se isti dictamini dandum est scutum pauperibus ergo ceteris paribus vo-

litio qua primus conformat se suo dictamini est
melior volitione alterius,

Item, magis peccaret omittens, facere cōfor
miter ad dictamē particulare q̄ omittēs facere con
miter ad dictamē dictās de cōitate obiecti, alias
t. n̄ peccaret quilibet qui secundū legē cōmunem
omittere diligeret deum quando tenetur: eodē
mō quō tenemur inquantū peccaret vna creatu
ra q̄ pro eodē tempore p̄cise tenetur diligere deū
vt octo quod nō est dicendū quia hoc esset conse
quenter in infinitum aggrauare poenā debitam
peccato omissionis cōtra cōmunē doctrinā theo
logorū. Tertie cōclusionis prior pars pbat argu
mēto ante oppositū questionis: quia inter cetera
peccata Doctores reputat peccatū primi parētis
grauissimā grauitate extrinseca ppter multitu
nem incōmodorū q̄ sequitur. Sed quanto actus
malus est cōmuniō cōmunitate inclinationis tā
to plura mala sequitur: & si bonus est tāto pluriū
actuum bonorū est pductiuus: igitur extrinsece
saltem talis cōditio auget bonitātē vel maliciā.
¶ Secunda pars probatur, Grauius est velle occi
dere infinitos homines ceteris parib⁹ q̄ velle oc
cidere duos: & hoc nō nisi ppter cōcūstantiā cōi
tatis obiecti: & similiter melius est dare cētū ru
ros ppter deū q̄ velle dare vnū tantū. igitur com
munitas obiecti quādoq; auget bonitātē & mali
ciam quod erat probandū. ¶ Contra primā con
clusionem arguitur. Vel cōcūstantia cōmunitatis
obiecti & cōcūstantia inclinationis actus sicut ipse
actus generaliter inclinans & habens obiectū cō
mune vel sunt ipsum obiectum actus vel aliquid
aliud: sed siue hoc siue illud nō debet illa cōitas
obiecti nec inclinationis dici cōcūstantia quia: cir
cūstantia est accidēs humane opationis secundū so
hannē de gersono in materia de cōcūstantiis &
obiectū nō accidit actui: nec actusmet sibi ipsi ac
cidit ymo sunt inseparabilia ab actū. igitur: Et cō
firmat idem est dicere cōcūstantia cōmunitatis ob
iecti: & dicere cōcūstantia inclinationis actus ergo
superuacues addū in titulo questionis. tenet cō
sequentiā. antecedens patet: quia non stat dare
actū q̄ habeat cōcūstantia cōmunitatis obiecti qn
habeat cōmunitatē inclinationis: nec cōtra igitur.
¶ Secundo ad idē vel iste cōcūstantiā sunt assi
stentes tñ vel incitantes vel informātes: nō duo
ultima q̄ tales cōcūstantiē cadūt obiectiue in actū:
sed neutra istarū cōcūstantiarū cadit obiectiue in
actū postq̄ nō sunt volite per tales actus nec sunt
assistentes solū quia tales cōcūstantiē nec augent
nec diminuūt maliciā actus. alias si fortes haberet
vanam gloriā veniā & pro tunc vellet p̄dicare
re propter deum sic q̄ vana gloria non inuestiat
actum bonum: actus bonus esset melior vel peior
q̄ si talis fieret sine vana gloria quod nō est dicē

dum. ¶ Et cōfirmatur: quia omnis cōcūstantia au
get vel diminuit bonitātē vel maliciam actus: er
go dato q̄ aliqua esset cōcūstantia cōitatis obiecti
& aliqua cōcūstantia inclinationis actus nō oportet
ret q̄ tales cōcūstantiē auget vel diminueret bo
nitātē vel maliciā quia forte sunt de natura circū
stantiarū impertinētū. Antecedēs patet: quia nihil
refert fricare barbā etiā deliberate in curia vel in
cāpis: nec refert velle occidere hominē potius cū
vna illarū cōcūstantiarū q̄ cū a lia ceteris panibus.
¶ Tertio sic cōcūstantiam cōmunitatis obiecti
est causa incrementi actus quoad substantiā eius.
ergo defectus illius cōcūstantiē erit causa decre
menti substantiē actus Tenet consequentiā per
vnam regulam in philosophia. quādoq; ali
qua causa naturalis est cā. alicui⁹ effectus abstra
ctio illius cause erit etiā cā decrementi illius effect⁹
nisi occurrat alia causa augens effectū. Probatur
antecedēs quia obiectū partialiter cōcurrit cū po
tentia ad cuiuslibet partis actus & totus pductio
nem: sed incrementū actus est totus actus vel ali
qua pars eius & cōcūstantia cōmunitatis non
est nisi obiectū cōe. Et cōfirmatur inquātū actus
est intensior tanto magis inclināt in alios actus &
quanto remissior tāto minus inclināt: ergo aliqua
cōcūstantia inclinationis diminuit substantiam
actus & aliqua auget cuius oppositum dicit con
clusio. Ad primum contra primam conclusio
nem: cōceditur maior. p̄ prima parte & negatur
minor. Ad probationē minoris dico duo: Primū
Diffinitio quam ponit dominus Gersono nō satis
se extendit ad omnia illa que ab aristotele nomi
ne cōcūstantiē important vt paruit ex carmine
posito in primo notabili cōcūstantias ab Aristote
le & Tullio positas exprimēte quibus cōformatur
cōmuniō scola nominatē loquentiū. modo cir
cūstantia quid que explicat causam materialē nō
solum adiacet actui extrinsece sed ipsū informat
hoc est per se requiritur ad suū esse siue per quid
intelligamus obiectū in qd̄ tendit actus siue sub
stantia ipsius actus. Secundo dico in diffinitione
allegata potest extendi illud nomen accidens ad
accidentia separabilia & inseparabilia: vt tātum
valet sicut cōditiō vel p̄prietas siue talis cōdi
tō cōueniat intransmutabiliter actui: & hoc mo
do videtur accepisse domin⁹ altitudinensis circū
stantiam: vt patet ex primo notabili: vbi nō ponit
tur nomē accidēs in diffinitione sed p̄prietas. mo
do p̄prietas ad p̄pria se extendit. Sed forte adhuc
instares. Circūstantia dicitur a circūstando sed
illud quod per se requiritur ad actū nō circūstat
sed potius naturaliter & necessario adheret. ergo
melius videt sentire Gersono diffinēdo cōcūstantiā
p̄ accidēs ēt sepabile. Respondeo. Diffinitio dñi de
Gersono meli⁹ quadrat cū significatiōe vocabuli

Sed quia multe dicuntur circumstantiæ ab aristotele & a doctoribus cõiter quã necessario actui adheret: sicut finis: abiectu cõmune nomine circumstantiaru importatur & tñ adherent inseparabiliter actui ymo aliq circumstantiæ sunt i cõdistinctione ab ipso actu: p̄terea vt oia cõhæreat sibi ipsi dicim⁹ nomẽ accidẽtis eẽ extendendum ad accidens separabile & inseparabile. Nec debes imaginari p̄terea q̄ velim dicere aliquid accidens inherere actui huano quia accidens nõ est accidens: hoc modo: sed circumstantia est accidens actus humani. i. actus liber accidentaliter se habes quãdoq; inseparabiliter sicut respectu obiecti vel finis: quãq; separabiliter sicut respectu loci vel temporis. Ad cõfirmationẽ distinguitur a cõdẽdens vel q̄ sit idem materialiter: sic q̄ eadẽ res est circumstantia cõitatis obiecti & circumstantia incõinatio nis actus: & sic cõceditur: quia actus hñs obiectu cõmune cū vtrãq; coincidit hoc est tales circumstantiæ vel noia earu supponunt p̄ tali actu. vel q̄ sint idẽ formaliter. i. q̄ eadẽ ratione aliquid dicatur circumstantia cõitatis obiecti & circumstantia inclinationis actus: & sic negatur. ¶ Talis actus dicitur circumstantia cõmunitatis obiecti quia tẽdit in plures res obiectiue: & dicitur circumstantia inclinationis actus quia inclinat generaliter in productionem multorum actuum particularium. ¶ Ad secundum argumentum do primã partem scilicet q̄ sint circumstantiæ assistentes tantum nolo tamen negare quã possint actũ informare quia fortes potest velle peccare vt per illum actũ sit dispositus ad productionem malorum actuum particulariu. Eodẽ modo fortes potest velle peccare quia sua volitio fertur generaliter in omni peccato: sed nõ sic contingit regulariter. propterea voco illas circumstantias assistentes. Ad improbationem nego q̄ circumstantiæ assistentes non augeant vel diminuãt actũ saltem bonitatem vel malitiam eius. Circumstantia personæ regulariter est circumstantia assistens tantum. & tamen augeat actum vt episcopus volẽs fornicari plus peccat ceteris paribus q̄ simplex sacerdos vel laicus: & fidelis plus peccat q̄ infidelis cõtra eandẽ materiã propter circumstantiam ingrati tudinis. Ad improbationem positam dico q̄ stat bene in casu q̄ peccatũ veniale augeat p̄ accidens bonitatẽ actus: quia verisimile est q̄ difficili⁹ esset insistere illi actui bono posita tali circumstantia aliqua: licet impediẽte qui nõ posita nec est maius incõueniens circumstantia malã augere bonitatem actus q̄ sit incõueniens circumstantia bonam diminuere malitiam: sed minus malum est furari. vt subueniatur pauperi q̄ absolute furari sine motiuo: igitur sic erit in proposito. Sed forte replicabis ex hac similitudine: sequitur q̄ ille qui predicat p̄t̄er vanam gloriam tantum: vel propter deum: & vanam gloriam vbi yana gloria informat actũ actus eius

esset melior q̄ si fieret sine tali circumstantia: quod est falsum quia quilibet illorum actuum est malus.

Respondetur negando consequentiã: quia solum dixi circumstantia malam bonitatẽ augere quãdo assistit tantum: hoc est dato q̄ veniale sit p̄sens in voluntate dũmodo non sit volitum: nec incitet ad p̄ductionẽ act⁹. Sed potest fieri replica: iste actus est bonus: volo celebrare p̄ sex albis & deũ supposito q̄ volino minus & principaliter feratur super sex albos: & principaliter in deum tendat: ergo eadẽ ratione actus alias indifferens: actus minus principaliter p̄t̄er peccatum veniale: & principaliter propter deum non erit malus ymmo bonus. Et cõfirmatur replica: quia si actus indifferens haberet peccatũ veniale pro fine vltimo ratione illius finis actus solum constitueretur in genere venialium: & minus aggrauat quando constituitur finis non vltimus: igitur quando constituitur pro fine non vltimo nullam super addit malitiam. Ad replicam. concesso antecedente: nego consequentiã: quia circumstantia sex alborum in casu non est mala alias psalmista nõ seruasset mãdata domini propter retributionem: fateor tñ q̄ si sex albi cõstituerentur tanq̄ finis vltimus: finis ille redderet actum malum sicut & quẽcunq; creatura sic cõstituta. secus est de peccato veniali: salte habẽte inuolutam malitiam: quia talis nõ est referibilis in deum. Ad cõfirmationẽ. Quicquid sit de antecedente nego consequentiã: quia in genere venialium: alia sunt leuora: alia grauora: nego eẽ antecedens: saltem mihi apparet p̄babilius illud negandũ: quia nõ videtur possibile q̄ veniale informet actus obiectiue supposito q̄ sit idem actus mediorum: & finis qui aggrauat mortaliter: intelligo quãdo aggrauat illud quod alias esset mortale quia alias in inferno esset redemptio in ordine ad poenã debitã peccato mortali. Ad cõfirmationẽ. Trãseat antecedens: & negatur cõsequẽtia: & ad p̄bationẽ: trãseat q̄ forte sint circumstantiæ impertinẽtes etiã forte oppositi: ymmo ita est q̄ sunt pertinentes si intelligas per circumstantia pertinentẽ illã q̄ facit aliquid ad bonitatem vel maliciã actus illa augendo vel diminuendo vel cõtrahendo in genus & dico q̄ nihil debet dici circumstantia si sit inopposito modo ad ista tria: vt patet ex diffinitione circumstantiẽ p̄missã quam ponit dominus altissimo dorẽs & bene: & cõsequenter dicendũ est esse in campis vel in curia nõ est circumstantia respectu fricationis barba: nec respectu homicidij: nisi forte p̄ accidens: quãdo in vno loco occurrit scãdalũ & non alibi: vel aliquid simile. Ad tertiu respon detur. Trãseat: consequẽtia: & negatur: a cõdẽdens. Ad p̄bationẽ: q̄ dico p̄batio ymaginatur fallũ scilicet q̄ circumstantia cõmunitatis obiecti sit obiectum actus: nam est iosemet doctus: vt patet ex lo. b. ij.

lutione primi argumenti: do tñ q̄ obiectum cōmu-
ne act⁹ voceſ circūſtātia cōmunitatis obiecti: tūc
cōceditur antecedēs ſi actus capiat incrementum
quoad eius ſubſtātia: illius incremētū circūſtātia
cōmunitatis obiecti erit ea iſa: ſed hoc nō eſt cōtra
cōclūſionē: quia cōclūſio prima vult dicere q̄
nō eſt de rōne illius circūſtātie actū augere vel di-
minuere quoad eius ſubſtātia ſicut eſt actum
minuere quoad eius bonitatem vel malitiam quia
poſita tali circūſtātia neceſſario ſequitur dimi-
nuto bonitatis vel malitiæ reſpectu actus habentis
obiectum particulare: & ulterius conceditur cō-
ſequentia: q̄ ſubſtractio illius circūſtātie erit cau-
ſa decremētū: vel ſaltē corruptionis ſubſtātie actus
quia ſubſtracto obiecto ne obiectiue concurrat ne-
ceſſe eſt actum corrupti. ¶ Sed forte replicabis
impugnando regulam philoſophicā virtute cu-
jus capit argumentum ſuam apparentiam benefi-
cium releuationis diuinæ a peccato mortali aggra-
uat peccatum: non releuare etiam aggrauat: quia
innocentia aggrauat igitur regula cui inicitur ar-
gumentū nō habet virtutem: antecedēs patet ex
cōmuni ſententia doctorū omne beneficiū diuinū
aggrauat & talis releuatio eſt beneficiū: igitur &
ex altera parte innocētia eſt beneficiū diuinū:
igitur aggrauat. Reſpondeſ: non incōuenit utrūq̄
opporitorum aggrauare peccatum quando pro
cauſa ſubſtracta ponitur altera tantum faciens ad
effectum producendum: modo ſic eſt in propoſi-
to q̄ ponitur altera cauſa tantū faciens puta Inno-
centia q̄ tantum aggrauat ſicut releuatio ex alte-
ra parte aggrauationes tamen faciunt ſpecie differ-
re quoadmodum cauſæ ſpecie differunt etiā ſuffi-
cit q̄ aliquod non releuare nō aggrauet ſed dimi-
nuit potius puta permanere in peccato commiſſo
quia talis ceteris paribus minus peccat: q̄ ſi habuiſ-
ſet beneficiū releuationis. ¶ Ad confirmationē
distinguitur antecedens: vel q̄ magis inclinēt in-
tenſiue propter gradualem ſuam maiorem inten-
ſionem: ſic conceditur q̄ magis inclinēt extenſiue
id eſt implures actus occurrente dictamine recto p-
ticulari alterius actus: & ſic negatur: modo circun-
ſtātia inclinationis actus ſumitur a maiore incli-
natione extenſiua & nō intenſiua. ¶ Contra ſecun-
dam cōclūſionē arguitur primo ſic impoſſibile eſt
actum habentē circūſtātia cōitatis obiecti fieri ſi-
necali circūſtātia: ergo circūſtātia cōmunita-
tis obiecti nunq̄ diminuit bonitatem vel maliciam
actus: tenet cōſequentia: quia nō poteſt diminuere
bonitatem vel maliciā alicuius actus niſi illius actus
cui aduenit talis circūſtātia: ſed aduētus illius cir-
cūſtātie omnino variat actū ſpecie poſtq̄ impoſ-
ſibile eſt obiectū actus variari qm actus variet ex do-
ctrina ariſtotelis in ſecundo de anima actus diſtin-
guntur per obiecta. ¶ Et confirmatur: vel circun-

ſtātia cōmunitatis obiecti cuiuſlibet actus cuius
eſt circūſtātia diminuit bonitatem vel maliciā vel ali-
cuius ſic & alicuius nō: nō ſcđm quia eſt eadē ratio
vtrōq̄: nec primū: qm nō eſt min⁹ bonū vel malū
velle leuare hanc vel illā feſtucā q̄ velle leuare iſtā
feſtucā tantum ex quo neutri actui ineſt boni-
tas vel malitia: nec valet dicere cōclūſio loquitur
de actib⁹ quibus alias ineſſet bonitas vel malitia.

Contra non eſt minus bonū dare hunc vel illum
turonū hunc duodecim vel hunc francum pauperē
q̄ velle dare hunc turonum tantum ymo videtur q̄
prior actus eſt melior poſteriore. Secūdo ſic pe-
ius eſt ceteris paribus velle occidere tres homines:
vel duos: q̄ velle occidere vnum tantū. & nulla po-
teſt dari ratio niſi circūſtātia cōmunitatis obiecti
prioris actus reſpectu poſterioris: igitur circūſtā-
tia cōitatis obiecti aggrauat. Et cōfirmatur cæ-
teris paribus melius eſt velle ſalutē omniū totius
reipublicæ q̄ velle ſalutem meam tantum: quia bo-
num cōmune eſt preferendū bono particulari: &
nulla poteſt assignari alia ratio niſi circūſtātia cō-
munitatis obiecti. Tertio ſic: Si circūſtātia com-
munitatis obiecti bonitatem vel maliciā actus dimi-
nueret: ſequeretur q̄ eſſet dabilis aliquis actus in-
finiſe parue malitiæ vel bonitatis: pbatur cōſe-
quentia: quia dabilis eſt aliquis actus habens infi-
nitam multitudinem rerū pro obiecto ſicut volitio
quā volo bene agere hoc vel illo modo &c. vel vo-
litio quā volo peccare venialiter vel mortaliter. Et
cōfirmatur: ſi ego promittā tibi dare aliquid p-
p-
deū: & transgrediar: peccatū omiſſionis erit infi-
te parue malitiæ: & hoc nō niſi quia obligatio ca-
dit ſuper infinitas ſub diſiūſtione: igit cōſequentia
eſt clara. Probat̄ antecedens: quia nō tantū pec-
co ac ſi promitterē tibi dare cētum & nō dare neq̄:
ac ſi promitterem dare viginti: & ſic conſequent̄.

Quarto ſi: Circūſtātia ignorantie craſſe in infi-
nitū diminuit malitiā actus cuius eſt circūſtātia: er-
go circūſtātia cōitatis obiecti pōt in infinitū dimi-
nuere maliciā ſui actus: cōſequentia eſt apparens.
Probat̄ añs: volo q̄ ignorantia craſſa creſcat in ra-
tione ignorantie quouſq̄ fiat inuincibilis tūc qm eſt
inuincibilis oīno ſxcuſat ſecundū cōmune theolo-
giam: hoc cōceſſo capio primū iſtās quo talis igno-
rantia eſt inuincibilis in infinitū parua erat malitia
illi⁹ actus añ hoc iſtās: & nō niſi ppter ignorantia
craſſā: quia nūq̄ añ hoc fuit ignorantia inuincibilis.
Et cōfirmatur. Timor facit actū inſiniſe parue ma-
litiæ: igitur & circūſtātia cōitatis obiecti: tenet
cōſequentia. Probat̄ antecedēs: ſi fortes qui tenent
manere in bello: & primo apprehendat hoſtes ſub
ratione terribilis: ratione cuius apprehenſionis pa-
tiatur aliquē impulſum timoris: ſecūdo augeat ob-
iectum terribile: & eius apprehenſio & ex cōſeque-
ti impulſus timoris: & ſic cōſequeſ ter tñ augebitur

terribile & apprehensio q̄ impulsus timoris natu-
raliter mouebit ad fugā. Quinto arguitur sic. Circū-
stātia bona in infinitū dīminuit maliciā actus mali
ergo eodēmodo circūstātia cōitatis obiecti ī infini-
tū pōt dīminuere maliciā actus: tenet cōsequētia:
quia est eadē ratio utrobīq̄: pbat̄ añs q̄a furari vt
saluē vitā isti paupis est min⁹ malū q̄ furari abiq̄;
motiuo simpliciter: vt pri⁹. pbatū est: ergo furari p̄
salute duorū paupū erit min⁹ malū: & sic cōsequē-
ter: & p̄ cōsequēs furari p̄ salute īfinitorū paupetū
erit infinite p̄ue malitiā: q̄d erat pbandū. ¶ Et cō-
firmat̄: circūstātia met⁹ vel ire in infinitū dīminuit
maliciā act⁹ mali: igitur & circūstātia cōitatis obie-
cti cōnā tenet: pbat̄ añs. cogat̄ fortes p̄ minas occi-
dere alterū sicut cogebat̄ Idumeus doecia salue oc-
cidere sacerdos guobetalis minus peccat q̄ si occi-
deret sine motiuo: & iterū si duplentur mine: & si
sic cōsequēter tadū possūt augeri terrores & minē
q̄ excusabitur & eodēmo p̄batur de ira: parua ira
aliquahter īpellit ad p̄cutiendū alterū: & maior ira
magis īpellit: ergo tm̄ potest ira augeri q̄ excusa-
bitur: de qua ira forte loquitur psalmista dicens: Ira
scimini & nolite peccare. ¶ Ad primū cōtra secū-
dā cōclusionē cōcesso antecēdēte nego cōsequen-
tiā: ad p̄bationē cōsequētiē dico q̄ cōclusio nō p̄te-
dit dicere illā circūstātiā sic dīminuere bonitatē vel
maliciā actus q̄ ille met actus esset min⁹ bonus vel
malus cū illa circūstātia q̄ sine illa: sed intēdit cōclu-
sio dicere actū esse min⁹ bonū vel malū rōne illius
circūstātiē ceteris paribus q̄ est alter actus hñs istā
circūstātiā sed circūstātiā oppositā scilicet habens
circūstātiā determinati obiecti: & sic, sēp̄ itelligēdū
est q̄n̄ fit mēsiō de circūstātia aggrauāte vel dīmi-
nuēte īformāte ip̄m actū v̄l q̄ idēptificatur cū actū.
¶ Ad confirmatiōē do primū ad improbatiōē
responsum est arguēdo. ¶ Ad replicā. nego ante-
cedēs: dico q̄ ceteris paribus ista volitio volo dare
hūc turonū vel hunc frācū est minus bona q̄ sit hęc
volitio volo dare hunc turonū: & ratio est q̄a prior
volitio nō pōt esse formaliter īperatiua executio-
nis circa talē materiā secus est de secūda volitione
q̄ sufficit īpare executionē. Sed cōtra hāc solutio-
nē replicatur stat bñ dare aliquē actū formaliter īm-
peratiuū executionis minus bonū q̄ sit aliq̄s actus
dabilis q̄ nō est formaliter īperatiuus executionis.
¶ Et cōfirmatur replicā nō est dabilis ratio quare
prior volitio nō est formaliter īpatia executionis
poti⁹ q̄ scda. Ad replicā dico q̄ nō stat dare aliquē
talē actū ceteris parib⁹: & forte nec ceteris īparib⁹.
Sed circa eandē materiā cū ceteris alijs circūstātijs
seclusa circūstātia cōitatis obiecti nō dabis. Ad cō-
firmatiōē replicę data est rō ī solutiōe scdā argu-
mēti cōtra cōclusionē tertiā primę q̄stionis q̄a talis
actus īterior nō sufficit mouere mēbra: nec ad vnā
nec ad aliā ptē supposito p̄ equaliter ferat̄ volitio

super illa volitio. Forte dicit nullius utilitatis esset
talis act⁹ interior si nō sufficiat mouere mēbra. Re-
spondeo: cōsequētia est nulla: quia actus q̄ nō est
formaliter īpatiuus executiōis ē īteriori: si sic de-
bite circūstātionatus: & licet nō posset mouere mē-
bra immediate tm̄ sufficit ad motū mēbrorū īmpe-
rando aliū actū particularē formaliter īperatiuū.
Ad secūdū cōcedo totū quod p̄tendit argumētū:
quia cōclusio argumēti est p̄ secūda parte tertię
cōclusionis scilicet q̄ circūstātia cōitatis obiecti
aliquā auge⁹ bonitatē vel maliciā actus q̄n̄ scilicet
act⁹ fert̄ sup̄ multa obiecta copolan̄ formaliter vel
virtualiter: & secūda cōclusio loquitur de actu qui
fertur super plura obiecta dīiunctiuū virtualiter vel
formaliter. Ad cōfirmatiōē dico q̄ ipsa p̄bat̄ cir-
cūstātiā cōmunitatis obiecti aliquādo augere
bonitatē actus puta in casu confirmatiōis īppo-
sito q̄ facta sit mēsiō de cōmunitate cuius ego
sum pars. Forte dicit: illa circūstātia nō au-
get meritū ergo circūstātia cōmunitatis obiecti
nō auge⁹ bonitatē antecēdēs patet quia augmētū
meriti scdm̄ multos doctores solū attēditur penes
caritatis intēsiōnē & cōcursum. Et confirmatur re-
plica: Circūstātia bona auge⁹ p̄t̄m̄ ergo nō auge⁹
meritū: tenet cōsequētia quia idē nō auge⁹ opposi-
ta: p̄batur añs: q̄a auge⁹ obli gationē eo q̄ ad obli-
gationē īntrīnsecā actus sup̄ additur phibitio addi-
tionis illius circūstātiē. Ad hanc replicā cum con-
firmatiōe respōdet Dñs: alius si doren̄sis tractatu:
xxx. secūdi libri q̄stione prima cōcedendo antecē-
dens p̄pter causam tactā arguēdo sed sua solutiō
nō sufficit quia si fortes velit dēfendere fidē in ab-
sentia periculorū: & superueniat obligatiō mortis
vel negatiō fidei ip̄so cōtinuāte actum dēfensio-
nis fidei suus actus capit īcremētum meritū rōne
illius circūstātiē. Item circūstātia persone au-
get meritū vt ip̄emet fatetur ī illa questiōne de
actu viatoris cōparato ad actum beati p̄pter statū.
Et similiter multo ceteris paribus plus meretur q̄
vir propter fragilitatem sexus ergo nō solū est con-
siderāda charitas: satis dīfute loquitur ille bonus
pater ī hac materiā magis placet modus aliquorū
recentiū doctorū q̄ q̄ntitas meritū debet potius re-
spicere q̄ntitatem conatus q̄ q̄ntitatem charitatis. Alias
esset cōcedēdum si ex equali charitate fortes velit
dare turonū p̄p̄ deū & plato velit pati martinū ca-
teris parib⁹ tales equaliter mererētur qd̄ nō appa-
ret sanum. Ad confirmatiōē replicę concedit p̄di-
ct⁹ doctor añs vbi sup̄ p̄pter cām tactā arguēdo q̄a
talis circūstācia auge⁹ obligatiōē: mō est quasi p̄
se notū q̄ q̄ facit contra maiorē obligatiōē magis
peccat licet nō oporteat faciētē scdm̄ maiorē obli-
gationē meli⁹ agere q̄n̄ iniūta quāto sūt magis de-
bita tanto sunt min⁹ grata. hęc solutiō nō videtur
cōtinerē veritatē q̄a dato q̄ eēt p̄ se notū q̄ faciēs cō-

tra maiore obligatione magis peccaret non tamen est per se notum quod faciens malum actum cum bona circumstantia facit contra maiorem obligationem quam facies sine tali circumstantia ymo oppositum illius debet esse notum: & hoc dedebat suadere quod non fecit: nec aliud videtur verum scilicet quod facies secundum maiorem obligationem non melius agit: quia si oppositum in opposito ita propositum in proposito secundum aristotelem per locum a contrariis: sed respondet ille doctor quod ibi non est locus a contrariis: sed arguendum est: facies contra maiorem obligationem magis peccat: ergo faciens ex charitate secundum maiorem obligationem melius agit, hic modus arguendi non est logicus: theologice potest transiri. quicquid sit tamen locus a contrariis secundum aristotelem doctrina potius est ille quem carpit quam ille quem approbat: propterea aliter respondeo ad replicam quod regulariter circumstantia bona diminuit malitiam actus mali. dicitur regulariter quia diuinum beneficium aggrauat: ut patet ex solutione argumenti precedentis.

¶ Ad tertiam nego consequentiam ex utraque parte ad probationem concessio antecedente iterum negat gratia quia nec tota bonitas actus boni nec tota malitia actus mali debet puenire ab illa circumstantia cõitatis obiecti & propterea non sufficit diminuere bonitatem vel malitiam secundum illam circumstantiam: ¶ Sed forte dices sequetur ad minus quod ab illa circumstantia nulla procedit bonitas vel malicia. hoc non sequitur. & dato quod hoc sequeretur nihil contra propositum. ¶ Ad confirmationem in qua tangitur de grauitate pure omissionis illorum ad quod solum sub distinctione quod tenetur: dico quod debet sua malicia mensurari penes bonitatem sui habitus: puta huius volitionis volo tibi hoc vel hoc &c. dare: omnibus vtilibus demonstratis & piis & magnis: & quia talis actus est communissimus ex parte obiecti: ceteris paribus est minoris bonitatis quocumque actu cuius obiectum non est tam commune: Sed forte dices vel debet sua malicia mensurari penes talem volitionem intentionem ut quatuor vel ut quinq;. Item volitio circa materiam precepti est tam mala sicut habitus est bonus & pura ommissio non equatur tali volitioni in malicia igitur nec equatur bonitati actus precepti. Respondeo: non inteligo quod debet omissionis malicia mensurari penes habitum nisi in ordine ad circumstantiam cõitatis obiecti: Ita quod quemadmodum ceteris paribus hec volitio volo tibi aliquid dare est minoris bonitatis quam actus cuius obiectum non est tam commune: sic ommissio illius est minoris communi. Ad aliud nolo dicere quod ommissio illius actus boni sit tante malicie quante bonitatis est actus bonus ommissus quia ut probat ratio volitio ei opposita debet ei proportionari in malicia: ut odium & dilectio proportionantur in bonitate & malicia: & odio non adequatur ommissio dilectionis: ergo nec ipsi dilectio

ni: quante precepti est sit malicie illa pura ommissio solus deus nouit: satis est quod sit minor alijs omissionibus particularibus in malicia ceteris paribus: Sed adhuc replicatur malicia omissionis dilectionis de qua do homo tenetur diligere ipsum penes nullius dilectionis dei bonitatem debet mensurari & non adequatur alicui dilectioni ut iam dictum est igitur nec malicia omissionis in casu argumenti debet mensurari penes cuiuscumque talis dilectionis bonitatem.

Ad istud nunc responsum est concedo consequentiam & consequens considerando circumstantiam intensiõnis actus (ut dictum est non sequitur tamen quin penes illud debet mensurari in ordine ad quantitatem obiecti propter causam dictam

Contra priorem partem tertie conclusionis. arguitur sic illa pars repugnat secunde conclusioni ergo inter eas non est compossibilitas probatur antecedens bene sequitur hec circumstantia cõmunitatis obiecti diminuit bonitatem vel malitiam actus & hec circumstantia cõmunitatis obiecti est circumstantia inclinationis actus ergo circumstantia inclinationis actus diminuit bonitatem vel malitiam actus & ultra ergo talis circumstantia non auget bonitatem vel malitiam cuius oppositum dicit prima pars huius conclusionis: Confirmatur vel circumstantia cõitatis obiecti propterea dicitur extrinsece augere bonitatem vel malitiam quia est quod distinetur ab actu cuius est circumstantia vel quia augmentum bonitatis & malicie ratione illius circumstantie dependet ab euentu futuro actuum sequentium: ita quod quanto plures producantur actus per inclinationem illius actus generalissimi tanto augetur bonitas vel malicia actus producentis. Sed neutrum potest dici: non primum ut patet ex argumentis contra primam conclusionem: nec secundum quia actus generalissimus naturaliter inclinatur in actus particulares: tum quia sic in infinitum augetur sua bonitas vel malicia: quod non est dicendum. Secundo arguitur contra ultimam partem eiusdem conclusionis: illa pars ponit formaliter contrarium illius quod dictum est in secunda conclusione: ergo non coherent sibi ipsis: nec valet dicere dicitur in secunda conclusione regulariter: & in ista conclusione aliquando: modo ista non repugnat. Contra non est dabilis actus cuius circumstantia cõmunitatis obiecti augetur bonitatem vel malitiam: quia maxime esset iste actus volo peccare infinitis peccatis distinctis: sed in illo actu circumstantia cõitatis obiecti non auget malitiam quia tantum diminuit malitiam actus voluntatem ferri in plura obiecta confuse quantum potest augetur malicia a maiore multitudine obiectorum. Confirmatur: quia si circumstantia cõitatis obiecti actum predictum aggrauaret leuaret quod illud aggrauaret infinite: quia grauius est velle peccare duobus peccatis distinctis quam vno tantum ceteris paribus. Et eodem modo grauius est velle peccare tribus quam duobus: & per consequens

velle cōmittere ifinita peccata diftincta ē ifinite grauitatis. ¶ Pro folutiōe iftorū argumētōrū Nota q̄ aliud eſt aggrauare actū intrinſece & aliud aggrauare actū extrinſece ſecundū q̄ duplex ē circūſtātia informans: & aſſiſtens ratione circūſtātie informantis aggrauat actus intrinſece q̄ aggrauat ex parte alicui⁹ quod eſt de intrinſeca rōne illius actus: puta ex parte obiecti. Actus autē augetur extrinſece rōne circūſtātie aſſiſtētis incitātis vel aſſiſtētis licet hec ſub aſſiſtente circūſtātia comprēhēdantur. Exemplū peccatū primi parētis aggrauabatur ex incōmodis ſequētibus in poſteris & peccatū arrij vel machometi aggrauatur ex ſeq̄la dānatiōis multorū ſequētū. Hoc ſuppoſito reſpondeſ ad primū cōceſſa cōſequētia negatur aſs ad probationē antecedeſtis rurfus concedo cōſequētia cū conſequēte & ſimiliter vltimū cōſeques illatū in rigore logices: cōcluſiones ſunt ſic intelligende augetur malicia vel bonitas act⁹ rōne inclinatiois: & diminuit bonitas vel malicia ratione cōitatis obiecti. regulariter hoc diſcrimen ab appellatione p̄uenit vt patet intelligenti. ¶ Ad cōfirmationē doſcōm ad hunc intellectū q̄ cōdictio quā habet ille actus ſcilicet inclinare in actus particulares ab eo p̄ducibiles eſt rō quare auget bonitas vel malicia actus ſic ḡnalter inclinantis vt cōdictio quā habuit p̄t̄m primi parētis ſcilicet iſficere totā poſteritatē futurā erat rō ceteris paribus quare ſuū p̄t̄m fuit grauius p̄t̄o alteri uſhois qd̄ nō ſic iſficeret ſucceſſores: ſic i p̄poſito de ḡnaliſſimo actu malo dicas puta de iſto actu volo peccare uenialiter vel mortaliter: q̄ propter cōditionē ḡnāis inclinatiois i vitia particularia ceteris parib⁹ eſt grauior alijs ad iprobationē poſitā nego q̄ ſequat̄ ifinita aggrauatio rōne iſtius circūſtātie q̄ licet aliquis actus mal⁹ in uoluntate poſſet & ſimul & ſucceſſiue in plures malos act⁹ inclinare nō pōt̄ t̄m nec ſimul nec ſucceſſiue inclinare in actus ifinitos. ¶ Forte replicabis ſi mundus eſſet ifinitus a pte poſt & ſemp fierēt ḡnations & corruptiōes p̄cedentes ab adā peccatum ade in ifinitum aggrauaretur & ſimiliter peccatum arrij vel machometi ſuppoſito etiā q̄ perpetuentur iſe ſecte ergo ſic eſt in propoſito ſi actus generalifſimus p̄petuaretur in uolūtate ſucceſſiue in ifinitos actus malos inclinaret & p̄ cōſequens tunc actū ifinite aggrauaret cōdictio i inclinatiois. Pro reſolutiōe nota q̄ dupliciter aggrauata circūſtātia extrinſeca maxime circūſtātia reque' eyno modo aggrauat ratione pene accidētalis debite tali circūſtātie & hoc modo ſolent dicere doctores q̄ pena arrij vel machometi cōtinuo aggrauatur nō pena eſſentialis iſſicta vel cōtracta ſed pena accidētalis q̄ nihil aliud eſt q̄ difſamatio vel maioris difſamatiois declaratio: & ſic

non inconuenit cōcedere caſu argumenti admiſſo q̄ talis pena in ifinitum in quolibet illorū aggrauaretur. ¶ Alio modo circūſtātia extrinſeca aggrauat in ordine ad penam eſſentialem debitam ratione illius circūſtātie aggrauantis aſſum: & ſic non contingit penam debitam ratione illius circūſtātie augeti. Ex hoc notabili patet quid ſit reſpondendum ad obiectionem cōcedo q̄ quodlibet illorum peccatorum cōtinue aggrauaretur in caſu in ordine ad penam accidētalem ſed non in ordine ad penam eſſentialem. Sed uidetur q̄ hoc non ſatiffacit poſtq̄ quodlibet dampnum ſequens aggrauat aliquid penam eſſentialem: & in caſu ifinita damna ſequuntur: ergo in ifinitum aggrauatur pena eſſentialis: & vltra ergo actus eſt ifinite malicie ratione illius circūſtātie. Ad iſtud reſpondeo dupliciter primo caſus eſt preter legem: & p̄pterea licet concedatur in caſu actum eſſe ifinite grauitatis nullum inconueniens poteſt inferri. ſecundo nego actum eſſe ifinite grauitatis etiam attendendo grauitatem ex parte pene eſſentialis: quia uolūto generalis incommodorum ifinitorum ſequentium non ſufficit tantum aggrauare actum: bene uerum eſt tamen q̄ ſi diſtincte cognoscere tur incommoda ſuppoſita q̄ teneretur p̄uidere ne talia damna ſequeretur eſſet apparenia in argumento q̄ talis circūſtātia ſequere ifinite aggrauaret, ſed non do q̄ talia damna diſtincte cognoscantur ſecundum legem.

Hic poteſt dici forte apparēter pro multis caſibus ſequētibus q̄ quātum additur de malicia ex parte plurium incommodorum tantū diminuit malicia eo q̄ indiftincte fertur uolūtas ſupra multavo lo dicere tantū diminuit maliciā actus: uel uolūtatē & intellectū, ferri ſupra multa quātum auget multitudinem incommodorū maliciā ſeclufa indiftincta cognitiōe intellectus & indiftincta p̄ſecutione uoluntatis. Alia ſolutio uulgaris eſt omnibus iſtis argumentis: deusq̄ optime recōpenſat uñ circūſtātia aggrauantē cū alia circūſtātia diminuetē ſua diſtincta ſciētia cognoscit q̄ t̄m uñ circūſtātia ſit alteri preferenda: & libere ex ſua miſericordia legē iſtituit q̄ certa p̄na finita intēſiue ēt quacūq; circūſtātia occurrētē punietur: ſed talis p̄na erit grauior ceteris parib⁹ q̄ ſi nō tot dāpna ſequerent̄ ad hoc ſuppoſito q̄ pl⁹ faciat ad aggrauationem p̄ne uel culpę multitudo incommodorū q̄ faciat diminutio indiftincte cognitiōis & uolitiōis & per hoc patet ad argumētū qd̄ fit cōtra ſecūdā partē cōcluſionis. reſpōſum eſt arguēdo vſq; ad replicā qua queris actū cuius circūſtātia cōmutatis obiecti aggrauat: do illū actum adductum arguendo ad iprobationē nego q̄ t̄m diminueat

malicia actus p̄ indistinctā cognitionē intellectus & p̄sequutionē voluntatis q̄tū aggrauatur malicia p̄ cōmunitatē obiectōrū q̄n̄ cognitio & p̄sequutio ferūtur copulatiue sup̄ illā multitudinē obiectōrū: secus esset si cognitio intellectus & p̄sequutio voluntatis essent lata sup̄ talem multitudinem obiectōrū sub disinctione sic q̄ nihil videretur resolutorie dicendū q̄ actum voluntatis ferri super multa obiecta phibita sub disinctione est circūstantia diminuens maliciā actus sed actum ferri super illā multitudinē sub copulatione formaliter vel virtualiter est circūstantia actum aggrauās etiam concurrente indistincta cognitione.

¶ Ad cōfirmationē nego consequentiā & ad probationē transeat q̄ sit grauius ceteris paribus vel cōmittere hec tria peccata q̄ velle cōmittere hec duo demōstratis duobus de tribus prioribus: posses tñ demōstrare talia peccata puta tria venialia quod nō esset difformis recte rationi velle cōmittere illa tria q̄ velle cōmittere ista duo duobus mortalib⁹ demōstratis & p̄pterea dico sp̄ ceteris parib⁹. Cōcesso toto antecedente nego consequentiā quia sic probares q̄ aliquod pōdus infinitū fortes posset portare ymo q̄ posset portare infinitum pondus nō aucta sua potentia formaliter vel equaliter hoc nō eget probatiōe q̄a claret ex phisica. Sed forte dicis nō recte instatur quia duplādo pondus continuo nō dares analogiā de pōdere quod fortes pōt portare quia statim deueniret ad pondus maioris resistētie &c. p̄pterea do aliā analogiā communē nō sequit̄ istud mixtum possum in medio a resistētie vt duo aequaliter vel ociter mouet̄ & si sub dupla rē illa resistētia medij velocius moueret̄ & iterum sub duplādo velocius ex hoc nō sequitur q̄ si illud mixtū poneret̄ in medio nullius resistētie ad ymaginationem: q̄ infinite velocius moueretur vt cōstet intelligēti phisicā igitur calculatio adducta i argumēto nō procedit sed si sic argue res est aequaliter graue velle cōmittere hec duo p̄ctā & in duplo graui⁹ velle cōmittere hec quatuor demōstratis duobus prioribus cum duobus equalibus & sic in infinitum procedēdo. sed tunc negaretur antecedens quia ceteris parib⁹ nō oportet q̄ velle cōmittere hec quatuor p̄ctā sit in duplo grauius q̄ velle cōmittere ista duo. tñ postq̄ aequaliter diminuitur malicia eo q̄ intellectus & voluntas indistinctius feruntur sup̄ quatuor q̄ sup̄ duo. Sed ad huc replicatur infinita grauitas deordinationis ad rectā rationē est adeo efficax argumentū ad concludendū infinitā maliciā q̄ efficax argumētū est infinita grauitas cōpositionis vel obligatiōis sed alterū istorū sufficit ad concludendū infinitā maliciā in actu quia sequitur bene hic actus fornicationis est infinite intēsus ergo est infinite malicie

etiā ceteris parib⁹. Etia sequitur bene huic actui debetur infinita pena ergo est infinite malicie & grauitatis ex parte obligationis quia actū esse finite graue ex parte obligationis est penā infinitā debere actui secundum martinum in materia de odio dei ergo eodē modo ista cōsequētia debet esse bona hic actus habet infinitā grauitatē deordinationis ergo est infinite malus forte concedis consequentiā & consequens sicut videtur concedendum quia quicquid dicat martinus sup̄uacane videtur ponere aliquam grauitatem aliam a grauitate deordinationis certū est enim q̄ grauitas cōpositionis & obligationis sub illa cōprehenduntur. Nam difformius agit in ordine ad rectā rationem qui habet volitionem fornicationis intēsam vt octo q̄ ille qui habet volitionem fornicationis solū intēsam vt quatuor vel vt duo & grauitas obligationis non est attendenda ex parte penę quia certum est q̄ pena nō addit aliquam grauitatē actui cuius est effectus Propterea potius p̄ grauitatem obligationis esset intelligenda grauitas que prouenit ex pluralitate p̄ceptorū cadentium super eandē materiā hec tñ grauitas prouenit ex difformitate actus ad dictamen recte rationis & sic licet pulchra sit illa disinctio martini de grauitate actus nō videtur tamen opus multiplicare tot species grauitatis quia omnia sub grauitate deordinationis continentur & illa est precipue consideranda. Et propterea ad replicam respondetur concessa consequētia cum minore dico q̄ maior non est neganda quia si argumētum sit efficax ex parte aliarum grauitatum necesse est q̄ sit efficax ex parte deordinatiōis postq̄ grauitas entatiua est grauitas deordinatiōis vt dictū. Sed forte pbabis maiorem sic ille qui vult committere infinita peccata equalia & distincta contrauenit infinitis dictaminibus particularibus non cōmunicatibus istis scilicet non est committendū hoc peccatum ne hoc &c. forte dicis grauitas nō debet mensurari penes illa dictamina particularia postq̄ actus voluntatis non fertur distincte super illa sed debet grauitas actus mensurari penes deordinationem quam habet actus ad suum dictamen adequatum vniuersale & licet illud dictamen in proportionabiliter dicat de maiori obligatione q̄ aliquod istorum particularium quia tamen dictamen vniuersale fertur indistincte in suum obiectum & similiter actus voluntatis conformis: talis actus voluntatis non est adeo deordinatus q̄ deordinatus esset si esset distincte diffinis infinitis dictaminibus particularibus ymo videtur valde pbabile postq̄ itellest⁹ n̄ est solū finite capacitatis actiue & nihil magis aggrauat q̄ distincta scia actus voluntatis qui fertur super dictamē confusum non posset h̄re maiore maliciā q̄ actus ille ad

ymaginationem quo formaliter voluntas se dif-
formaret tot dictaminibus particularibus quor in-
tellectus est capax simul. Et sic esset consequen-
ter concedendum supposito q intellectus solum
posset habere decem dictamina distincta: act^o quo
fortes vellet committere infinita peccata non esset ma-
loris malitie q esset act^o voluntatis quo fortes for-
maliter difformaret se decem dictaminibus parti-
cularibus contentis sub hoc dictamine vniuersa-
li non sunt committenda infinita peccata pura de-
cem talibus non est committendum hoc peccatum, &c.
¶ Et sic patet quid esset dicendum consequenter ad
illa difficultatem roten de malicia hui^o actus vol-
lo occidere infinitos homines ponderanda esset
sua malicia consequenter in ordine ad capacitate
intellect^o respectu particularium dictaminum. Et quia
alij casus cōes probantes actum posse in infinitum
aggruari ex parte circumstantiarum possunt aliqua-
liter solui ex dictis adduco aliquos casus. ¶ Pri-
mus casus est volo q fortes habeat infinitos super-
iores quorum quilibet precipiat ei hoc die celebra-
re horas & gratia argumenti sint superiores equalis
auctoritatis tunc omittat sortes dicere horas pec-
catum fortis erit infinite malicie quia peius est con-
trauenire preceptis duorum superiorum circa eandem ma-
teriam q precepto vnius tamen alias religiosus non ma-
gis peccaret non ieiunando quattuor tempora q sim-
plex non religiosus ceteris panibus quod non est
verum quia tenetur illo tempore ieiunare ratio-
ne precepti ecclesie & ratione voti. ¶ Secundus
casus capio paulum qui erat certus de futura pre-
destinatione ipso dicente reposita est mihi corona
iusticie &c. tunc paulus sic certus peccans morta-
liter ratione diuini beneficii de sua predestinatione
infinite grauiter peccaret deordinando actum
suum ad rectam rationem quia si fuisset certus solum
de beatitudine vnius diei & peccasset propter diu-
inum beneficium aliquo modo fuisset aggrauata sua cul-
pa & si fuisset certus de duobus diebus magis fuisset
aggrauata culpa ergo postquam fuit certus de illis
nitis diebus infinite fuit aggrauatum suum peccatum.
Tercius casus est fortes q inebriat se & est cer-
tus q non exponet se periculo nisi vnius homici-
di tamen talis inebriando se aliquo modo grauiter pec-
caret & si esset certus probabiliter de periculo dubi-
rum magis peccaret ergo si esset certus probabili-
tate morali de periculo occisionis infinitorum ho-
minum puta casu quo esset ei reuelatum q essent infi-
niti hoies positi penetratiue cum platone quod talis
prosequitur odio tunc ipse fortes inebriando se infinite
grauiter peccaret. Quartus casus peccatum venia-
le infinite aggrauat peccatum mortale ergo circumsta-
ntia aucta in infinitum debet actiuius est circumsta-
ntia infinite aggrauare anser patet supposito q me-
daciū iocolum cadat obiectiue in fornicatione sim-

phici put: sit finis eius tunc talis actus sic circumstan-
tionar^o habet vnicam difformitatem ad reparationem
etiam maiorem q sine tali circumstantia ergo vnicam pena
ei imdebit in inferno si sic contingat descendere & non
nisi eterna quia peccatum sic circumstantionatum est mortu-
tale solum igitur infinite aggrauat quia mortaliter. ¶ Ter-
tus casus est de odio dei malum est odire proximum puta
forte & peius est odire vnum angelum bonum & ad-
huc si essent infinite creature quarum quilibet esset pre-
rior angelo & melior in gratuitis peius esset aliqua
illarum odire q angelum & peius est deum odire q aliqua
illarum vmo q odire oēs creaturas simul iunctas ergo
odire deum est infinite malum & similiter potest probari
q diligere deum est infinite bonum. ¶ Sextus casus
est si odium fortis continue intenderet pro parte pro-
portionalis hore future sic q tantum adderet se que-
da parte proportionali quantum acqisuit in pria & tantum ad-
deret in tertia quantum fuit acqisuit in secunda &c. sic q in fi-
ne hore odium esset infinite infernum est verum di-
cere q illud odium in fine hore est infinite grauitatis
ergo idem est augendo circumstantiam obiecti. Se-
ptimus casus si hoc illi eliceret actus dilectionis
dei vt quatuor & libere continuaret per totam horam futu-
ram ratione continuationis illius actus mentum in infinitum au-
geret ergo ratione cōitatis obiecti non incouenit q
sic auget tenet consequentia probat anser quia in quolibet
instat hore future tantum meretur sicut in hoc in-
stanti & nunc aliquid proxiimum meretur igitur. Octauus casus
est quilibet obligat secundum formam illius textus ois
virtutum q sex omittes confiteri aliquid peccatum mor-
tale infinite grauiter peccat vt gratia exempli omittes
confiteri fornicationem simplicem ex sua negligentia
crassa peccat vno pro non omittendo confessionem illius
fornicationis simplicis & altero peccato omittendo
confessionem illius omissionis & sic consequenter er-
go infinite grauiter peccat. Nonus casus precipiat
forti deus non odire proximum in hac hora sub pena
infinite inferni vel adimere tali pena q puniret in
infinite locis in quorum quolibet pena sua est inte-
sa vt quatuor talis circumstantia infinite aggrauaret
igitur. Decimus casus si sub luxuria ad ymagina-
tionem essent infinite species taliter se habentes in gra-
uitate sicut iste sex spes fornicatio: struprum: raptus
incestus: adulterium: sodomiticum suppono semper q
sequi sicut grauius peccantes sic ad ymaginationem
si essent infinite species proportionaliter se se exco-
dentes in grauitate sicut priores: tunc capio istam
volitionem volo cognoscere hanc demonstrando
bertham quam dubitare solutam consanguineam coniunctam
& sic in infinitum ascendendo illa volitio stante ta-
li dubitatione est infinite mala quod sic ostendit
si essent due bertham & catharina & scire q cathe-
rina non est coniuncta nec consanguinea dubitare tamen
de bertham vtrum est soluta coniuncta vel consanguinea
grauius esset velle cognoscere Bertham q velle

cognoscere catherinam: & non nisi propter dubitationem de maiori peccato: ergo supposito q̄ esse dubius de infinito graui peccato agnoscendo istam finire grauius peccare per consequens circumstantia dubitationis infinite grauius aggrauat & non minoris est efficacit̄ circumstantia communis obiecti higitur. ¶ Ad primū casum dico q̄ casus non est possibilis naturaliter: & casu supernaturali admissio non est magnum inconueniens concedere q̄ transgressio illius precepti esset infinite grauitatis intensiue hoc supposito q̄ sit ei comunicata noticia distincta omnium illorum preceptorum: vel si ponas q̄ sit ei reuelatum in vniuersali q̄ ipse est obligat⁹ ab hoc ab infinitis superioribus: dico q̄ hoc admissio actus non esset infinite malus quia sua malitia non est ponderanda penes multitudinem dictaminum particularium de illis obligationibus dictaminum: sed penes difformiter ad dictamen vniuersale. Ad secundū casum dico similiter sicut ad priorem: nego antecedens. Ad probationē certum est q̄ calculatio nō valet quia non duplas semper in antecedente qd̄ oportet: vel ponderanda esset grauitas illius transgressionis penes dictamina particularia ad æquata capacitati &c. Nec valet dicere postq̄ paul⁹ fuit confirmatus non stat in sensu copposito q̄ peccasset mortaliter: certum est q̄ illa copulatiua nō ē possibilis: stat tamen dare aliquem certū ab q̄ confirmatione: & dato q̄ non cōfingeret non est impediens casus gratia disputationis. Ad tertium toto casu admissio: transeat antecedens: nego consequentiam: dico q̄ recurrentū est ad multitudinem ad æquatam sue capacitati dictaminū (vt prius) penes quam debet mensurari grauitas &c. vel penes difformitatem ad dictamen vniuersale. Ad quartū nego consequentiā cōcesso antecedente tanq̄ parte pbabiliori: quia difficile est dicere saltem tenendo opinionem Doctoris subtilis de remissione peccati Venialis in inferno q̄ peccatū illud veniale in casu solum aggrauat venialiter: quia si sic tandem illius circūstantiæ venialis in inferno esset redemptio: & per consequens aliqua grauitas mortalis in inferno esset remissa: qd̄ non concederet doctor ille. Ad quintum cōcesso antecedente nego consequentiam quia nō proceditur per duplicationem continuā & dato q̄ sic procederetur postq̄ est comparatio rerum specie differētium quarum quælibet in infinitum alteram exsuperat nō solum in grauitate sed pfectiōne essentiali. ¶ Ex illo processu non posses cōcludere grauissimum illius comparationis esse infinite grauitatis alias prompte cōcludereshominem esse infinite perfectioris quia infinite perfectior est equo & equus asino & sic consequenter.

Ad sextum casum admissio qui est preter le-

gendo q̄ actus essent infinite malitiæ intensiue: nego consequentiam: quia nec circumstantia communitatis obiecti: nec aliqua illa circumstantia in formans vel assistens ceteris partibus tantum aggrauat sicut circumstantia compositionis.

Ad septimū admissio casu p̄ prima parte: nego q̄ aliquis talis actus pot̄ libere continuari p̄ totam horā futurā: quamlibet partē eius vel instans illius quia voluntas creata eliciens actū in instanti de necessitate naturali illum continuat per tempus in cuius instanti terminatio iterum actum libere conseruat: & rursus eundem actum naturaliter per tempus continuat & sic cōsequenter sic talis actus non potest corrumpi nisi in instanti terminatio illius temporis. Sed istud nō videtur verum: quia si talis actus fuisset successiue product⁹ poterat corrumpi successiue: ergo dato q̄ sit productus in instanti sua corruptio potest fieri successiue. Item alias inuite voluntas aliquid vellet puta nolendo istū actum necessario continuatū.

Similiter pro tunc non posset penitere de illo actu: & ve it nolit in casu discederet in peccato mortali puta si eliceret actum parum ante instans mortis & anima separaret a corpore ante instans terminatiū tēporis in quo naturaliter continuat propter similia argumenta videtur aliquibus aliter dicendum q̄ nullus actus de necessitate continuat per tempus secundum se totum sed bene secundum se vel aliquid eius sicut de corruptione luminis solet ymaginari: substracto corpore luminoso successiue ab aliquo puncto mediū illuminato: & licet secunda solutio non careat probabilitate prior tamen est probabilis: propterea respondetur ad obiectiones contra eam cōcedo consequenter q̄ actus in instanti productus de necessitate in instanti corrumpitur: scetus est de actu successiue producto facile est dare rationē. ¶ Ad aliud nō inuenit voluntatem inuite vellet vt probat secunda obiectio: sed propterea non cogitur quia non pducitur involuntate aliquis effectus cōtra inclinationem eius. Ad tertiam obiectionem nego an̄s si intelligas de peccato mortali imputabili quia eliciendo molitionem illius actus constituitur eliciens in statu gratiæ: si nō sit aliud impedimentū circa hoc multe occurrūt difficultates quas omitto. Ad octauum nego assumptū ad probationem casu admissio concedo q̄ ommissio cōfessionis illius fornicationis est peccatū: nego p̄pterea q̄ ommissio ommissionis sit peccatū quia ommissio ommissionis necessario sequit̄ ad ommissionē cōfessionis illius fornicationis ymo nulla alia lege phibet & p̄pterea nō hēt aliam imputabilitatē a priori ommissionē. Ad nonū dico q̄ casus est supernaturalis & p̄pterea preter legem dabit̄ nisi: ca u admissio dico q̄ act⁹ ille nō haberet maiore deordinationē ad rectā rationē

quia maiori pena punitur q̄ nunc punitur. p̄te
re i non sequitur sua infinita malicia nisi velles at
tendere maliciam ex parte magnitudinis pene si
cut proprie non debet attendi licet ista circumstan
tia in casu p̄ter legem infinite aggrauatet actū
prohibitū non sequitur q̄ ita sit de circumstantia
communitatis obiecti secundum legem. **libo 137**

¶ Ad decimū casu admissō nego assumptū ad p
bationem cōcedo q̄ esset grauius berthā cogno
scere in casu q̄ cognoscere latherinū sed nego
consequentiam q̄ ex hoc sequatur dato illo casu
ad ymaginationē q̄ hec volitio volo cognoscere
hanc esset infinite mala quia quemadmodū sc̄ ē
tia vniuersalis siue indistincta & similiter profe
quutio vniuersalis lata sub disinctione diminuat
maliciā aliquantū. sic dubitatio vniuersalis vel p
sequutio dubitationis indistincte maliciam minu
it aliquantū. & propterea licet sequatur ex casu
q̄ hec volitio qua volo cognoscere hanc stante
dubitatione circa infinitas grauitates specie di
stinctas ceteris paribus sit peior q̄ si esset dubita
tio circa quoscūq; duas vel tres vel quatuor & sic
in infinitū. nū tñ sequit q̄ esset infinite grauis si
cut dictū est de volitioe qua volo peccare in finitis
peccatis. &c. Ad argumentū añ oppositū patet
solutio ex his q̄ dicta sunt i solutioe argumenti con
tra primā p̄te tertie cōclusionis dico tñ q̄ falsum
assumit in argumento scilicet q̄ doctores reputāt
p̄ctm̄ primi parētis oim̄ p̄ctōe grauiusimū sed di
cunt q̄ est grauiusimū grauitate sequele. ¶ Que
ritur tertio. vtrū q̄libet actus fortitudinis bellice
sit i gradu heroico virtutis cōstitutus. ¶ Et arguit
q̄ sic q̄a circumstantia mortis sufficit cōstituere actū
in gradu heroico postq̄ mors ē oim̄ terribiliū ter
ribilissimū sed q̄libet actus fortitudinis bellice ha
bet piculū mortis nō solū p̄ circumstantia sed p̄ obie
cto ergo q̄libet talis actus ē i gradu heroico cōsti
tutus. ¶ Et confirmatur circumstantia piculi mortis
sufficit quēcūq; actū martiri in gradu heroico cō
stituere & nō minus cōcurrūt piculū mortis tanq̄
circumstantia vel obiectū cuiuscūq; act⁹ fortitudinis
bellice q̄ tanq̄ circumstantia vel obiectū martiri agr
si tale piculū sufficit vtrūq; cōstituere i gradu he
roico virtutis sufficit cōstituere primū. In opposi
tū est aristoteles septimo ethicorū tractatu prio
in qualibet virtute speciali tres gradus assignans
pariter & triplicē maliciā oppositā. ¶ Pro decla
ratione tituli q̄ titiois dicendū est qd gradus he
roicus & postq̄ gradus heroico est mēbrū cōdisti
ctū a gradu cōtinētie & gradu tēperantie assignā
dū est discrimen inter illa mēbra & inter malicias
oppositas cōtinētia gradus & in cōtinētia viciū ei
oppositū dicuntur circa limites hūane cōditionis tē
perantia grad⁹ q̄ ab aristotele virtus nūcupatur cū
malicia ei opposita intra limites hūane cōditionis

sunt. Gradus heroic⁹ & bestialitas ei opposita vl
tra humanā cōditionē actū cōstituūt. per limites
humanē cōditionis intelligo conditionē humanā
in medio sitā inter bestias & intelligentias sic q̄
illa natura nō notabiliter agitatur impulsibus pas
sionū sensualium sicut agitatur bestie nec tñ eleua
tur sua conditio vt operationes communem ho
minū facultatem excedentes procreat. Ex his in
feruntur terminorum descriptiones. ¶ Cōtinētia
gradus est actus vel habit⁹ quo quis p̄sistit in ope
re virtutis vincendo passionē inexistentes & no
tabiliter insurgentes siue a delectationibus siue a
tristicis proueniant secundum iudiciū recte ra
tionis. Incontinentia vero ei opposita est act⁹ vel
habitus quo quis vincitur a passionibus inexiste
ntibus & notabiliter insurgentibus contra iudiciū
rationis siue sint delectationes siue tristicie.

Ex istis diffinitionibus facile percipitur q̄ continē
tia gradus recipit diuisionem & similiter inconti
nentia gradus hoc significat coniunctio diuisi
ua in diffinitionibus posita quia si passionē a de
lectationibus pueniāt vocatur gradus cōtinētie p
prie sumptus cui incontinentia opposito sumpta
opponitur si vero a tristitia procedāt passio
nes vehementes puta tristicie actus vel habitus
vincens illas dicitur perseverantia gradus cui op
ponitur mollicies a continētia p̄prie capta distin
cta quarū vtraq; continētie communiter accepte
subalternatur sicut incontinentia proprie sumpta
& mollicies subalternantur incontinentie comu
niter dicte. ¶ Tēperantia gradus est act⁹ vel ha
bitus quo quis p̄sistit in opere virtutis passio
nis sedatis vel non notabiliter insurgentibus con
tra dictamen recte rationis quem gradum subdi
uidit doctor subti. di. trigesima sexta. que. i. ar. i. z.
sententiarum in virtutem in perfectam mediocrem
& perfectam. Opposito modo diffinitur malicia
siue intemperantia viciū oppositum est actus
vel habitus quo quis p̄sistit in opere contra iu
diciū recte rationis passionibus sedatis vel sal
tem nō notabiliter insurgentibus. ¶ Gradus he
roicus est quo quis p̄sistit in opere virtutis supra
communē facultatem hominum vel ex natura ac
tus vel ratione circumstantie conformiter ad iu
diciū recte rationis. ¶ Bestialitas est actus vel ha
bitus quo quis insequitur impetū passionum sen
sualium vltra conditionem humanam synderesi
extincta vel quasi extincta cōtra iudiciū recte
rationis. ¶ Secundo notandū q̄ de differentia
specificā istorū graduum siue virtutum siue malicia
rum inter doctores est controuersia magis verba
lis q̄ ad rem mea sententia. Guillelmus olzā que
stione vltima tertia sententiarū que insequitur mar
tinus vult illos grad⁹ virtutum specie diuisiui & si
militer gradus maliciarū semp̄ inuoluēto aliquid

in obiecto vnius quod non inuoluitur in obiecto
alterius & precipue re tam rationem in gradib⁹
virtutum vt actus in gradu continētie hanc rectā
rationem pro obiecto habet: fugiēde sunt passio-
nes notabiles actu inherentes quando & quomo-
do oportet & actus gradu temperantie hanc ra-
tionem inuoluit: nedum sunt fugiēde passiones
inexistentes sed occasiones talium actus gradus
heroici rationem vniuersalem habet pro obiecto
talem scilicet .actus virtutis non est deserendus
nec turpe est committendum pro quocūq; quod
est contra iudicium recte rationis & sic infert dif-
ferentiam inter gradum heroicū gradum continē-
tie & temperantie gradū quia primus gradus ha-
bet rationem vniuersalē rectam pro obiecto duo
alij gradus rationes rectas particulares & p con-
sequens distinguuntur quia actus distinguuntur per
obiecta.

¶ Ex hoc infert ille doctor Iohan-
nem errare qui ponit illos gradus eiusdem spei &
solum differre penes intensum & remissum: sed
profecto suum correlarium est nullum quia cer-
tum est q̄ doctor subtilis non negaret illos actus
specie differre supposito q̄ habeant obiecta spe-
cie differentia: deberet ergo probare suū funda-
mentū videlicet q̄ ille rationes specie differentes
necessario sint obiecta actū in illis gradibus con-
stitutis: quod negat doctor subtilis: & propterea
olzam solū fabricat quāsdā terminorū descrip-
tiones ex quibus sibi soli cōcluditur: nec est intentio
doctoris subtilis q̄ dūtaxat penes intensum & re-
missum differant satis est ei q̄ non oportet actus
illorū graduum specie differre. ¶ Notandum est
tertio q̄ habitus virtutis dupliciter pōt se habere
ad piculū mortis: vno mō secundū actū elicitū in
absētia piculorū qui dī nō impatiuus executiōis
alio modo secundū actū elicitū in pñtia piculorū
imperatiuū & executionis formaliter. Et quolibet
istorum modorū contingit dupliciter vel sine con-
trapugnatione & renitentia virum vel cū contra-
pugnatione & viriū renitentia. Exempla sunt fa-
cilia istis notatis ponuntur conclusiones. Prima
conclusio Actus istorum gradum siue virtutum si-
ue vitiorum aliqui specie differunt sed non oēs.
¶ Secunda conclusio, actus elicitū tantum circa
periculū mortis siue cum contrapugnatione siue
contrapugnatione non sunt constituti in gradu
heroico. ¶ Tertia conclusio non omnis actus im-
peratiuus executionis periculi mortis cum con-
trapugnatione est in gradu heroico constitutus.
¶ Quarta conclusio omnis actus formaliter im-
peratiuus executionis mortis sine cōtrapugna-
tione est in gradu heroico constitutus. prior pars
prime cōclusionis suadetur rationibus olzam qa
illorum graduum aliqui actus habent diuersa ob-
iecta sicut multi actus eiusdem gradus vt certum

est. Secunda pars probatur quia statibus iudicio
recte rationis in intellectu & delectatione vel tri-
sticia in sensu inclinante ad oppositū recte ratio-
nis voluntas ex sua libertate potest se confirma-
re iudicio rationis puta nolle fornicari absq; hoc
q̄ talis volitio habeat illud dictamē pro obiecto
vel passionem existētem in sensu: quo facto talis
actus voluntatis erit actus continētie gradus vt
patet ex primo notabili . volo ergo q̄ remittatur
passio sensitua vsq; ad nō gradū vel saltem quo
vsq; non notabiliter insurgat (voluntate predictū
actum cōtinuante) tunc in fine remissionis actus
ille continuatus erit in gradu temperantie consti-
tutus & rursus intēdatur passio sensitua sic q̄ re-
gulariter homines tam vehementem passionem
habentes passioni succumberent qua aucta volū-
tas exiens in similem actū vel priorē continuans
redderet actum in gradu heroico constitutum sic
posset persuadere de gradibus malitiarum.

¶ Secūda cōclusio probatur de actu elicitū tān-
tū sine contrapugnatione quia ibi est maior difficul-
tas hic actus non negabo fidē & si oporteat mo-
ri non est actus communem facultatem hominū
excedens elicitus in absentia periculorum etiam
de prope instantium quia regulariter homines ta-
ler actus eliciunt qui si essent in actuali presentia
periculorum sicut laurentius prope craticulam a
sancto proposito discederent sic petrus in pericu-
lorum absentia (inquit) etiā si oportuerit me mo-
ri tecum non te negabo qui in presentia periculo-
rum aduocem ancille dixit se non nouisse homi-
nem. ¶ Tertia conclusio probatur qui alias qui
libet actus fortitudinis bellice in pñtia periculo-
rum imperatus esset in gradu heroico constitut⁹
quod non est verum quia hoc non excedit cōmu-
nem facultatem hominum vt constat.

¶ Item alias in fortitudine bellica non esset repe-
ribilis triple < gradus virtutis contra determina-
tionem aristotelis septimo ethicorum. ¶ Quarta
conclusio probatur quia alias nō quodlibet mar-
tyrium esset in gradu heroico constitutū contra
communem sentētiā doctorum nec mors esset
omnium terribilium terribilissima (contra aristo-
telem tercio ethicorum) quia mors maxime esset
terribilis vbi non est spes euadēdi nec spes vlcil-
cendi in hostem nec distractio ab apprehensiōe
penarum qualiter contingit in morte imperata in
presentia periculorū sine cōtrapugnatione: Con-
tra secundam partem prime cōclusionis videtur
expressa sententia aristotelis ferme per totū pri-
mum tractatum septimi ethicorum. ¶ Arguitur
ratione sic quecunq; continētur sub diuersis spe-
ciebus nō subalternatim positae species differunt
sed quicunq; actus quorū vnus est sub gradu con-
tinētie & alter sub gradu heroico vel temperan-

etiam contineret sub diuersis speciebus non sub altera
natum positus, alias ista non esset impossibilis actus
gradus continentie est actus gradus heroici vel te-
perantie. ¶ Et confirmatur. Nulli actus
istorum graduum possunt simul inesse eidem volu-
tati: & possunt successiue inesse: ergo specie differunt
tenet consequentia: quia omnia contraria sunt ad in-
uicem specie differantia: probatur antecedens quia
ad actum continentie requiritur quod passio vehemens
circa comunem facultatem insit voluntati: & ad actum
heroicum requiritur quod victoria illius passionis ex-
cedat comunem facultatem ad actum vero tem-
perantie requiritur quod nulla talis passio insit vel sal-
tem quod non sit vehemens: modo certum est quod ista
non simul stant: igitur &c. ¶ Secundo sic. Vel diffe-
rentia istorum graduum sumitur ex parte intensio-
nis & remissionis actuum vel ex parte obiecti vel ex
parte passionis sic quod gradus continentie sit remissio &
gradus temperantie intensior: & gradus heroicus
intensissimus. Non primum: quia stat bene quod habes
passionem excedentem comunem facultatem eliciat actum
vincentem illam passionem solum intensum ut duo
& alter habes passionem circa comunem facultatem
eliciat actum intensum ut quatuor: similiter stat ha-
bentem passionem circa comunem facultatem esse
exercitatum circa materiam temperantie sic quod ha-
bitus eius sit ut octo et alterum cui nulla passio in-
est retrahens &c. non esse exercitatum circa talem ma-
teriam: & sic habitus eius erit intensus ut quatuor vel
ut duo aut forte nullum habet habitum: igitur non re-
quiritur quod actus vel habitus gradus temperantie
sit intensior actu vel habitu gradus continentie: Non
secundum: ut patet ex probatione secunde partis pri-
mae conclusionis: id enim actus est successiue consti-
tutus in diuersis gradibus virtutis quod non contingit
ret si distinctio illorum graduum sumeretur ex parte
obectorum. Nec tertium est dicendum: alias seque-
retur quod actus habes passionem ultra comunem fa-
cultatem per obiecto successiue posset constitui in gra-
du temperantie vel in gradu continentie: sequala
probatur volo quod sortes habeat passionem in sensu quam
vincere excedit comunem facultatem qua state eliciat
talem volitionem non obstante hac passione (quod est ultra
comunem facultatem hominum) volo insisteret
eteroni: tunc stat voluntas actum suum continuare da-
to quod remittat passio in sensu: sic quod fiat circa comunem
facultatem quo facto talis actus erit continentia
gradus vel supposito quod passio remittat ad non gra-
dum eodem actu continuato talis actus esset tempe-
rantia gradus. Nec valet dicere necessario corrupti
tur actus remissa passione quae est obiectum quia no-
ticia abstractiua bene manet eadem corrupto suo
obiecto: ergo volitio potest manere suo obiecto cor-
rupto: alias volitio esset de natura noticie quod non
est dicendum. ¶ Et confirmatur. Gradus virtutis

est ipsemet actus vel habitus taliter se habet: sed
actus non est in ipso met: nec habitus in habitu ergo
nullus actus est in gradu temperantie vel contin-
tie. ¶ Tertio sic actus gradus continentie a toto
genere est melior actu gradus temperantie & actus
gradus heroici a toto genere melior utroque istorum
ergo ista specie differunt: tenet consequentia: quia
non oportet vnum esse meliorem alio propter in-
tensionem: ut patet ex argumento precedenti ergo
est melior propter specificam differentiam: pro-
batur antecedens: gradus heroicus communiter
ceditur melior propter maximam eius difficul-
tatem: sed eadem ratione actus continentie debet
esse melior actu gradus temperantie: quia difficilius
est vincere passionem vehementem quam modicam vel
nullam. ¶ Et confirmatur multis alijs modis actus
constituitur in gradu heroico quam ratione passionis
inexistens sensui ut ratione circumstantiae mortis
quam vincere comunem facultatem excedit dato quod nul-
la passio insit. ¶ Quarto sic. Nulli sunt gradus vi-
tiorum istis gradibus virtutum oppositi ergo conclu-
sio supponit falsum: tenet consequentia. probatur
antecedens: quia vel illa vitia opponerentur istis gra-
dibus in superabundando tantum vel in deficiendo
tantum vel aliqua in deficiendo & aliqua in super-
habundando. Non primum: nec secundum: quia tunc
dabilis esset aliqua virtus cui alterum extremorum
deficeret: & sic virtus non esset coiectrix medijs
contra Aristotelem secundum ethicorum. Nec est dicendum
tertium quia quero: vel temperantia gradus oppo-
nitur sicut extremum in superabundando tempe-
rantiae gradui vel sicut extremum in deficiendo: si
primum quero extremum in deficiendo respectu temperantie
gradus si secundum quero extremum in superabundando
respectu eiusdem: & vix reperies. Et confir-
matur. Intemperantia gradus est virtus: ergo non
est vitium: consequentia est clara. Probatur antecede-
ns: quia est extremorum media videlicet inter in-
continentiam & bestialitatem quorum bestialitas est
extremum in superabundando: & incontinentia
in deficiendo circa eandem materiam & intempe-
rantia medio modo se habet: igitur est virtus.
¶ Quinto sic. Bestialitas non est vitium: ergo non
sunt tres gradus maliciarum, consequentia est clara
Probatur antecedens quia maxime esset vitium oppo-
situm gradui heroico: sed hoc non: tum primo quia
bestialitas duritat circa delectabilia in naturalia
versatur: ut in comestione carnis humanae qualis cre-
ditur esse apud gottos si Iheronimo creditur licet
littera corrupta habeat scotos vel in comestione
carbonum quorum usus est apud mulieres de no-
uo pregnantes: modo circa talia gradus heroicus non
versatur & contraria debent esse circa idem. Tum
secundo: quia bestialitas inter gradus maliciarum de-
bet esse maxima malicia postquam deicit hominem a

lino statu: & non alij: & tamen vnum oppositū gra-
dū heroico virtutis est omnium maliciarum mi-
nima alias aristoteles non dixisset tale vitium esse
condonabile: & probatur ratione signo aliquē ma-
le natum / talis secundum aristotelem non potest
attingere gradum heroicū virtutis propter vitia
tam naturam: ergo si deficiat a gradu heroico vir-
tutis non vitiose agit: vel si potest attingere postq̄
cum maxima difficultate attingit parua valde erit
malicia sui actus. ¶ Et cōfirmatur. Intemperātia a
toto genere est peior: quia ex electione & insanabi-
lior continentia gradu quæ, excludit electionem: &
facile sanatur: antecedens patet ex textu aristote-
lis in septimo. ¶ Ad primum: nego assumptū: quia
non est intentio Aristotelis in illa primo tractatu
dicere q̄ gradus virtutū distinguitur in genere rei
sed satis est q̄ differant ratione siue in esse virtutis
sic q̄ sit alia ratio quare actus dicitur continentia
gradus q̄ temperātia gradus vel gradus heroicus,
¶ Ad rationem: distinguit maior: vel q̄ debeant
differre specie essentiali quæ ponuntur sub specie
bus non subalternatim positīs & sic negatur: vel q̄
adminus debeant differre specie accidentali. & sic
conceditur: & vterius conceditur minor cōsequen-
tia cum consequente intelligendo sic cōsequens q̄
differunt specie accidentali puta specie moris ergo
nō differūt specie moris. Nec valet obijcere q̄ sunt
partes eiusdem virtutis specialis vt pote in abstine-
tia virtute hic triplex gradus est reperibilis scilicet
abstinentia in gradu cōtinentiæ in gradu temperā-
tiæ & in gradu heroico. ¶ Rñdeo: nego consequē-
tiam sed argumētū probat q̄ isti tres termini absti-
nentia in gradu continentia: abstinentia in gradu
tēperatiæ & abstinentia gradu heroico sunt ptes sub-
iectiue huius termini abstinentia: & q̄ nullus illo-
rum terminorum significat medium adæquatum
inter extrema vitio: a ratione cuius debeat dici vir-
tus specialis & propterea potius dicuntur gradus
virtutis q̄ virtutes ipsæ. Nolo ergo dicere q̄ diffe-
rant specie virtutis eo q̄ cōstituunt diuersas virtu-
tes speciales: sed ideo specie virtutis dicuntur dif-
ferre quia diuersas rationes pticulares eiusdē vir-
tutis speciales sibi vendicāt: sic dicēdum est in alijs
virtutibus sicut in abstinentia. ¶ Ad confirmatio-
nem. nego antecedens simpliciter: quia stat bene
q̄ aliquis habeat actum fortitudinis in gradu con-
tinentiæ: & habeat actum abstinentiæ in gradu tem-
perantiæ: & similiter habitum simul & semel quia
stat bene q̄ aliquis habeat passiones retrahentes
ab actu vnius virtutis: & non ab actu alterius: con-
cedo tamen q̄ nō stat habere simul & semel duos
actus circa materiam eiusdem virtutis: quorum
vnus debet vocari actus in gradu continentia &
alter actus in gradu temperantiæ respectu eiusdem
virtutis specialis: & nego cōsequentiā q̄ propte-

rea differant specie saltem essentiali. Ad probatio-
nem consequentiæ: nego q̄ actus illorum gradū
contrariantur bene verum est tamen q̄ isti termini
abstinentia in gradu continentia abstinentia in gra-
du temperantiæ: & abstinentia in gradu heroico
habent connotationes impossibiles eo q̄ con-
notationes diuersam habitudinem ad passiones re-
trahētes a iudicio rationis: si nile est in naturalibus
nuq̄ iste dēnominationes sunt composibiles res-
pectu eiusdem sedens & stans: & conueniunt el-
dem rei successe tamen res quæ est sedens & res
quæ est stans non propterea specie differunt saltē
essentiali. Sequitur correlarie licet hęc sit impossibi-
lis actus gradus continentie est actus temperatiæ
ista non est tamen impossibilis actus gradus conti-
nentia erit actus gradus temperantiæ vel fuit vel
potest esse. Correlarium est manifestum ex logi-
ca. Sed forte replicabis contra solutionem si isti ter-
mini solum important habitudinem ad passiones
solum inexistentes & retrahentes a iudicio recte ra-
tionis sequeretur ista conclusio q̄ in nobis non es-
set dabilis aliquis actus fortitudinis specialis quin
esset constitutus in aliquo istorum graduum & si-
militer non esset dabilis aliquis actus temperan-
tiæ quem esset constitutus &cæ. sed hęc conclusio
est contra doctrinam subtiliter loquentium in phi-
losophia morali qui dicunt actus generales talium
virtutum non esse constitutos in gradu vt pote hij
actus volo fortiter facere volo temperanter agere
quorum primus vocatur fortitudo simplex siue nō
contracta & alter vocatur temperātia simplex &c.
probat tamen consequentia quia vel illi actus a-
ctus eliciuntur a voluntate non habente passiones
retrahētes a iudicio rationis. & sine difficultate ex-
cedente communem facultatem & sic erunt cōsti-
tuti in gradu temperatiæ illarum virtutū specialium
vel insunt passiones retrahētes & hoc dupliciter
vel victoria illarum superat cōmunem facultatem
& sic erunt in gradu heroico: vel victoria est citra
communem facultatem: & sic erunt in gradu conti-
nentia. Respondeo: conclusio est concedēda. Ad
rationem dico q̄ magis conforme est aristoteli in
septimo ethicorum omnem actum fortitudinis col-
locari sub aliquo illorum trium graduum condistin-
ctum & ab aristotele innominatum: & dico q̄ illi
quos dicis subtiliter loquentes in moralibus ponūt
passiones cadere obiectiue in actibus studiosis &
propterea assignant gradum condistinctum: sed il-
lud fundamentum non est necessarium vt patet ex
dictis immo probabilius est oppositum.

¶ Sed forte adhuc non es contentus hac solu-
tione quia primi parentes in statu innocentia ha-
buerunt actus temperantiæ & aliarum virtutum
moralium & tamen illi actus non erant constituti
in aliquo istorum graduum igitur est assignandus

alius gradus: sic potest argui de angelis beatis: & de animabus separatis a corpore: Probatur minor: quia non habebant passiones retrahentes a iudicio rectæ rationis in illo statu perfectissimo.

¶ Respondetur non inconuenit actus illorum non fuisse constitutos in aliquo istorum graduum quia isti gradus solum assignantur in virtutibus purgatorijs & non purgati animi. ¶ Ad secundum dico quod differentia istorum graduum non debet sumi ex parte intentionis vel remissionis actuum vel habituum ut arguit ratio adducta. Nec ex parte obiectorum ut dicunt notabilia: & probatio se: unde partis conclusionis. do ergo tertium quod actus istorum graduum & similiter habitus cognitiue distinguntur ratione passionum retrahentium & ad improbationem concedo quod aliquis actus habens passionem pro obiecto cuius victoria excedit communem facultatem hominum potest successiue constitui in triplici gradu virtutum propter remissionem huius passionis: & dico quod non oportet propter corruptionem realem obiecti actus quod actus corrumpatur: nec & actus variat suum obiectum quemadmodum hoc non oportet de noticia abstractiua cum qua magis conuenit actus voluntatis quoad hoc quam cum noticia intuitiua vel ad minus sic contendas actum habere naturam noticię intuitiue in ordine ad suum obiectum illum scilicet qui causatur a noticie intuitiua rei: ea dem ratione concludere debes quod illa que causatur a noticia abstractiua naturam illius debet in se qui quod sufficit ad propositum. quia copiam unum actum voluntatis a tali noticia causatum. Correlatiue videtur sequi quod non est dabilis actus adeo bonus quin ille idem actus potest fieri malus quia licet habeat dictam rectum. inexistens pro obiecto illud dictamen potest corrumpi actu manente eodem. & per consequens intellectu producente iudicium oppositum non est tam facile defendere quod quilibet actus malus potest fieri bonus tum propter articulum parrhisiensem de odio dei: tum quia variatio dictaminis licet mutet actum de bonitate in maliciam non oportet tamen quod mutet de malicia in bonitatem. ¶ Ad confirmationem qua queritur que entitas est gradus virtutis. dico quod iste terminus gradus virtutis capitur duobus modis sicut iste terminus species humana. vno modo collectiue pro collectione actuum elicitorum in presentia passionis cuius victoria non excedit communem facultatem vel pro collectione talium actuum elicitorum in presentia passionis retrahentis cuius victoria superat communem facultatem &c. & hoc modo aliquis gradus est in gradu continentie & aliquis in gradu temperantie tanquam pars in toto sicut ly homo est in pedimento substantie. Alio modo capitur iste terminus non collectiue & tunc supponit pro quocumque actu elicitio secundum iudicium rationis (passione inexistente &

retrahente cuius victoria excedit vel non excedit &c. & sic iusta non est concedenda hic actus est in gradu continentie nisi sit tibi constructio intransitua.

¶ Ad tertium quicquid sit de antecedente nego consequentiam: quia non sequitur quelibet dilectio dei ut octo ceteris paribus est melior dilectione dei: ut. z. ergo dilectio dei ut octo specie differ essentiali a dilectione ut duo sic in proposito: sed difficultas est in antecedente & communiter solet concedi minor qua concessa vniuersaliter ceteris paribus concedenda est maior quod ceteris paribus actus continentie gradus est melior actu temperantie gradus propter maiorem difficultatem sue elicitionis. Notanter addidi intellecta. minori vniuersaliter quia multi dicerent quia passim dicitur quod si sit passio acquisita ex culpa nostra cuius victoria excedit communem facultatem hominum licet actus elicitus in presentia illius sit actus gradus heroci non tamen est melior ceteris paribus quam alter actus sine tanta difficultate elicitus secus est si passio non insit ex culpa propterea dixi intellecta minori vniuersaliter concedenda est maior quicquid sit reputo maiorem cum sua contradictoria probabilem quia probabiliter reputo quod difficultas proueniens ex culpa auget meritum sicut illa que prouenit a natura Nec sequitur propterea quod talis ex culpa importaret commodum quia forte ab hac est debitor magne penę vel reatus peccatorum precedentium nisi forte per accidens sicut beatus petrus post trinam negationem utilitatem magne contritionis habuit. Sed forte dices quod ergo dicendum est ad argumentum tenendo partem oppositam. negatur maior. Ad probationem distingo quod quilibet actus gradus continentie habet maiorem difficultatem annexam: vel prouenientem ex culpa facientis: & sic conceditur: vel non prouenientem ex culpa: & sic negatur: modo est difficultas proueniens ex culpa facientis non auget bonitatem nec moralem nec meritariam. Fortiter dices sequeretur quod culpa correcte per penitentiam & per condignam satisfactionem emendatam adhuc imputaretur ad poenam saltem ad poenam damni: sequela probatur: si essent duo qui haberent passiones equales retrahentes a iudicio rationis quorum vnus acquisiisset suam passionem ex culpa & alter sine culpa ut pote ab egritudine vel naturali complexionem & elicerent actus æquales contra inclinationem illarum passionum ille qui acquisiuit passionem ex culpa etiam emendata non tantum merebitur sicut alter & hoc non nisi quia culpa emendata derogat merito: igitur.

¶ Respondetur consequens est concedendum consequenter ad positionem scilicet quod culpa emendata de per accidens derogat merito sicut secundum opinionem oppositam culpa emendata est causa augmenti meriti.

Ad confirmationem: concedo q̄ actus consti-
tuitur in gradu heroico alijs modis q̄ rōne passio-
nis existentis cuius victoria excedit cōmunē facul-
tatē puta rōne circūstatię informantis sicut in exem-
pla dato vel rōne personę elicentis vt si male rati
elicerēt actus difformes suis inclinationibus vel vt
aliqui volunt ratione concursus dei specialis sicut
in beata virgine vel in anima christi dilectio dei
erat constituta in gradu heroico. ¶ Sed cōtra hoc
argumentor. Non magis excedebat facultatē ani-
mę christi sic specialiter adiutę actum intensum
dilectionis dei elicere & illum non differre q̄ exce-
dit facultatem animę fortis diligere deum vt duo
& illam per horam continuare sine tali speciali au-
xilio: ergo dilectio dei animę christi non fuit con-
stituta in gradu heroico magis q̄ dilectio fortis.

¶ Item licet excederet communem facultatem to-
tius speciei humanę elicere talem dilectionem ta-
men non excedit communem facultatem homi-
num sic dispositorum ergo respectu illorum non
debet dici gradus heroicus quod videtur cōcedē-
dum: tum quia sunt actus purgati animi: tum quia
sicut postea videbis ad actū esse heroicum requiri
tur q̄ excedat cōmunem facultatem hominum
taliter dispositorum qualiter est ille qui elicit actū:
fateor tamen q̄ fuerūt longe excellentiores actus
animę christi q̄ actus heroici, Forte replicabis: se-
queretur q̄ per continuam exercitationem actu-
um heroicum elicens tales actus deueniret ite-
rum ad statum imperfectiorem: exempli gratia:
sit fortis sic habitus temperanter viuere q̄ ex-
cedat communem facultatem hominum talem fa-
cere abstinentiam etiam sic dispositorum vsq; ad
hoc instans: sed post hoc instans propter maximā
exercitationem præcedentem non excedat com-
munem facultatem taliter dispositorum tales ac-
tus elicere vel continuare: tunc post hoc instans il-
li actus non essent heroici respectu illius cui prius
fuerunt heroici & non nisi propter suam bonā ex-
ercitationem: igitur. ¶ Respondeo concedendo vl-
timum consequens illatum: vt probat ratio illud
esse concedendum scilicet q̄ ille non esset heroi-
cus: ratione illorum actuum non tamen sequitur q̄
simpliciter non sit heroicus quia stat q̄ exercitet
se circa actus difficiliōres illis puta circa actus qui
excederent communem facultatem hominum sic
dispositorum & sic in infinitum. Nec valet si infe-
ras sequeretur q̄ tales actus essent minoris meri-
ti secundum q̄ talis esset perfectior in sua exercio-
ne: patet consequentia: quia prius fuerunt consti-
tuti in gradu heroico & nunc non sunt cæteris pa-
ribus: consequentia non valet: quia difficultas nō
debet augere meritum respectu illius cui non inest
talis difficultas propter bonam exercitationem e-
ius sicut in pposito vel si vis cōcedere q̄ vtroiq;

maior difficultas auget meritum cæteris paribus;
consequens illatum est concedendum tanq̄ corre-
larium sequens. ¶ Ad quartum concessa cōsequē-
tia negatur antecedens: ad probationem antece-
dentis potest dici primo q̄ illa vitia sunt extrema
in superbabundando tantum eo q̄ inclinant ad in-
sequendum impetum passionis contra iudicium
rectę rationis quādo & qualiter non oportet: nec
propterea sequitur q̄ sint aliqua vitia in deficien-
do tantum eis opposita: licet Aristoteles probaue-
rit virtutem esse extremorum mediam secundo e-
thicorum: hoc est rectę intelligendum de virtuti-
bus specialibus & non de gradibus virtutum. Secū-
do dico q̄ duplex est incontinentia gradus siue lo-
quamur de mollicie siue de incontinentia proprie
dicta siue fiat mentio de incontinentia vt est vtriq;
communis: quædam est incontinētia vitium in su-
perhabundando alia est incontinentia vitium in
deficiendo: exemplum primi vsq; circa materiam
temperantię insunt aliquę passiones retrahentes
hominem a recto iudicio rationis scilicet ad come-
dendum minus q̄ oporteat & voluntas dimissa ra-
tione insequitur talem passionem indisponētem a
ctus elicitos erit intemperantia gradus in deficien-
do Et potest sic describi est actus vel habitus quo
quis minus facit quę recta ratio dicitur propter pas-
sionem inexistentem in alias cōtinentia gradus in
superhabundando est actus vel habitus quo volū-
tas facit plus q̄ recta ratio dicitur propter passiōē
inexistentem & ad plus faciendum inclinātem vt
si essent passiones inclinantes ad comedendum
quatuor libras vbi recta ratio dicitur q̄ regula tem-
perantię est trium librarum talis actus vel habitus
esset incontinentia gradus in superhabundando
sic exemplificare possumus in materijs aliarum vir-
tutum. eodem modo est distinguenda intemperan-
tiam vitium in deficiendo & vitium in superha-
bundando, In temperantia in deficiendo est actus
vel habitus quo quis prompte insequitur impetū
passionis non vehementis sine remorsu consciētię
contra dictamen rationis &c. in temperantia in su-
perhabundando est actus vel habitus quo quis pro-
pte insequitur impetum passionis inclinantis ad
plus faciendum q̄ recta ratio dicitur non murmurā-
te conscientia &c. sic posses practiquare de bestia-
litate licet bestialitas non sic videatur cōtraria gra-
